

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.


+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

C 551.1

Harvard College
Library



FROM THE FUND GIVEN BY

Stephen Salisbury

Class of 1817

OF WORCESTER, MASSACHUSETTS

For Greek and Latin Literature

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXXXIIII.

S. AVRELI AVGVSTINI OPERVM SECTIO II.

S. AVGVSTINI EPISTVLAE

EX RECENSIONE

AL. GOLDBACHER.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

MDCCCCIIII.

S. AVRELI AVGVSTINI HIPPONIENSIS EPISCOPI EPISTVLAE.

RECENSVIT

ET

COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

AL. GOLDBACHER.

PARS III.


EP. CXXIV—CLXXXIV A.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

MDCCCCIIII.

C5511



Salisbury fund
(44)

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae

CXXIV.

DOMINIS IN DOMINO INSIGNIBUS ET SANCTITATE CARISSIMIS AC DESIDERANTISSIMIS FRATRIBUS ALBINAE, PINIANO ET MELANIAE AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Cum habitu ualitudinis uel natura frigus ferre non possim, numquam tamen maiores aestus quam ista hieme tam horrenda perpeti potui, quod ad uos, ad quos uolatu maria transeunda fuerant, tam in proximo constitutos, tam de longinquo uisendi nos gratia uenientes non dicam pergere sed uolare non potui. et forsitan sanctitas uestra eandem hiemalem asperitatem poenae meae tantum causam putauerit. absit, carissimi. quid enim graue ac molestum uel etiam periculosum habent imbres isti, quod non mihi subeundum ac ferendum fuit, ut ad uos uenirem, tanta in tantis malis nostris solatia, in hac generatione tortuosa ac peruersa tam ardenter accensa de summo lumine lumina suscepta humilitate sublimia et contempta claritate clariora? simul etiam fruerer carnalis patriae meae tam spiritali felicitate, quae uos etiam praesentes habere meruit, de quibus absentibus, cum id, quod nati estis et quod gratia Christi facti estis, audiret, quamuis caritate crederet, tamen, ne non crederetur, narrare forsitan uerebatur.

T = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*
H = *cod. Mus. Brit. Harl. 3107 s. XIII.*
R = *cod. Vaticanus 494 s. XIII ex.*
V = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
U = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

3 desideratissimis *H s m* piuiano, *corr.* piniano *U* 4 melianae *T* 7 quod, *m. 2* propter quod *VU* 10 fortasse *T* forte *edd.* 11 potuerit *VU* 14 nostris malis *VU* 19 cum] eum *T* 21 non *om.*, *m. 1 add. U*

2 Dicam igitur, quare non uenerim et quibus malis a tanto bono impeditus sum, ut non solum a uobis ueniam sed etiam uestris orationibus ab illo, qui in uobis, quod ei uiuitis, operatur, merear misericordiam. populus Hipponiensis, cui me dominus seruum dedit, cum ex magna ac pene ex omni parte ita infirmus sit, ut pressura etiam leuioris tribulationis possit grauiter aegrotare, nunc tam magna tribulatione caeditur, ut, etiam si non sic esset infirmus, uix eam cum aliqua salute animi sustineret. eum autem, cum modo regressus sum, periculosissime scandalizatum comperi de absentia mea; uestris autem, de quorum spiritali robore gaudemus in domino, sanis utique faucibus sapit quo modo dictum sit: Quis infirmatur et ego non infirmor? quis scandalizatur et ego non uror? praesertim quoniam multi sunt hic, qui detrahendo nobis ceterorum animas, a quibus diligi uidemur, aduersus nos perturbare conantur, ut locum in eis diabolo faciant. cum autem irascuntur nobis, de quorum salute satagimus, magnum illis consilium uindicandi est libido moriendi non in corpore sed in corde, ubi funus occulte prius suo putore sentitur, quam nostra cogitatione prospicitur. huic meae sollicitudini procul dubio libenter ignoscitis, praesertim quoniam, si suscenseretis et uelletis ulcisci, nihil fortasse grauius inueniretis, quam id, quod patior, cum uos Tagastae non uideo. spero autem uestris adiutus orationibus, quod mihi ad uos, ubicumque in Africa fueritis, uenire quantocius concedetur, cum hoc, quo nunc detentus sum, praeterierit, si haec ciuitas, in qua laboramus, digna non est, quia nec ego audeo dignam putare, quae nobiscum de uestra praesentia conlaetetur.

12 II Cor. 11, 29

1 ditam *V* 2 sim *s m* 3 in] a, *m. 1 corr.* in *U* 4 ipponensis *VU* Hipponensis *edd.* 5 et *H edd.* 7 erogare *T* ceditur *THRU* c•editur (*fuit* r) *V* 9 modo cum *edd.* 10 scandalicatum, *corr.* scandalizatum *V* 15 animos *edd.* 18 non in corde sed in corpore *U* 20 contagione *U* 22 forte *T* 25 cum] o cum (o *exp.*) *U* quod *T*

CXXV.

DOMINO BEATISSIMO ET VENERABILITER CARISSIMO FRATRI ET CONSACERDOTI ALYPIO ET QVI TECUM SUNT FRATRIBUS AUGUSTINUS ET QVI MECUM SUNT FRATRES IN DOMINO SALUTEM.

1 Dolemus quidem grauiter nec fieri potest, ut parui pendamus, quod in iniurias sanctitatis tuae populus Hipponiensis tanta clamauit; sed multo grauius dolendum est, frater bone, talia de nobis existimari quam illa clamari. quando enim nos credimur cupiditate pecuniae, non dilectione iustitiae seruos dei uelle retinere, nonne optandum est, ut, qui hoc credunt, occultum cordis sui uoce testentur ac sic aliqua, si fieri potest, tanto maiora remedia requirantur, quam ut taciti pereant perniciosis suspicionibus uenenati? quapropter magis satagendum est, unde, etiam priusquam hoc fieret, locuti sumus, quo modo persuadeatur hominibus, quibus nos ad exemplum bonorum operum praebere praecipimur, falsum esse, quod suspicantur, quam quo modo arguendi sint, qui suspiciones suas uocibus uerbisque declarant.

2 Proinde ego sanctae Albinae non suscenseo nec arguendam iudico sed a tali suspicione sanandam. quae quia non in meam personam eadem uerba direxit, sed tamquam de Hipponiensibus questa est, quod aperuerint cupiditatem suam, se non clericatus sed pecuniae causa hominem diuitem atque huius modi pecuniae contemptorem et largitorem apud se tenere uoluisse, tamen, quid de nobis senserit, paene clamauit nec ipsa tantum

17 Tit. 2, 7

Idem codices, qui in ep. CXXIV.

2 ac *T* 4 sunt *om. T* in domino *om. VU* 6 ut] quod *U* 7 in *om. VU* sanctitati, *m. 1 corr.* sanctitatis *V* ipponensis *VU* Hipponensis *edd.* tanta, *m. 1 corr.* tantas *V* 8 clamauit] d clamauit (d *exp.*) *U* 10 iustitiae] de iustitiae (de *exp.*) *U* 12 uoce *om.*, *m. 2 in marg. add. U* si *U* 14 uenerari *U* 16 quo modo] qũo *U* 20 arguendum, *m. 1 corr.* arguendam *U* 22 ipponensibus *VU* Hipponensibus *edd.* 23 aperuerint (a *in ras. m. 1*) *R* 26 quod *f l r m* ipse *T*

uerum etiam sancti filii eius, qui hoc etiam ipsa die in abside dixerunt. hos ergo, ut dixi, magis sanandos ab huius modi suspicionibus quam propter has arguendos existimo. ubi enim nobis a spinis talibus securitas et requies praeparari uel praeberi potest, si aduersus nos in tam sanctis nobisque carissimis cordibus nostris pullulare potuere? de te quippe inperitum uulgus hoc sensit, de nobis lumina ecclesiae; unde, quid magis dolendum sit, uides. utrumque autem non accusandum censeo sed sanandum; homines enim sunt et de hominibus talia licet falsa non tamen incredibilia suspicantur. nam utique non usque adeo desipiunt tales homines, ut credant populum suam desiderare pecuniam praesertim iam experti, quod nihil ex ea populus Tagastensis accepit — sic ergo et Hipponiensis —; uerum omnis haec inuidia non nisi in clericos aestuat maximeque in episcopos, quorum uidetur praeminere dominatus, qui uti fruique rebus ecclesiae tamquam possessores et domini existimantur. ad istam cupiditatem tam noxiam atque mortiferam, si fieri potest, meus Alypi, non aedificentur per nos infirmi. recordare, quid locuti fuerimus, antequam ista temptatio, quae plus ad hoc cogit, accideret. ex hoc potius conferendo adiuuante domino prouidere conemur nec nobis sufficiat nostra conscientia, quia non talis causa est, ubi debeat sola sufficere. si enim serui dei non reprobi sumus, si aliquid uiget in nobis illius igniculi, quo caritas non quaerit, quae sua sunt, prouidere utique debemus bona non solum coram deo sed etiam coram hominibus, ne tranquillam aquam bibentes in nostra conscientia pedibus incautis agere conuincamur, ut oues dominicae turbidam bibant.

24 I Cor. 13, 5 28 Hier. 2, 18

1 etiam hoc *H* ipso *VU* 2 hoc *T* 6 potuerunt *VU* 7 imperitum (*post.* i *in ras. m. 1*) *R* 12 suum *THRU f l s r* 13 acceperit *H* 14 Hipponensis *edd.* 15 praeeminere *U* 16 possessores (*post.* ss *in ras.*) *V* 18 mi *edd.* 20 ex] et (t *in ras. m. 1*) *V* 23 reprobi non *H* 28 uiuant, *m. 1 corr.* bibant *R*

3 Nam quod scripsisti, de genere iurationis uiolenter extortae ut inter nos requiramus, obsecro te, ne res lucidissimas disputatio nostra faciat obscuras. si enim certa mors intentaretur, ut aliquid inlicitum ac nefarium seruus dei se iuraret esse facturum, mori malle quam iurare debuerat, ne iurationem scelere impleret. nunc uero, cum tantum modo populi perseuerantissimus clamor ad nullum nefas hominem cogeret sed ad id, quod, si fieret, licite fieret, cumque metueretur quidem, ne aliqui perditi, qui multitudini etiam bonorum plerumque miscentur, occasione seditionis et quasi iustae indignationis inuenta in aliquam uim sceleratam rapinarum cupiditate prorumperent, sed tamen illud, quod metuebatur, esset incertum, quis censeat propter incerta non dico damna et quaslibet iniurias corporales sed propter ipsam mortem cauendam certum periurium debere committi? nescio quis ille Regulus nihil in scripturis sanctis de impietate falsae iurationis audierat, nihil de Zachariae falce didicerat et nimirum Carthaginensibus non per sacramenta Christi sed per daemonum inquinamenta iurauerat et tamen certissimos cruciatus et horrendi exempli mortem non, ut iuraret necessitate, pertimuit, sed libera uoluntate, quia iurauerat, ne peieraret, excepit. et Romana tunc illa censura noluit habere non in numero sanctorum sed in numero senatorum nec in caelesti gloria sed in terrestri curia non solum eos, qui metu mortis crudeliumque poenarum apertissime peierare quam ad immanes hostes remeare maluerunt, sed etiam illum, qui reatu periurii se putauerat abso-

15 Cic. de off. I 13, 39—40 17 Zach. 5, 1—3

1 turbationis *V* (*m. 1 corr.* iurationis) *U* 2 disputatio mea faciat *U* disputatione faciamus, *sed* ne faciamus *in ras.* (*m. 2?*) *V* 3 intaretur, *m. 1 corr.* intentaretur *H* 9 ponorum, *corr.* bonorum *V* 17 cachariae *H* falce] uolumine *codd. f l s r sec. Vulg.* (*Septuag.* δρέπανον); *Maurini adnotant: 'Mss. Cdd., quos inspicere per nos licuit, Sorbonicus et uetustissimus optimaeque notae Corbeiensis habent* de Zachariae falce, *quam germanam lectionem esse non dubitamus'.* 18 sacramenta (ramenta *m. 2 in ras.*) *V* 21 qua (a *in ras.*) *V* ne pieraret *T* ne im peieraret (im *del.*) *R* 25 maluerant *m*

lutum, quia post iurationem ficta nescio qua necessitate redierat. ita non adtenderunt, qui eum senatu pepulerunt, quid ipse iurando cogitasset, sed quid ab illo, quibus iurauerat, expectarent. nec legerant, quod nos usquequaque cantamus: Qui iurat proximo suo et non decipit. solemus haec quamuis in hominibus a Christi gratia et nomine alienis cum ingenti admiratione laudare; et adhuc in libris diuinis inquirendum putamus, utrum aliquando licite peieremus, ubi nobis, ne iurandi facilitate in periurium prolabamur, etiam praeceptum est, ne iuremus?

4 Illud sane rectissime dici non ambigo, non secundum uerba iurantis sed secundum expectationem illius, cui iuratur, quam nouit ille, qui iurat, fidem iurationis impleri. nam uerba difficillime comprehendunt maxime breuiter sententiam, cuius a iurante fides exigitur. unde periuri sunt, qui seruatis uerbis expectationem eorum, quibus iuratum est, deceperunt, et periuri non sunt, qui etiam uerbis non seruatis illud, quod ab eis, cum iurarent, expectatum est, impleuerunt. proinde quia Hipponienses sanctum Pinianum non sicut damnatum sed sicut carissimum inhabitatorem suae ciuitatis habere uoluerunt, etsi uerbis eius non satis comprehendi potuit, usque adeo tamen in promptu est, quid ab illo expectauerint, ut, quod nunc post iurationem absens est, neminem moueat eorum, qui audire potuerunt certa eum causa profecturum esse cum uoluntate redeundi. ac per hoc periurus nec erit nec ab eis putabitur, nisi eorum expectationem deceperit; non autem decipiet, nisi aut uoluntatem mutauerit apud eos habitandi aut aliquando discesserit sine dispositione redeundi, quod absit ab

5 Ps. 14, 4 8 Matth. 5, 34

3 cogitasset sed] cogitasset cogitando iurasset sed *T* ab *eras. V* illi (*postr. l. in ras. m. 2*) *V* 4 legerent *U* 7 annuntiatione, *corr.* ammiratione *V* 13 iste *VU* 15 peruri, *m. 1 corr.* periuri *H* 17 non seruatis uerbis *T* istud *VU* 19 ipponenses *VU* Hipponenses *edd.* piuianum, *in marg. m. 2* a*l*r piniarium *U* 24 eum causa eum (*post.* eum *exp.*) *U*

eius moribus et fide, quam Christo et ecclesiae debitam seruat. nam ut omittam, quod mecum nosti, quam sit tremendum de periurio diuinum iudicium, illud certe scio, nulli nos deinceps suscensere debere, qui nobis iurantibus non crediderit, si talis uiri periurium non modo aequo animo ferendum uerum etiam defendendum putabimus. quod et a nobis et ab illo auertat illius misericordia, qui eruit a temptatione sperantes in se. sicut ergo in commonitorio rescripsisti, impleat promissum, quod ita se promisit ab Hippone non recessurum, quem ad modum ego uel ipsi Hipponienses non recedimus, quibus tamen et abeundi et redeundi facultas est libera, nisi quod his, qui iuratione non detinentur, etiam omnino et migrandi et non redeundi sine periurii reatu potestas est.

5 Clericos sane nostros uel fratres in monasterio constitutos participes uel hortatores fuisse contumeliarum tuarum utrum probari possit, ignoro. nam cum hoc quaesissem, dictum est unum tantum modo Carthaginensem de monasterio clamasse cum populo, cum illum presbyterum peterent, non cum in te indigna iactarent. adiunxi huic epistulae ipsius promissionis exemplum ex chartula eadem translatum, quam ipse subscripsit, et me inspiciente emendatum.

CXXVI.

DOMINAE SANCTAE AC VENERABILI FAMULAE DEI ALBINAE AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Dolorem animi tui, quem te scribis explicare non posse, consolari aequum est, non augere, ut, si fieri potest, sanemus suspiciones tuas, non ut eis pro nostra causa suscensendo

7 Ps. 17, 30; II Petr. 2, 9

2 omitti *U* 6 *pr.* et *om.* *VU* 9 quo* (d *eras.*) *V* quo *edd.* queadmodū *T* 10 ipponenses *VU* Hipponenses *edd.* quibus] quę *VU* 11 *pr.* et *om.* *VU* 12 hiis *V* 13 siue *U* 17 Carthaginensium *edd.* 20 ex] et *U* ipse transc subscripsit (transc *exp.*) *U*

Idem codices, qui in ep. CXXIV et CXXV.

27 eis] eas *T* succendendo *T*

uenerandum cor tuum et deo dicatum amplius perturbemus. sancto fratri nostro filio tuo Piniano nullus ab Hipponiensibus metus mortis ingestus est, etiamsi forte ipse tale aliquid timuit; nam et nos metuebamus, ne ab aliquibus perditis, qui saepe multitudini occulta conspiratione miscentur, in uiolentam prorumperetur audaciam occasione seditionis inuenta, quam uelut iusta indignatione concitaret. sed, sicut post audire potuimus, nihil tale a quoquam dictum est uel molitum, sed uere in fratrem meum Alypium multa contumeliosa et indigna clamabant, a quo tam ingenti reatu utinam per illius orationes mereantur absolui. ego autem post primos eorum clamores cum eis dixissem de illo inuito non ordinando, qua iam promissione detinerer, atque adiecissem, quod, si mea fide uiolata illum haberent presbyterum, me episcopum non haberent, ad nostra subsellia relicta turba redieram. tum illi aliquantulum inopinata mea responsione cunctati atque turbati uelut flamma uento paululum pressa deinde coeperunt multo ardentius excitari existimantes fieri posse, ut uel mihi extorqueretur illud non seruare promissum uel me tenente promissi fidem ab alio episcopo ordinaretur. dicebam ego, quibus poteram, qui ad nos in absidem honoratiores et grauiores ascenderant, nec a promissi fide me posse dimoueri nec ab alio episcopo in ecclesia mihi tradita nisi me interrogato ac permittente posse ordinari; quod si permitterem, a fide nihilo minus deuiarem. addebam etiam nihil eos uelle, si ordinaretur inuitus, nisi ut ordinatus abscederet. illi hoc posse fieri non credebant. multitudo uero pro gradibus constituta horrendo et perseuerantissimo clamorum fremitu in eadem uoluntate persistens incertos animi consiliique faciebant. tunc illa in fratrem meum indigna clamabantur, tunc a nobis grauiora timebantur.

2 piuiano *U* ipponensibus *VU* Hipponensibus *edd.* 6 prorumperent *T* 7 concitarent *VU m* po**st (te *eras.*) *V* 10 orationem *VU* 15 aliquantulum *om. VU* 16 responsione] opinione *U* 17 ceperunt *codd.* 21 nec a] ne a *V* (*m. 2* nec a) *U* 23 ac promittente, *m. 2* ac permittente *V* atque promittente *U* 29 faciebat *edd.* indigna in fratrem meum *U*

2 Sed quamuis tanto motu populi et tanta perturbatione ecclesiae permouerer nec aliud constipationi illi dixissem nisi eum me inuitum ordinare non posse, nec sic tamen adductus sum, quia et hoc promiseram non me fuisse facturum. ut aliquid ei de suscipiendo presbyterio suaderem; quod si persuadere potuissem, non iam ordinaretur inuitus. seruaui utriusque promissionis fidem non solum illius, quam iam populo patefeceram, uerum etiam illius, in qua uno teste, quantum ad homines adtinet, detinebar. seruaui, inquam, fidem promissionis, non iurationis in tanto periculo. quod licet falso. sicut postea comperimus, metuebatur, omnibus tamen, si quod esset, communiter inpendebat et erat metus ipse communis ac propter ecclesiam, in qua eramus, maxime metuens abscedere cogitabam. sed metuendum fuit, ne magis me absente tale aliquid faceret et reuerentia minor et dolor ardentior. deinde, si cum fratre Alypio discederem per populum constipatum, cauendum fuit, ne quisquam in eum manum mittere auderet, si autem sine illo, quae frons esset existimationis, si quid ei fortassis accideret et uiderer eum propterea deseruisse, ut furenti populo traderetur?

3 Inter hos aestus meos grauemque maerorem et nullius consilii respirationem ecce repente atque inopinate sanctus filius noster Pinianus mittit ad me seruum dei, qui mihi diceret eum se uelle populo iurare, quod, si esset ordinatus inuitus, ex Africa discederet omnino, credo, existimans eos, quando quidem peierare non posset, non iam ulterius infructuosa perseuerantia clamaturos ad expellendum hinc hominem, quem saltem deberemus habere uicinum. mihi autem quia uidebatur uehementiorem eorum dolorem post hanc iurationem

3 inuitum me *U* si *U* 5 de] a *U* suadentem *T* 6 seruaui—detinebar *bis, alterum m. 1 exp. H* 7 utrius *T* 9 detinebar (r *m. 2 in ras.*) *V* 13 metuems *H* 14 sed] si *T* 19 fortassis ei *U* 21 aestus] exitus *codd.* aestus *edd.* et (e *m. 2 in ras.; fuitne* u *?*) *V* ut *U* 22 sanctus *om., in marg. m. 2 add. U* 23 piuianus *U* 24 iurare populo *T* 25 omnino discederet *m* 27 perseuerantia (nt *ex* ra *m. 1*) *R*

fuisse metuendum, apud me tacitus habui et, quia simul petierat, ut ad eum uenirem, non distuli. cum mihi dixisset hoc ipsum, continuo et illud adiunxit eidem iurationi, quod mihi, dum ad eum pergo, per alium dei seruum mandauerat, de praesentia scilicet sua, si ei clericatus sarcinam nolenti nullus inponeret. hic ego in tantis angustiis quasi aura spirante recreatus nihil ei respondi, sed ad fratrem Alypium gradu concitatiore perrexi eique, quid dixerit, dixi. at ille, ut existimo, deuitans, ne quid se auctore fieret, unde uos putabat offendi: 'Hinc me', inquit, 'nemo consulat'. quo audito ad populum tumultuantem perrexi factoque silentio, quid promissum esset, cum promissione etiam iurationis aperui. illi uero, qui solum eius presbyterium cogitabant atque cupiebant, non ita, ut putabam, quod oblatum fuerat, acceperunt, sed inter se aliquantulum mussitantes petiuerunt, ut adderetur eidem promissioni atque iurationi, ut, si quando illi ad suscipiendum clericatum consentire placuisset, non nisi in ipsa Hipponiensi ecclesia consentiret. rettuli ad eum; sine dubitatione adnuit. renuntiaui illis; laetati sunt et mox iurationem pollicitam poposcerunt.

4 Reuerti ad filium nostrum eumque inueni fluctuantem, quibusnam uerbis comprehendi posset illa cum iuratione promissio propter necessitates inruentes, quae possent eum, ut abscederet, cogere. simul etiam, quid timeret, ostendit, ne quis inruisset hostilis incursus, qui esset discessione uitandus. uolebat addi sancta Melania et aeris morbidi causationem, sed illius responsione reprehensa est. ego autem dixi grauem ab illo et non contemnendam causam necessitatis ingestam, quae ciues etiam emigrare compelleret; sed si haec populo dicerentur, timendum esse, ne male nos ominari uideremur, si autem sub generali necessitatis nomine fieret excusatio, non nisi

1 metuendum (*postr. l. in ras. m. 1; fuitne* ndū *?*) *R* 8 iste *VU* 9 nos *HVU* 13 p̣resbiterium eius *VU* 17 ipponensi *U* Hipponensi *edd.* 23 ne quis ut irruisset *U* 26 responsione] reprehensione *VU* grauem *om. T* 29 esset *codd.* esse *edd.* nos male *VU* minari *THRU* 30 necessitati, *m. 1 corr.* necessitatis *R*

fraudulentam necessitatem putari. placuit tamen, ut de hac re populi animum experiremur, et nihil aliud quam id, quod putaueramus, inuenimus. nam cum eius uerba a diacono dicta recitarentur et omnia placuissent, ubi nomen interpositae necessitatis insonuit, continuo reclamatum est promissioque displicuit tumultu recrudescente et nihil aliud quam fraude secum agi populo existimante. quod cum sanctus filius noster uidisset, iussit inde auferri nomen necessitatis rursumque ad laetitiam populus remeauit.

10 Et ut lassitudinem recusarem, sine me ad plebem accedere noluit; simul accessimus. dixit ea, quae a diacono audita erant, se mandasse, se iurasse eaque se esse facturum continuoque omnia eo tenore, quo dictauerat, prosecutus est. responsum est: 'Deo gratias' et petitum, ut totum scriptum subscriberetur. dimisimus catechumenos continuoque scriptum subscripsit. deinde peti coepimus nos episcopi non uocibus populi sed tamen a populo per honestos fideles, ut nos quoque subscriberemus. at ubi coepi subscribere, sancta Melania contradixit. miratus sum, quare tam sero, quasi promissionem illam et iurationem nos non subscribendo facere possemus infectam; sed tamen obtemperaui ac sic remansit mea non plena subscriptio nec ultra nobis quisquam, ut subscriberemus, putauit instandum.

6 Qui autem alio die, posteaquam ipsum discessisse didicerunt, fuerint motus uel linguae hominum, quantum satis arbitratus sum, sanctitati uestrae per commonitorium intimare curaui. quisquis itaque uobis contraria his, quae narraui, forte narra-

1 fraudulentam] fraudulentam esse *U* 7 quod (o *s. u.*) *V* quod *ex* quid *U* filius sanctus *signis corr. T* 8 rursusque *U* 10 ut et (*signis corr.* et ut) lassitudinem recusarem *R* et ne (e *m. 2 in ras.*) lassitudinem recusarem *V* et cum lassitudinem excusarem *edd.* 11 uoluit *U* ei *edd.* 12 eaque sic esse *U* 15 diuisimus *V* (*corr.* dimisimus) *U* 16 peti cepimus (peti cep *m. 2 in ras.*) *V* petim' (m' *del.*) cepi (*m. 2? corr.* cepimus) *U* non] ut *U* 17 honostos, *m. 1 corr.* honestos *T* 18 cepit *T* melania (lan *m. 2 in ras.*) *V* menalia *U* 19 quare] quasi *U* quasi *om. U* 22 quicquam ut scriberemus *T* 27 hiis *V*

uit, aut mentitur aut fallitur. quaedam enim, quae mihi ad curam non pertinere uisa sunt, praetermisisse me sentio, nulla tamen falsa dixisse. proinde sanctus filius noster Pinianus quod me praesente ac permittente iurauerit, uerum est; quod autem me praecipiente iurauerit, falsum est. scit ipse, sciunt serui dei, quos ad me misit, primo sanctus Barnabas, deinde Timasius, per quem etiam de promissione praesentiae suae mihi mandauit. ipse quoque populus ad presbyterium, non ad ius iurandum clamando cogebat; sed oblatum sibi non respuit ea spe, quo posset in eodem apud nos habitante uoluntas fieri, quo consentiret ad ordinationem, ne, sicut iurauerat, si inuitus ordinaretur, abscederet. ac per hoc et illi propter opus dei clamauerunt — neque enim sanctificatio presbyterii non est opus dei — et, quod postea de promissa praesentia gratulati non sunt, nisi adderetur, quod, si quando ad suscipiendum clericatum consentire uellet, non nisi in Hipponiensi ecclesia consentiret, satis in promptu est, quod etiam de ipsa eius apud se habitatione sperauerint, ideoque ab illo operis dei desiderio non recesserunt.

7 Quo modo ergo dicis hoc eos fecisse turpissimo appetitu pecuniae? primo quia ad plebem, quae clamabat, omnino non pertinet; sicut enim plebs Tagastensis de his, quae contulistis ecclesiae Tagastensi, non habet nisi gaudium boni operis uestri, sic et Hipponiensis et cuiuslibet alterius loci, ubi de mammona iniquitatis domini praecepta fecistis uel estis ubicumque facturi. non ergo populus, ut de tanto uiro ecclesiae consuleret suae, ardentissime flagitans suum pecuniarium commodum quaesiuit a uobis, sed uestrum pecuniae contemptum dilexit in uobis. nam si in me dilexerunt, quod audierant

24 Luc. 16, 9

3 piuianus *VU* 4 iurauerit *om. codd.* 6 serui *m. 2 in ras. V* 9 sibi *om., in marg. m. 1 add. U* 12 et *om., m. 1 s. u. add. R* propter *bis T* 14 opus est *VU* 15 non *om., in marg. m. 1 add. V* 16 ipponensi *VU* Hipponensi *edd.* 17 consentire *U* promptu (pr *ex* pp *m. 1*) *R* 24 ipponensis *VU* Hipponensis *edd.* 27 pecuniarum *VU* quaesiuit commodum *edd.* 28 a nobis *VU*

paucis agellulis paternis contemptis ad dei liberam seruitutem me fuisse conuersum, neque in hoc inuiderunt ecclesiae Tagastensi, quae carnalis patria mea est, sed, cum illa mihi clericatum non inposuisset, quando potuerunt, habendum inuaserunt, quanto flagrantius in nostro Piniano amare potuerunt tantam mundi istius cupiditatem, tantas opes, tantam spem tanta conuersione superatam atque calcatam! ego quippe secundum multorum sensum comparantium semet ipsos sibimet ipsis non diuitias dimisisse sed ad diuitias uideor uenisse. uix enim uigesima particula res mea paterna existimari potest in comparatione praediorum ecclesiae, quae nunc ut dominus existimor possidere. in qualibet autem maxime Africanarum ecclesiarum hic noster non dico presbyter sed episcopus sit, comparatus pristinis opibus suis, etiamsi animo dominantis egerit, pauperrimus erit. multo ergo liquidius et securius in hoc amatur Christiana paupertas, in quo nulla rerum ampliorum potest putari cupiditas. hoc accendit animos populi, hoc in illam uiolentiam perseuerantissimi clamoris erexit. non eos turpis cupiditatis insuper accusemus, sed magis bonum, quod ipsi non habent, saltem in aliis diligere sine crimine permittamus. nam etsi fuerunt illi multitudini permixti inopes uel mendici, qui simul clamabant et de uestra uenerabili redundantia indigentiae suae supplementum sperabant, nec ista, ut arbitror, cupiditas turpis est.

8 Restat ergo, ut iste pecuniae turpissimus appetitus ex obliquo in clericos et maxime in episcopum dirigatur. nos enim rebus

3 clericatum mihi *edd.* 5 piuiano *V* (*corr.* piniano) *U* potuerunt pos (pos *exp.*) tantam *U* 6 huius *T edd.* tantantam, *eraso* tam *corr.* tantam *V* 7 superatã (ã *in ras.; fuit* ui) ne (ne *exp.*) conuersione *collocatione signis correcta U* 8 compantium *T* 10 uicesima *T* estimari (e *m. 2 in ras.; fuit* exi) *V* 11 compatione *R* 12 maxime autem *signis corr. R* 14 compatus *TV* opibus *uirgula erasa T* 17 accendit *bis H* 19 cupiditasit, *m. 1 corr.* cupiditatis *R* 21 fuerint *U edd.* 23 indigentie (t *ex* e) *V* suae *om. T* 24 cupiditas *ras. ex* turpiditas *T* 25 istę *RU* istius *H* obliquo *in ras. m. 1 R*

ecclesiae dominari existimamur, nos opibus frui. postremo quicquid de istis nos accepimus, nos uel adhuc possidemus uel, ut placuit, erogauimus; nihil inde populo extra clericatum uel extra monasterium constituto nisi paucissimis indigentibus largiti sumus. non ergo dico, quia uel in nos maxime a uobis dici ista debuerunt, uerum tamen in nos solos credibiliter dici potuerunt. quid ergo faciemus? qua nos, si apud inimicos non possumus, saltem apud uos ratione purgamus? res haec animi est, intus est, procul ab oculis secreta mortalium deo tantum modo nota est. quid ergo restat nisi deum testari, cui nota est? cum ergo de nobis ista sentitis, non praecipitis, quod multo melius est et quod mihi in epistula tua tamquam culpabile obiciendum putasti, sed omnino cogitis, ut iuremus. non intentato metu mortis carnis nostrae, quod populus Hipponiensis fecisse putatus est, sed intentato metu mortis existimationis nostrae, quae propter infirmos, quibus nos praebere ad exemplum bonorum operum qualicumque conuersatione conamur, etiam uitae carnis huius utique praeponenda est.

9 Verum tamen uobis nos ita cogentibus, ut iuremus, non suscensemus, sicut uos Hipponiensibus suscensetis. creditis enim tamquam homines de hominibus etsi ea, quae in nobis non sunt, non tamen ea, quae in nobis esse non possunt. sananda ista in uobis, non accusanda sunt et nostra purganda uobis est fama, si est domino purgata conscientia. qui fortasse praestabit, sicut ante, quam accidisset ista temptatio, ego et frater meus Alypius conlocuti sumus, ut non solum uobis carissimis commembris nostris uerum etiam ipsis inimicis notissimum fiat nulla nos cupiditate pecuniae in rebus ecclesiasticis sordidari. quod donec fiat, si dominus donabit, ut fiat, ecce nunc interim, quod cogimur, facimus, ne uestri cordis medi-

16 Tit. 2, 7

1 nos *om.* *VU* 4 constitut-o (*fuit* i) *R* 7 quia *T* quo (o *in ras.*) *V* 8 purgemus (e *m. 2 in ras.*) *V* 10 quid ergo—nota est *om.* *U* 14 Hipponensis *edd.* 15 intentatu *T* 16 quibus] que *U* 19 ita nos *RVU* 20 Hipponensibus *edd.* succense-tis (ri *eras.?*) *V* 23 in nobis *THR* 25 contentio *VU* 26 non ut *T edd.* 27 inimicissimis *m* 30 ne uob uestri (uob *del.*) *T* ne u (u *exp.*) uestri *U*

cinam in quantam libet moram temporis differamus. deus testis est istam omnem rerum ecclesiasticarum procurationem, quarum credimur amare dominatum, propter seruitutem, quam debeo caritati fratrum et timori dei, tolerare me, non amare, ita ut ea, si saluo officio possim, carere desiderem. nec aliud me de fratre meo Alypio sentire ipse deus testis est. tamen et de illo aliter sentiendo populus et, quod est grauius, Hipponiensis in tantas est illius praecipitatus iniurias et de nobis uos sancti dei et pleni uisceribus misericordiae talia credendo nomine eiusdem populi, qui ad causam huiusce modi cupiditatis omnino non pertinet, nos tangere atque admonere uoluistis utique ad nos corrigendos, neque enim odio, quod absit a uobis. unde non irasci sed gratias agere debeo, quod nec uerecundius nec liberius agere potuistis, ut episcopo non quasi conuiciose obiceretis, quod sentiebatis, sed ex obliquo intellegendum relinqueretis.

10 Nec molestum sit uobis, ut uos uelut grauatos arbitremini, quia iurandum putaui. neque enim grauabat apostolus aut eos parum diligebat, quibus dicebat: Non in sermone adulationis fuimus apud uos neque in occasione cupiditatis; deus testis est. rei quippe apertae ipsos testes adhibuit, rei autem occultae quem nisi deum? si ergo ille merito est ueritus, ne humana ignorantia de illo aliquid tale sentiret, cuius labor in promptu omnibus erat, quod nisi summa necessitate a populis, quibus Christi gratiam dispensabat, in usus suos aliquid non sumebat, cetera uero suo uictui necessaria suis manibus transigebat, quanto magis nobis laborandum est, ut credatur, qui et merito sanctitatis et uirtute animi

19 I Thess. 2, 5

1 quantalibet mora *U* 2 ecclesiasticarum *in ras. m. 1 R* 3 habere *H* 5 possum, *m. 1 corr.* possim *U* passim, *stilo cerussato corr.* possim *T* 6 me *om. TVU* 7 Hipponensis *edd.* 15 uitiose *U* 16 reliqueretis, *stilo cerussato corr.* relīqueretis *T* 17 uos] nos *U* 20 apud uos] apud uos sicut scitis *edd. sec. sacr. litt.* nec *edd* 24 omnibus in promptu *edd.* oīb' erat *in ras. m. 1 (fuit* est) *R* 25 gratiam christi *T edd.*

longe inpares sumus nec aliquid ad sustentacula uitae huius operari nostris manibus possumus et, si possemus, tantis occupationibus, quas tunc illos non credo fuisse perpessos, nequaquam sineremur! non ergo ulterius in hac causa populo Christiano, quae ecclesia est dei, obiciatur pecuniae turpissimus appetitus. tolerabilius enim nobis obicitur, in quos huius mali quamuis falsa tamen uerisimilis suspicio cadere potuit, quam illis, quos ab hoc appetitu et a suspicione constat alienos.

11 Denegare autem iurationem qualibet fide praeditas mentes, quanto magis fide Christiana, non dico aliquid contrarium confirmare, sed omnino dubitare fas non est. de qua re quid sentiam, satis, ut arbitror, in epistula, quam ad fratrem meum scripsi, planissime aperui. scripsit mihi sanctitas tua: 'Si aut ego aut Hipponienses hoc censent, ut iuri iurando uiolenter extorto satis fiat'. tu enim ipsa quid censes? placetne tibi, ut etiam certa morte imminente, quod tunc inaniter metuebatur, nomen domini dei sui in fallaciam Christianus adsumat, deum suum testem falsitati Christianus adhibeat? qui profecto si praeter iurationem ad falsum testimonium morte imminente cogeretur, maculare uitam suam magis timere debuit quam finire. hostiles inter se acies et armatae certe apertissima mortis intentione confligunt et tamen, cum inuicem iurant, laudamus fidem seruantes, fallentes autem merito detestamur. ut autem iurarent, quid utraeque ab alterutris nisi occidi uel capi timuerunt? ac per hoc uel mortis uel captiuitatis metu extortae iurationi nisi parcatur, nisi fides, quae ibi data est, custodiatur, sacrilegii, periurii crimine detinentur etiam tales homines, qui magis metuunt peierare quam hominem occidere, et nos, utrum implenda sit extorta iuratio seruorum dei

1 huius uitae *T edd.* 3 non *om. T* 8 a *om. edd.* constat esse alienos *edd.* 13 in epistola mea quam *T* 14 plenissime *edd.* 15 *ante* ego *eras.* ꝙ *R* Hipponenses *edd.* iureiurando *T edd.* 17 etiam *om., m. 1 s. u. add. U* 22 se *om. V (m. 2 s. u. add.) U* 23 intentatione *edd.* 27 paretur *T* pareatur *VU edd.* 28 *ante* periurii *m. 2 s. u.* et *add. V* 30 implenda (a *in ras.; fuitne* um *?*) *V* tenendum *U*

munere sanctitatis praeminentium, monachorum ad perfectionem mandatorum Christi rerum etiam suarum distributione currentium quasi disceptaturi ponimus quaestionem?

12 Nam quid exilii uel deportationis aut relegationis nomine promissa illa praesentia praegrauatur? obsecro te. puto, quod presbyterium non est exilium. hoc ergo noster eligeret quam illud exilium? absit a nobis, ut sic sanctus dei et nobis carissimus defendatur, absit, inquam, ut dicatur maluisse exilium quam presbyterium aut maluisse periurium quam exilium. haec dicerem, si uere a nobis aut a populo iuratio ei fuisset extorta promittendae praesentiae; nunc uero non extorta est, dum negaretur, sed, dum offerretur. accepta et hoc ea spe, sicut supra diximus, quia per illam praesentiam creditum est eum etiam ad clericatum suscipiendum posse desiderantibus consentire. postremo, quodlibet de nobis uel de Hipponiensibus sentiatur, longe alia est eorum causa, qui coegerint iurare, quam eorum, qui non dicam coegerint, sed suaserint peierare. ipse etiam, de quo agitur, considerare non renuat, utrum sit peius sub quolibet timore ius iurandum an remoto timore ipso periurium.

13 Deo gratias, quia non aliter Hipponienses promissum circa se impleri sentiunt, quam ut adsit uoluntate habitandi et eat, quo necesse fuerit, cum dispositione redeundi. nam si uerba iurationis adtenderent et exigerent, nullo modo seruus dei recedere quam ullo modo debuit peierare. sed quia crimen eorum esset non dico talem uirum sed quemlibet hominem sic tenere, nec ipsi aliam expectationem se habuisse probauerunt, qui audientes, quod rediturus abscesserit, gratulati sunt, nec aliud illis uerax iuratio debet quam id, quod ab

1 praeeminentium *U edd. praeter r* 2 rerum *om. U* 5 praegrauantur *U* 6 est] ē x (x *exp.*) *U* 7 sic] sit *U* 15 ipponensibus *V* Hipponensibus *edd.* 17 dico *edd.* cogerint *V* (*m. 2* coegerint) *U* 19 timore ipsum *f l s r* ipso timore *m* 21 ipponenses *VU* Hipponenses *edd.* 23 necessitate (itat *exp.*) *R* 24 nullo] tam nullo *edd.* 25 recederet *VU* quam ullo, *m. 2* quia nullo *V* periurare *U* 29 iuratio *bis, alterum exp. T*

illa expectauerunt. quid est autem, quod dicitur eum iuratione ore suo expressa exceptionem fecisse necessitatis? quasi non ore suo rursus hoc iussit auferri. certe ad populum quando ipse locutus est, tunc etiam interponeret. quod si fecisset, non utique responderetur: 'Deo gratias', sed ad illam rediretur reclamationem, quae facta fuerat, quando sic a diacono recitatum est. et numquid ad rem pertinet, siue interposita sit ad recedendum necessitatis excusatio siue non sit? nihil ab illo aliud expectatum est quam id, quod supra diximus. expectationem autem eorum, quibus iuratur, quisquis deceperit, non potest esse non periurus.

14 Fiat ergo, quod promissum est, et infirmorum corda sanentur, ne tanto exemplo, quibus hoc placuerit, ad imitandum periurium aedificentur, quibus autem displicet, iustissime dicant nulli nostrum credendum esse non solum promittenti aliquid sed etiam iuranti. hinc enim potius cauendae sunt linguae inimicorum, de quibus tamquam iaculis ad interficiendos infirmos maior ille utitur inimicus. sed absit, ut de tali anima speremus aliud, quam quod dei timor inspirat et tanta, quae in illa est, excellentia sanctitatis hortatur. ego autem, quem dicis etiam prohibere debuisse, fateor, non potui sic sapere, ut tanto uel tumultu uel offensione magis euerti uellem ecclesiam, cui seruio, quam id, quod a tali uiro nobis offerebatur, accipere.

3 hoc rursum iusserit *f l s m* rursum iusserit *r* quando locutus est tunc etiam ipse *U* 5 respondetur *T* 6 sic *om. VU* 10 autem *om. H* 11 esse non] non esse *m. 2 in ras. V* 15 est *H* 16 enim] etiam *VU* 18 utitur ille *edd.* 19 timor dei *T* 20 autem *om. VU* quam *T* 22 ecclesia *U*

CXXVII.

DOMINIS EXIMIIS MERITOQUE HONORABILIBUS AC DESIDERABILIBUS FILIIS ARMENTARIO ET PAULINAE AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Vir egregius, filius meus Ruferius, adfinis uester. rettulit mihi, quid domino uoueritis. qua eius narratione hilaratus et ibidem metuens, ne aliud suadeat ille temptator, qui bonis talibus antiquitus inuidet, exhortandam paucis credidi caritatem tuam, domine eximie meritoque honorabilis et desiderabilis fili, ut cogites, quod in diuinis eloquiis legitur: Ne tardes conuerti ad dominum neque differas de die in diem atque arripias curesque reddendum, quod ei te uouisse nosti, qui et debita exigit et promissa persoluit. nam et hoc scriptum est: Vouete et reddite domino deo nostro. quamquam

10 Eccli. 5, 8 14 Ps. 75, 12

H = *cod. Palatinus 210 s. VII.*
P = *cod. Parisinus nou. acq. 1448 s. IX.*
*P*¹ = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
E = *cod. Cheltenhamensis 1712 (M 504) s. X in.*
I = *cod. Palatinus 211 s. X.*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
C = *cod. Casinensis 16*[19] *s. XI.*
*P*² = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*

2 eximiis *bis, alterum del. H* ////meritoque (*ras. 2—3 l.*) *M* meritisque, *m. 1 corr.* meritoque *H* merito *P* uenerabilibus *HP; cf. u. 9; p. 29, 12* 3 fratribus *in ras. m. ut uid. 2; fuisse uid.* filiis *C post* augustinus *in marg.* eps (*m. 1?*) *H* augustinus eps *PE* 6 quod *HPP*¹ domino] dē (*exp.*) domino *P*² uos domino *P*¹ noueritis, *m. 2* uoueritis *M* hilaratas *M* hilarat'** (*fuitne* is *?*) *A* exhilaratus *m* 7 item *P*¹ 8 inuidit *H* (*postr.* i *a m. in ras.*) *PE* exhortandum *HPE* extandam, *m. 2* excitandam *A* creddi, *m. 2* credidi *A* 9 et] ac *HE sec. u. 2; sed cf. p. 29, 12* 10 loquitur, *m. 1 corr.* legitur *P*² 11 differes *I* de die* *I* 12 uobisse, *m. 1 corr.* uouisse *H* nouisse, *corr.* (*m. 1?*) uouisse *P*² nouisti *C* nosti] nosse, *m. 2 supra* uouisse *C* 13 debita te exigit *H* debita a te exigit *E* persoluat, *m. ut uid. 1 corr.* persoluit *H* 14 uouite *P*¹ (*m. 1 corr.* uouete) *I* (*corr.* uouete) uestro *P*¹*IMACP*² *edd. sec. Vulg.* (*Septuag.* ὑμῶν)

etsi non uouisses, quid aliud tibi suadendum fuit aut quid melius ab homine fieri potest, quam ut ei se restituat, a quo institutus est, praesertim quia caritatis erga nos dei tantum apparuit atque inluxit indicium, ut filium suum unigenitum mitteret, qui pro nobis moreretur? restat ergo, ut fiat, quod apostolus ait, propterea mortuum esse Christum, ut, qui uiuunt, iam non sibi uiuant sed ei, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit, nisi forte adhuc mundus amandus est tanta rerum labe contritus, ut etiam speciem seductionis amiserit. nam quantum illi laudandi atque praedicandi, qui dignati non sunt cum mundo etiam florente florere, tantum increpandi et accusandi sunt, quos perire cum pereunte delectat.

2 Labores et pericula et exitia huius transitoriae uitae si pro eadem uita quandoque finienda subeuntur, ut mors eius non omnino auferatur, sed paululum differatur, quanto magis pro aeterna subeunda sunt, ubi mortem nec natura sollicite cauet nec ignauia turpiter timet nec sapientia fortiter sustinet! nulli quippe erit, quae non erit. habeat igitur te uita aeterna in dilectoribus suis. nonne cernis, haec uita miserabilis et egena quam uehementes habeat quantumque sibi obliget amatores

6 II Cor. 5, 15

1 nouisses, *m. 2* uouisses P^2 qui, *m. 2* quid *I* tibi *om. MA* 2 se *om. MA* restituat (a *ex corr. m. 1*) *I* 3 caritas *H* (*m. 1 corr.* caritatis) *P* 4 eluxit P^1IMAP^2 *edd.* 5 moriretur, *m. 1 corr.* moreretur *P* moreret (~ *m. ut uid. 2*) *M* 7 uiuant *C* non sibi iam *IMACP*^{2} *edd.* 8 mortuos *M* 9 tanta] et tanta P^1 11 qui, *m. 2* sunt qui *C* sunt ¦ qui, *sed utrumque uocabulum ultra u. in marg.* (*m. 1?*) *H* sunt qui *PE* dignati sunt (*om.* non) P^1 (*m. 2* dedignati sunt) *M* (*m. 1 corr.* dignati non sunt) etiam cum mundo *P edd.* florere] flore *M* 12 pereunt, *corr.* (*m. 1?*) pereunte *M* 14 huius *om. P* 15 eius (u *eras.*) *P* 16 quando, *m. 2* quanto *C* 17 subeda, *m. 1 corr.* subeunda P^2 18 sapia, *m. 1 corr.* sapientia *P* 19 qđ. (đ *m. 2 ex* u; *in ras. fuisse uid.* ę) *M* habet *C* in dilectoribus suis uita aeterna *HPE* 20 non *MA* mirabilis *M* 21 uehementer *H* (*m. 1 corr.* uehementes) AP^2 sibi *om. MA* obleget, *corr.* obliget *I*

suos? qui tamen periculo eius saepe turbati citius eam finiunt eo ipso, quo finire formidant, et mortem dum declinant, accelerant, ueluti si quisquam fluuio rapiendus inruat latronem bestiamue fugiendo. iactant in mare tempestate saeuiente aliquando et alimenta et, ut uiuant, proiciunt, unde uiuunt, ne cito finiatur, quod uel in labore uiuitur. quantis laboribus agitur, ut longiore tempore laboretur! et mors cum inpendere coeperit, ideo cauetur, ut diutius timeatur. nam inter tot casus fragilitatis humanae quam multae mortes timentur, quarum certe una cum uenerit, restat ceteras non timeri! et tamen fugitur una, ut omnes timeantur. quibus excruciantur doloribus, qui curantur a medicis et secantur! numquid ut non moriantur? sed ut aliquanto serius moriantur. multi cruciatus suscipiuntur certi, ut pauci dies adiciantur incerti, et nonnumquam ipsis doloribus uicti continuo moriuntur, quos mortis timore suscipiunt, et cum omnino non eligant uitam finire, ne doleant, sed dolere, ne finiant, accidit eis, ut et doleant et finiant, non solum quia et sanati uitam utique finiunt post dolores, quae tantis poenis comparata nec sempiterna esse potest, quia

1 eius periculo *P* 2 quo *om. E* q, *m. 2* qua *M* accere *spatio 3—4 l. relicto, m. 2* accelerant *C* 3 si *om., m. ut uid. 1 add.* P^1 fluuia, *corr.* fluuio *I* irruat in latronem bestiam fugiendo *HPE* latonem, *m. 1 corr.* latronem *M* 4 tempestate saeuiende *P* tempestate seuiente (*m. 2* tempestates seuientes, *sed utrumque* s *exp.*) *M* tempestate saeuientes *I* 5 uiunt *H* (*m. 1 corr.* uiuunt) *E* uiuuint *A* uiuant MP^2 (*m. 2* uiuunt) nec (c *del.*) *C* 6 quod—uiuitur *om. P* 7 utitur *HPE* 8 tot casus] occasasus (as *del.*) *H* occasus *PE* 10 ce////ste (*ras. 1—2 l.*), *corr.* (*m. 1?*) ce////rte P^2 11 ut] cum CP^2 *edd. praeter m* excuciantur, *corr.* (*m. 1?*) excruciantur *I* 12 qui curantur a medicis et] qui curantur doloribus et *HP* uel *ceteris omissis E* 13 aliquantoser uis *C* aliquando serius P^1M multi cruciatus suscipiuntur *om., m. 2 add. I* suspiciuntur, *m. ut uid. 1 corr.* suscipiuntur P^1 suspitiuntur, *m. 2* suscipiuntur P^2 14 et] ut *E* non*numquam (fuitne* q *in ras.?*) P^1 15 uicti *om. HPE* timores *I* 16 suscipiuntur (ur *del.*) *H* ne] nec *E* 17 sed dolere ne finiant *om.* P^2 dolore *IA* dolorem *HPE* ne *om. I pr.* et *om. IMACP*^{2} *edd.* 18 utique uitam *edd.* 19 poenitus (tu *m. 2 del.*) P^2 qua, *corr.* (*m. 2?*) quia *H*

uit, aut mentitur aut fallitur. quaedam enim, quae mihi ad curam non pertinere uisa sunt, praetermisisse me sentio, nulla tamen falsa dixisse. proinde sanctus filius noster Pinianus quod me praesente ac permittente iurauerit, uerum est; quod autem me praecipiente iurauerit, falsum est. scit ipse, sciunt serui dei, quos ad me misit, primo sanctus Barnabas, deinde Timasius, per quem etiam de promissione praesentiae suae mihi mandauit. ipse quoque populus ad presbyterium, non ad ius iurandum clamando cogebat; sed oblatum sibi non respuit ea spe, quo posset in eodem apud nos habitante uoluntas fieri, quo consentiret ad ordinationem, ne, sicut iurauerat, si inuitus ordinaretur, abscederet. ac per hoc et illi propter opus dei clamauerunt — neque enim sanctificatio presbyterii non est opus dei — et, quod postea de promissa praesentia gratulati non sunt, nisi adderetur, quod, si quando ad suscipiendum clericatum consentire uellet, non nisi in Hipponiensi ecclesia consentiret, satis in promptu est, quod etiam de ipsa eius apud se habitatione sperauerint, ideoque ab illo operis dei desiderio non recesserunt.

7 Quo modo ergo dicis hoc eos fecisse turpissimo appetitu pecuniae? primo quia ad plebem, quae clamabat, omnino non pertinet; sicut enim plebs Tagastensis de his, quae contulistis ecclesiae Tagastensi, non habet nisi gaudium boni operis uestri, sic et Hipponiensis et cuiuslibet alterius loci, ubi de mammona iniquitatis domini praecepta fecistis uel estis ubicumque facturi. non ergo populus, ut de tanto uiro ecclesiae consuleret suae, ardentissime flagitans suum pecuniarium commodum quaesiuit a uobis, sed uestrum pecuniae contemptum dilexit in uobis. nam si in me dilexerunt, quod audierant

24 Luc. 16, 9

3 piuianus *VU* 4 iurauerit *om. codd.* 6 serui *m. 2 in ras. V* 9 sibi *om., in marg. m. 1 add. U* 12 et *om., m. 1 s. u. add. R* propter *bis T* 14 opus est *VU* 15 non *om., in marg. m. 1 add. V* 16 ipponensi *VU* Hipponensi *edd.* 17 consentire *U* promptu (pr *ex* pp *m. 1*) *R* 24 ipponensis *VU* Hipponensis *edd.* 27 pecuniarum *VU* quaesiuit commodum *edd.* 28 a nobis *VU*

paucis agellulis paternis contemptis ad dei liberam seruitutem me fuisse conuersum, neque in hoc inuiderunt ecclesiae Tagastensi, quae carnalis patria mea est, sed, cum illa mihi clericatum non inposuisset, quando potuerunt, habendum inuaserunt, quanto flagrantius in nostro Piniano amare potuerunt tantam mundi istius cupiditatem, tantas opes, tantam spem tanta conuersione superatam atque calcatam! ego quippe secundum multorum sensum comparantium semet ipsos sibimet ipsis non diuitias dimisisse sed ad diuitias uideor uenisse. uix enim uigesima particula res mea paterna existimari potest in comparatione praediorum ecclesiae, quae nunc ut dominus existimor possidere. in qualibet autem maxime Africanarum ecclesiarum hic noster non dico presbyter sed episcopus sit, comparatus pristinis opibus suis, etiamsi animo dominantis egerit, pauperrimus erit. multo ergo liquidius et securius in hoc amatur Christiana paupertas, in quo nulla rerum ampliorum potest putari cupiditas. hoc accendit animos populi, hoc in illam uiolentiam perseuerantissimi clamoris erexit. non eos turpis cupiditatis insuper accusemus, sed magis bonum, quod ipsi non habent, saltem in aliis diligere sine crimine permittamus. nam etsi fuerunt illi multitudini permixti inopes uel mendici, qui simul clamabant et de uestra uenerabili redundantia indigentiae suae supplementum sperabant, nec ista, ut arbitror, cupiditas turpis est.

8 Restat ergo, ut iste pecuniae turpissimus appetitus ex obliquo in clericos et maxime in episcopum dirigatur. nos enim rebus

3 clericatum mihi *edd.* 5 piuiano *V* (*corr.* piniano) *U* potuerunt pos (pos *exp.*) tantam *U* 6 huius *T edd.* tantantam, *eraso* tam *corr.* tantam *V* 7 superatā (ā *in ras.; fuit* ui) ne (ne *exp.*) conuersione *collocatione signis correcta U* 8 compantium *T* 10 uicesima *T* estimari (e *m. 2 in ras.; fuit* exi) *V* 11 compatione *R* 12 maxime autem *signis corr. R* 14 compatus *TV* opibus *uirgula erasa T* 17 accendit *bis H* 19 cupiditasit, *m. 1 corr.* cupiditatis *R* 21 fuerint *U edd.* 23 indigentie (t *ex* e) *V* suae *om. T* 24 cupiditas *ras. ex* turpiditas *T* 25 istę *RU* istius *H* obliquo *in ras. m. 1 R*

ecclesiae dominari existimamur, nos opibus frui. postremo quicquid de istis nos accepimus, nos uel adhuc possidemus uel, ut placuit, erogauimus; nihil inde populo extra clericatum uel extra monasterium constituto nisi paucissimis indigentibus largiti sumus. non ergo dico, quia uel in nos maxime a uobis dici ista debuerunt, uerum tamen in nos solos credibiliter dici potuerunt. quid ergo faciemus? qua nos, si apud inimicos non possumus, saltem apud uos ratione purgamus? res haec animi est, intus est, procul ab oculis secreta mortalium deo tantum modo nota est. quid ergo restat nisi deum testari, cui nota est? cum ergo de nobis ista sentitis, non praecipitis, quod multo melius est et quod mihi in epistula tua tamquam culpabile obiciendum putasti, sed omnino cogitis, ut iuremus, non intentato metu mortis carnis nostrae, quod populus Hipponiensis fecisse putatus est, sed intentato metu mortis existimationis nostrae, quae propter infirmos, quibus nos praebere ad exemplum bonorum operum qualicumque conuersatione conamur, etiam uitae carnis huius utique praeponenda est.

9 Verum tamen uobis nos ita cogentibus, ut iuremus, non suscensemus, sicut uos Hipponiensibus suscensetis. creditis enim tamquam homines de hominibus etsi ea, quae in nobis non sunt, non tamen ea, quae in nobis esse non possunt. sananda ista in uobis, non accusanda sunt et nostra purganda uobis est fama, si est domino purgata conscientia. qui fortasse praestabit. sicut ante, quam accidisset ista temptatio, ego et frater meus Alypius conlocuti sumus, ut non solum uobis carissimis commembris nostris uerum etiam ipsis inimicis notissimum fiat nulla nos cupiditate pecuniae in rebus ecclesiasticis sordidari. quod donec fiat, si dominus donabit, ut fiat, ecce nunc interim. quod cogimur, facimus, ne uestri cordis medi-

16 Tit. 2, 7

1 nos *om. VU* 4 constitut·o (*fuit* i) *R* 7 quia *T* quo (o *in ras.*) *V* 8 purgemus (e *m. 2 in ras.*) *V* 10 quid ergo—nota est *om. U* 14 Hipponensis *edd.* 15 intentatu *T* 16 quibus] quę *U* 19 ita nos *RVU* 20 Hipponensibus *edd.* succense··tis (ri *eras. ?*) *V* 23 in nobis *THR* 25 contentio *VU* 26 non ut *T edd.* 27 inimicissimis *m* 30 ne uob uestri (uob *del.*) *T* ne u (u *exp.*) uestri *U*

cinam in quantam libet moram temporis differamus. deus testis est istam omnem rerum ecclesiasticarum procurationem, quarum credimur amare dominatum, propter seruitutem, quam debeo caritati fratrum et timori dei, tolerare me, non amare. ita ut ea, si saluo officio possim, carere desiderem. nec aliud me de fratre meo Alypio sentire ipse deus testis est. tamen et de illo aliter sentiendo populus et, quod est grauius, Hipponiensis in tantas est illius praecipitatus iniurias et de nobis uos sancti dei et pleni uisceribus misericordiae talia credendo nomine eiusdem populi, qui ad causam huiusce modi cupiditatis omnino non pertinet, nos tangere atque admonere uoluistis utique ad nos corrigendos, neque enim odio, quod absit a uobis. unde non irasci sed gratias agere debeo, quod nec uerecundius nec liberius agere potuistis, ut episcopo non quasi conuiciose obiceretis, quod sentiebatis, sed ex obliquo intellegendum relinqueretis.

10 Nec molestum sit uobis, ut uos uelut grauatos arbitremini, quia iurandum putaui. neque enim grauabat apostolus aut eos parum diligebat, quibus dicebat: Non in sermone adulationis fuimus apud uos neque in occasione cupiditatis; deus testis est. rei quippe apertae ipsos testes adhibuit, rei autem occultae quem nisi deum? si ergo ille merito est ueritus, ne humana ignorantia de illo aliquid tale sentiret, cuius labor in promptu omnibus erat, quod nisi summa necessitate a populis, quibus Christi gratiam dispensabat, in usus suos aliquid non sumebat, cetera uero suo uictui necessaria suis manibus transigebat, quanto magis nobis laborandum est, ut credatur, qui et merito sanctitatis et uirtute animi

19 I Thess. 2, 5

1 quantalibet mora *U* 2 ecclesiasticarum *in ras. m. 1 R* 3 habere *H* 5 possum, *m. 1 corr.* possim *U* passim, *stilo cerussato corr.* possim *T* 6 me *om. TVU* 7 Hipponensis *edd.* 15 uitiose *U* 16 reliqueretis, *stilo cerussato corr.* relīqueretis *T* 17 uos] nos *U* 20 apud uos] apud uos sicut scitis *edd. sec. sacr. litt.* nec *edd* 24 omnibus in promptu *edd.* oīb' erat *in ras. m. 1 (fuit* est) *R* 25 gratiam christi *T edd.*

longe inpares sumus nec aliquid ad sustentacula uitae huius operari nostris manibus possumus et, si possemus, tantis occupationibus, quas tunc illos non credo fuisse perpessos, nequaquam sineremur! non ergo ulterius in hac causa populo Christiano, quae ecclesia est dei, obiciatur pecuniae turpissimus appetitus. tolerabilius enim nobis obicitur, in quos huius mali quamuis falsa tamen uerisimilis suspicio cadere potuit, quam illis, quos ab hoc appetitu et a suspicione constat alienos.

11 Denegare autem iurationem qualibet fide praeditas mentes, quanto magis fide Christiana, non dico aliquid contrarium confirmare, sed omnino dubitare fas non est. de qua re quid sentiam, satis, ut arbitror, in epistula, quam ad fratrem meum scripsi, planissime aperui. scripsit mihi sanctitas tua: 'Si aut ego aut Hipponienses hoc censent, ut iuri iurando uiolenter extorto satis fiat'. tu enim ipsa quid censes? placetne tibi, ut etiam certa morte imminente, quod tunc inaniter metuebatur, nomen domini dei sui in fallaciam Christianus adsumat, deum suum testem falsitati Christianus adhibeat? qui profecto si praeter iurationem ad falsum testimonium morte imminente cogeretur, maculare uitam suam magis timere debuit quam finire. hostiles inter se acies et armatae certe apertissima mortis intentione confligunt et tamen, cum inuicem iurant, laudamus fidem seruantes, fallentes autem merito detestamur. ut autem iurarent, quid utraeque ab alterutris nisi occidi uel capi timuerunt? ac per hoc uel mortis uel captiuitatis metu extortae iurationi nisi parcatur, nisi fides, quae ibi data est, custodiatur, sacrilegii, periurii crimine detinentur etiam tales homines, qui magis metuunt peierare quam hominem occidere, et nos, utrum implenda sit extorta iuratio seruorum dei

1 huius uitae *T edd.* 3 non *om. T* 8 a *om. edd.* constat esse alienos *edd.* 13 in epistola mea quam *T* 14 plenissime *edd.* 15 *ante* ego *eras.* ę *R* Hipponenses *edd.* iureiurando *T edd.* 17 etiam *om., m. 1 s. u. add. U* 22 se *om. V* (*m. 2 s. u. add*) *U* 23 intentatione *edd.* 27 paretur *T* pareatur *VU edd.* 28 *ante* periurii *m. 2 s. u.* et *add. V* 30 implenda (a *in ras.; fuitne* um *?*) *V* tenendum *U*

munere sanctitatis praeminentium, monachorum ad perfectionem mandatorum Christi rerum etiam suarum distributione currentium quasi disceptaturi ponimus quaestionem?

12 Nam quid exilii uel deportationis aut relegationis nomine promissa illa praesentia praegrauatur? obsecro te. puto, quod presbyterium non est exilium. hoc ergo noster eligeret quam illud exilium? absit a nobis, ut sic sanctus dei et nobis carissimus defendatur, absit, inquam, ut dicatur maluisse exilium quam presbyterium aut maluisse periurium quam exilium. haec dicerem, si uere a nobis aut a populo iuratio ei fuisset extorta promittendae praesentiae; nunc uero non extorta est, dum negaretur, sed, dum offerretur. accepta et hoc ea spe, sicut supra diximus, quia per illam praesentiam creditum est eum etiam ad clericatum suscipiendum posse desiderantibus consentire. postremo, quodlibet de nobis uel de Hipponiensibus sentiatur, longe alia est eorum causa, qui coegerint iurare, quam eorum, qui non dicam coegerint, sed suaserint peierare. ipse etiam, de quo agitur, considerare non renuat, utrum sit peius sub quolibet timore ius iurandum an remoto timore ipso periurium.

13 Deo gratias, quia non aliter Hipponienses promissum circa se impleri sentiunt, quam ut adsit uoluntate habitandi et eat, quo necesse fuerit, cum dispositione redeundi. nam si uerba iurationis adtenderent et exigerent, nullo modo seruus dei recedere quam ullo modo debuit peierare. sed quia crimen eorum esset non dico talem uirum sed quemlibet hominem sic tenere, nec ipsi aliam expectationem se habuisse probauerunt, qui audientes, quod rediturus abscesserit, gratulati sunt, nec aliud illis uerax iuratio debet quam id, quod ab

1 praeeminentium *U edd. praeter r* 2 rerum *om. U* 5 praegrauantur *U* 6 est] ē x (x *exp.*) *U* 7 sic] sit *U* 15 ipponensibus *V* Hipponensibus *edd.* 17 dico *edd.* cogerint *V* (*m. 2* coegerint) *U* 19 timore ipsum *f l s r* ipso timore *m* 21 ipponenses *VU* Hipponenses *edd.* 23 necessitate (itat *exp.*) *R* 24 nullo] tam nullo *edd.* 25 recederet *VU* quam ullo, *m. 2* quia nullo *V* periurare *U* 29 iuratio *bis, alterum exp. T*

illa expectauerunt. quid est autem, quod dicitur eum iuratione ore suo expressa exceptionem fecisse necessitatis? quasi non ore suo rursus hoc iussit auferri. certe ad populum quando ipse locutus est, tunc etiam interponeret. quod si fecisset, non utique responderetur: 'Deo gratias', sed ad illam rediretur reclamationem, quae facta fuerat, quando sic a diacono recitatum est. et numquid ad rem pertinet, siue interposita sit ad recedendum necessitatis excusatio siue non sit? nihil ab illo aliud expectatum est quam id, quod supra diximus. expectationem autem eorum, quibus iuratur, quisquis deceperit, non potest esse non periurus.

14 Fiat ergo, quod promissum est, et infirmorum corda sanentur, ne tanto exemplo, quibus hoc placuerit, ad imitandum periurium aedificentur, quibus autem displicet, iustissime dicant nulli nostrum credendum esse non solum promittenti aliquid sed etiam iuranti. hinc enim potius cauendae sunt linguae inimicorum, de quibus tamquam iaculis ad interficiendos infirmos maior ille utitur inimicus. sed absit, ut de tali anima speremus aliud, quam quod dei timor inspirat et tanta, quae in illa est, excellentia sanctitatis hortatur. ego autem, quem dicis etiam prohibere debuisse, fateor, non potui sic sapere, ut tanto uel tumultu uel offensione magis euerti uellem ecclesiam, cui seruio, quam id, quod a tali uiro nobis offerebatur, accipere.

3 hoc rursum iusserit *f l s m* rursum iusserit *r* quando locutus est tunc etiam ipse *U* 5 respondetur *T* 6 sic *om. VU* 10 autem *om. H* 11 esse non] non esse *m. 2 in ras. V* 15 est *H* 16 enim] etiam *VU* 18 utitur ille *edd.* 19 timor dei *T* 20 autem *om. VU* quam *T* 22 ecclesia *U*

CXXVII.

DOMINIS EXIMIIS MERITOQUE HONORABILIBUS AC DESIDERABILIBUS FILIIS ARMENTARIO ET PAULINAE AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Vir egregius, filius meus Ruferius, adfinis uester, rettulit mihi, quid domino uoueritis. qua eius narratione hilaratus et ibidem metuens, ne aliud suadeat ille temptator, qui bonis talibus antiquitus inuidet, exhortandam paucis credidi caritatem tuam, domine eximie meritoque honorabilis et desiderabilis fili, ut cogites, quod in diuinis eloquiis legitur: Ne tardes conuerti ad dominum neque differas de die in diem atque arripias curesque reddendum, quod ei te uouisse nosti, qui et debita exigit et promissa persoluit. nam et hoc scriptum est: Vouete et reddite domino deo nostro. quamquam

10 Eccli. 5, 8 14 Ps. 75, 12

H = *cod. Palatinus 210 s. VII.*
P = *cod. Parisinus nou. acq. 1448 s. IX.*
*P*¹ = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
E = *cod. Cheltenhamensis 1712 (M 504) s. X in.*
I = *cod. Palatinus 211 s. X.*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
C = *cod. Casinensis 16*[19] *s. XI.*
*P*² = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*

2 eximiis *bis, alterum del. H* ////////meritoque (*ras. 2—3 l.*) *M* meritisque, *m 1 corr.* meritoque *H* merito *P* uenerabilibus *HP; cf. u. 9; p. 29, 12* 3 fratribus *in ras. m. ut uid. 2; fuisse uid.* filiis *C post* augustinus *in marg.* eps (*m. 1?*) *H* augustinus eps *PE* 6 quod *HPP*¹ domino] dē (*exp.*) domino *P*² uos domino *P*¹ noueritis, *m. 2* noueritis *M* hilaratas *M* hilarat'** (*fuitne* is *?*) *A* exhilaratus *m* 7 item *P*¹ 8 inuidit *H* (*postr.* i *a. m. in ras.*) *PE* exhortandum *HPE* extandam. *m. 2* excitandam *A* creddi, *m. 2* credidi *A* 9 et] ac *HE sec. u. 2; sed cf. p. 29, 12* 10 loquitur, *m. 1 corr.* legitur *P*² 11 differes *I* de die* *I* 12 uobisse, *m. 1 corr.* uouisse *H* nouisse, *corr.* (*m. 1?*) nouisse *P*² nouisti *C* nosti] nosse, *m. 2 supra* uouisse *C* 13 debita te exigit *H* debita a te exigit *E* persoluat, *m. ut uid. 1 corr.* persoluit *H* 14 uouite *P*¹ (*m. 1 corr.* uouete) *I* (*corr.* uouete) uestro *P*¹*IMACP*² *edd. sec. Vulg.* (*Septuag.* ἡμῶν)

etsi non nouisses, quid aliud tibi suadendum fuit aut quid melius ab homine fieri potest, quam ut ei se restituat, a quo institutus est, praesertim quia caritatis erga nos dei tantum apparuit atque inluxit indicium, ut filium suum unigenitum mitteret, qui pro nobis moreretur? restat ergo, ut fiat, quod apostolus ait, propterea mortuum esse Christum, ut, qui uiuunt, iam non sibi uiuant sed ei, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit, nisi forte adhuc mundus amandus est tanta rerum labe contritus, ut etiam speciem seductionis amiserit. nam quantum illi laudandi atque praedicandi, qui dignati non sunt cum mundo etiam florente florere, tantum increpandi et accusandi sunt, quos perire cum pereunte delectat.

2 Labores et pericula et exitia huius transitoriae uitae si pro eadem uita quandoque finienda subeuntur, ut mors eius non omnino auferatur, sed paululum differatur, quanto magis pro aeterna subeunda sunt, ubi mortem nec natura sollicite cauet nec ignauia turpiter timet nec sapientia fortiter sustinet! nulli quippe erit, quae non erit. habeat igitur te uita aeterna in dilectoribus suis. nonne cernis, haec uita miserabilis et egena quam uehementes habeat quantumque sibi obliget amatores

6 II Cor. 5, 15

1 nouisses, *m. 2* uouisses P^2 qui, *m. 2* quid *I* tibi *om. MA* 2 se *om. MA* restituat (a *ex corr. m. 1*) *I* 3 caritas *H* (*m. 1 corr.* caritatis) *P* 4 eluxit P^1IMAP^2 *edd.* 5 moriretur, *m. 1 corr.* moreretur *P* moreret̄ (~ *m. ut uid. 2*) *M* 7 uiuant *C* non sibi iam *IMACP*^{2} *edd.* 8 mortuos *M* 9 tanta] et tanta P^1 11 qui, *m. 2* sunt qui *C* sunt | qui, *sed utrumque uocabulum ultra u. in marg. (m. 1?)* *H* sunt qui *PE* dignati sunt (*om.* non) P^1 (*m. 2* dedignati sunt) *M* (*m. 1 corr.* dignati non sunt) etiam cum mundo *P edd.* florere] flore *M* 12 pereunt, *corr.* (*m. 1?*) pereunte *M* 14 huius *om. P* 15 eius (u *eras.*) *P* 16 quando, *m. 2* quanto *C* 17 subeda, *m. 1 corr.* subeunda P^2 18 sapia, *m. 1 corr.* sapientia *P* 19 qđ. (đ *m. 2 ex* u; *in ras. fuisse uid.* ę) *M* habet *C* in dilectoribus suis uita aeterna *HPE* 20 non *MA* mirabilis *M* 21 uehementer *H* (*m. 1 corr.* uehementes) AP^2 sibi *om. MA* obleget, *corr.* obliget *I*

suos? qui tamen periculo eius saepe turbati citius eam finiunt eo ipso, quo finire formidant, et mortem dum declinant, accelerant, ueluti si quisquam fluuio rapiendus inruat latronem bestiamue fugiendo. iactant in mare tempestate saeuiente aliquando et alimenta et, ut uiuant, proiciunt, unde uiuunt, ne cito finiatur, quod uel in labore uiuitur. quantis laboribus agitur, ut longiore tempore laboretur! et mors cum inpendere coeperit, ideo cauetur, ut diutius timeatur. nam inter tot casus fragilitatis humanae quam multae mortes timentur, quarum certe una cum uenerit, restat ceteras non timeri! et tamen fugitur una, ut omnes timeantur. quibus excruciantur doloribus, qui curantur a medicis et secantur! numquid ut non moriantur? sed ut aliquanto serius moriantur. multi cruciatus suscipiuntur certi, ut pauci dies adiciantur incerti, et nonnumquam ipsis doloribus uicti continuo moriuntur, quos mortis timore suscipiunt, et cum omnino non eligant uitam finire, ne doleant, sed dolere, ne finiant, accidit eis, ut et doleant et finiant, non solum quia et sanati uitam utique finiunt post dolores, quae tantis poenis comparata nec sempiterna esse potest, quia

1 eius periculo *P* 2 quo *om. E* q, *m. 2* qua *M* accere *spatio 3—4 l. relicto, m. 2* accelerant *C* 3 si *om., m. ut uid. 1 add.* P^1 fluuia, *corr.* fluuio *I* irruat in latronem bestiam fugiendo *HPE* latonem, *m. 1 corr.* latronem *M* 4 tempestate saeuiende *P* tempestate seuiente (*m. 2* tempestates seuientes, *sed utrumque* s *exp.*) *M* tempestate saeuientes *I* 5 uiunt *H* (*m. 1 corr.* uiuunt) *E* uiuuint *A* uiuant MP^2 (*m. 2* uiuunt) nec (c *del.*) *C* 6 quod—uiuitur *om. P* 7 utitur *HPE* 8 tot casus] occasasus (as *del.*) *H* occasus *PE* 10 cę////ste (*ras. 1—2 l.*), *corr.* (*m. 1?*) cę////rte P^2 11 ut] cum CP^2 *edd. praeter m* excuciantur, *corr.* (*m. 1?*) excruciantur *I* 12 qui curantur a medicis et] qui curantur doloribus et *HP* uel *ceteris omissis E* 13 aliquantoser uis *C* aliquando serius P^1M multi cruciatus suscipiuntur *om., m. 2 add. I* suspiciuntur, *m. ut uid. 1 corr.* suscipiuntur P^1 suspitiuntur, *m. 2* suscipiuntur P^2 14 et] ut *E* non*numquam (fuitne* q *in ras.?*) P^1 15 uicti *om. HPE* timores *I* 16 suscipiuntur (ur *del.*) *H* ne] nec *E* 17 sed dolere ne finiant *om.* P^2 dolore *IA* dolorem *HPE* ne *om. I pr.* et *om. IMACP*^{2} *edd.* 18 utique uitam *edd.* 19 poenitus (tu *m. 2 del.*) P^2 qua, *corr.* (*m. 2?*) quia *H*

mortalis est, nec diuturna, quia tota breuis est, nec de ipso breui spatio sui secura, quia semper incerta est, uerum etiam quod aliquando eam dolore finierunt, quam ne finirent, dolere uoluerunt.

3 Habet etiam hoc magnum malum ac uehementer execrandum et horrendum nimius amor uitae istius, quod multi, dum uolunt paulo diutius uiuere, grauiter offendunt deum, apud quem est fons uitae, atque ita, dum ab eis frustra, qui necessario futurus est uitae finis, metuitur, illinc prohibentur, ubi sine fine uiuitur. huc accedit, quia uita misera, etiam si posset esse perpetua, nullo modo beatae uitae etiam breuissimae comparanda est. et tamen isti amando miserrimam atque breuissimam perdunt beatissimam ac sempiternam, cum in hac ipsa, quam male diligunt, hoc uelint. quod in altera perdunt, quia utique in ista nec miseriam diligunt, nam beati esse uolunt, nec breuitatem, nam eam finire nolunt; tantum quia uita est, sic amatur, ut saepe propter eam licet miseram et breuem beata et sempiterna amittatur.

4 His consideratis quid magnum uita aeterna iubeat amatoribus suis, cum se iubet sic amari, quem ad modum haec amatur a suis? an uero dignum est uel ferendum, cum contem-

7 Ps. 35, 10

1 diurna *I* 2 s.patio *E* spatia, *m. 1 corr.* spatio *M* sui *om. HPE* quia] quae *HPE* 3 dolere *M* quam—uoluerunt *om. MA* dolere P^1 dolore *EI* 6 nius, *m. 2* nimius P^1 istius uitae *P* uitae (ae *ex corr. m. 1, fuisse uid.* et) *A* 8 ab *om.* P^1 9 illic PP^1 (*m. 1 corr.* illinc) *A* 10 accedit (e *ras. incertum*) *P* accidit *E* quia si uita *HPE* misera uita *M* si *om. E* 11 possit *MA* esse *in ras. m. 2* P^1 et esset *HPE* nullo modo etiam beatae uitae*[illegible]* (*fuitne* etiam beatae *?*) etiam *P* 12 esset *HPE* 15 in ista *om. P* in ista m nec (m *del. m. ut uid. 1*) *H* miseram *E* 16 finiri *edd.* uolunt *PMA* 18 beata• (m *eras.*) P^1 amittatur (*post.* a *in ras. m. 2*) *H* 19 quid magnum quid magnum, *m. 2* quid magnum quid impossibile *H* quid magnum quid impossibile *PE* iubeat (a *del.*) *H* iubet PP^1E *edd. praeter a* 20 si, *m. 2* sic *I* haec• *C* amatura *M* (*corr.* amatur a) *A* (*m. 2* amatur a)

nuntur omnia, quae amantur in mundo, ut uita post paululum finienda saltem ipsum paululum teneatur in mundo, et non contemnitur mundus, ut obtineatur uita, quae sine fine apud illum est, per quem factus est mundus? modo cum ipsa Roma, domicilium clarissimi imperii, barbarico uastaretur incursu, quam multi uitae huius temporalis amatores, ut eam uel infeliciter producendam nudamque redimerent, dederunt omnia, quae illi non solum oblectandae et ornandae uerum etiam sustentandae tuendaeque seruabant! solent certe amatores illis, quas amant, ut eas habeant, multa conferre; isti amatam suam non haberent, nisi amando inopem reddidissent, nec ei multa conferrent, sed cuncta potius auferrent, ne sibi eam hostis auferret. nec eorum reprehendo consilium; quis enim nesciat perituram fuisse ipsam, si non ea perissent, quae recondita fuerant propter ipsam? quamuis et quidam perdiderint prius illa mox ipsam, quidam uero licet parati cuncta perdere propter ipsam prius perdiderint ipsam. sed hinc admonendi sumus, quales aeternae uitae dilectores esse debeamus, ut propter eam contemnamus cuncta superflua, cum pro hac transitoria uita contempta sint, quae illi fuerant necessaria.

Neque enim amatam nostram sicut illi suam, ut teneamus, expoliamus, sed illi aeternae adipiscendae istam temporalem uelut famulam expeditiorem seruire facimus, si eam nec ornamentorum uanorum uinculis alligemus nec curarum noxiarum

1 omniaq; amantur *I* ut] et *HP* post *om.*, *m. 1 add.* P^1 pos *H* 2 non** (*fuit* on) *H* 3 apud illum (*ras. et corr. ex* illud) est *I* apud est illum *punctis corr. M* apud illum (*om.* est) *P* 6 huius uitae *edd.* 7 dederunt (*post.* d *in ras. m. ut uid. 1; fuitne* l *?*) *H* omniaq;, *m. 2* omnia quae *I* 8 ornandae] optinendae P^2 uerum etiam sustentandae tuendae *om.*, *m. 2 add. I* sustendae, *m. 1 corr.* sustentandae *M* 9 seruabant (*post.* a *ex ras.*) *P* seruabunt *H* 11 conferent, *m. 2* conferrent *I* 12 ne* (c *eras.*) P^1 nec *IA* hostes *E* hostis (*postr. l. m. 2 in ras. 2 l.*) *M* auferrent *EC* 14 ipsa *I* periissent *m* condita *HP* 15 perdiderunt *HPE* illam *PC* 17 perdidef *C* perdiderunt *HPE* 18 propter ea *I* propterea P^1MACP^2 19 hic *m. 2* hac *I* 22 expoliamus] sed expoliamus (sed *del.*) *H* expoliemus *E* 23 expeditione *MA* si* (c *eras.?*) P^2

sarcinis oneremus audiamusque dominum, qui nobis illam uitam summo ardore desiderandam fidelissime pollicetur, uelu in totius mundi contione clamantem: Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. tollite iugum meum super uos et discite a me, quoniam mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus uestris; iugum enim meum lene est et onus meum leue est. haec disciplina piae humilitatis uentosam et turbidam cupiditatem auidam rerum extra nostram potestatem constitutarum pellit ex animo et quodam modo expirat. ibi enim labor, ubi multa quaeruntur et diliguntur, quibus adipiscendis atque retinendis uoluntas non satis est, quia consequentem non habet facultatem. iusta uero uita, cum uolumus, adest, quia eam ipsam plene uelle iustitia est nec plus aliquid perficienda iustitia quam perfectam uoluntatem requirit. uide, si labor est, ubi uelle satis est. unde diuinitus dictum est: Pax in terra hominibus bonae uoluntatis. ubi pax, ibi requies; ubi requies, ibi finis appetendi et nulla causa laborandi. sed haec uoluntas ut plena sit, oportet ut sana sit; erit autem sana, si medicum non refugiat, cuius solius gratia sanari potest a morbo desideriorum noxiorum. ipse est ergo medicus, qui clamat: Venite ad me omnes, qui laboratis, iugum suum lene et onus leue dicens, quia diffusa per

3 Matth. 11, 28—30 17 Luc. 2, 14 23 Rom. 5, 5

2 uitam *om. HPE* 3 concionem (*pr.* o *in ras.*; m *del.*) *H* conditione *P* condicione *C* contentione *M* 4 honerati P^1 (h *eras.*) *C* onorati *M* 5 supuper (pu *del.*) *H* 6 quia *m. sec. Vulg.* 7 animanibus *M* animis P^1 lene] leue *E* suaue *I* (*ras. et corr. m. 2; fuisse uid.* leue) *A sec. Vulg.* 8 est (*post* lene) *bis H om. PI edd.* leue | haec (*om.* est) P^2 9 cupiditatem *om. HPE* 10 constitut••arum (*fuitne* ar *?*) P^2 11 expilat P^1 expiat *HPE* requiruntur *I* 13 habere, *m. 2* habet *A* uita• (m *eras.*) P^1 14 adest *om. C* 16 uide *ras. ex* unde *I* uide, *m. 2* unde *C* est (*ante* ubi) *om.*, *m. 1 add. M* dictum est diuinitus *punctis corr. M* 17 in terra] inter (*m. 3 del.*) *A* 21 noxi•orum P^1 noxiorum (orum *m. ut uid. 2*) *I* suorum noxiorum *HPE* ego, *m. 2* ergo *M* 23 lene] leue *I* et] est *C* onus suum leue *HPE*

spiritum sanctum caritate in cordibus nostris profecto amabitur, quod iubebitur, et non erit asperum nec onerosum, si sub hoc uno iugo quanto minus tumida tanto magis libera ceruice seruiatur. et haec est una sarcina, qua eius baiulus non premitur, sed leuatur. diuitiae si diliguntur, ibi seruentur, ubi perire non possunt; honor si diligitur, illic habeatur, ubi nemo indignus honoratur; salus si diligitur, ibi adipiscenda desideretur, ubi adeptae nihil timetur; uita si diligitur, ibi adquiratur, ubi nulla morte finitur.

6 Reddite igitur, quod uouistis, quia uos ipsi estis et ei uos redditis, a quo estis; reddite, obsecro. neque enim, quod redditis, reddendo minuetur, sed potius seruabitur et augebitur; benignus enim exactor est, non egenus, et qui non crescat ex redditis, sed in se crescere faciat redditores. huic ergo quod non redditur, perditur, quod autem redditur, reddenti additur, immo uero in eo, cui redditur, reddens ipse seruatur. id ipsum quippe erit redditum et redditor, quia id ipsum erat debitum et debitor. deo namque se ipsum homo debet eique reddendus est, ut beatus sit, a quo accepit, ut sit. hoc significat, quod in euangelio dominus ait: Reddite Caesari, quae Cae-

20 Matth. 22, 21; Marc. 12, 17; Luc. 20, 25

1 caritatē (~ *ēras.*) *M* 2 iuuebitur, *m. 1 corr.* iubebitur P^1 iubetur *A l r m* uidebitur *a e f* asperum] as|pidum P^2 •onerosum (h *eras.*) P^1 3 si *om. HPP*^{1}*E* iugo uno *M* minus] magis *M* 4 seruitur *HPP*^{1}*E* et• P^1 ēē *M* qua• P^1 quia (i *exp.*) P^2 ei'/// (*parua ras.*) P^1 5 baiulus (iu *m. ut uid. 2*) *I* si *om., m. 1 (?) add. H* diligitur, *m. 1 corr.* diliguntur *M* 6 possent, *m. 1 corr.* possunt *P* illic *in ras. P* 7 nemo] nullus *HPE* diligitur (gi *m. 2*) *I* 8 adepte, *corr.* adepta *I* adepta *HPP*^{1}*EMC* (*sed postr. l. m. 2*) *a e* si *om. MA* (*m. 3 add.*) 9 diligitur (gi *m. 2*) *I* adquiritur, *m. 2* a lquiratur P^2 sinitur, *m. 1 corr.* finitur *H* 10 ipsius *P* 11 redditis] reddatis *E* redditis quod *C* 12 minuitur *HPE* augetur P^1 13 exauctor *H* egens *C* crescit *M* 14 redditis *ex* redditu *m. 1 P* in se crescere] increscere *A* crescere *M* facit *M* 15 praeditur, *m. 2* perditur *I* reddenti] et reddenti *HPE* reddendi, *m. 2* reddenti *M* 16 in eo *om. HPE* ipse reddens *edd.* seruiatur *C* 18 debet homo *MACP*^{2} *edd.* 19 est *om. A* accepit ut] acceptus *P* 20 Caesari] caesaris *P* caesari (*m. 2* caesaris) sunt *I* sunt caesaris *AC sec. Vulg.*

saris sunt, et deo, quae dei sunt. hoc enim dixit, cum sibi demonstrato nummo et quaesito, cuius haberet imaginem, responsum esset: 'Caesaris', ut hinc intellegerent, quod deus exigeret ab homine imaginem suam in homine ipso, sicut suam Caesar exigebat in nummo. quanto magis ergo reddenda est, cum promittitur, cui etiam non promissa debetur!

7 Quapropter, carissime, possem quidem pro mea quantulacumque facultatula sancti propositi, quod deo. uouisse uos comperi, uberius laudare fructum ac demonstrare, quid distet inter Christianos dilectores mundi huius et contemptores, quamuis fideles utrique dicantur, eodem utrique lauacro sacri fontis abluti sint, eisdem inbuti consecratique mysteriis, utrique eiusdem euangelii non auditores tantum uerum etiam praedicatores nec utrique tamen regni dei lucisque participes et uitae aeternae, quae sola est beata, coheredes. dominus enim Iesus non ab eis, qui non audiunt, sed eos inter se auditores uerborum suorum latissimo limite, non tenui distinctione discreuit: Qui audit, inquit, uerba mea haec et facit ea, similabo eum uiro prudenti, qui aedificauit domum suam super petram: descendit pluuia, uenerunt flumina, flauerunt uenti et impegerunt in domum illam et non cecidit; fundata enim erat

18 Matth. 7, 24—27; Luc. 6, 47—49

2 demonstrato sibi *M* questo *A* questio *M* questio, *m. 2* quesito P^2 habet *C* maginem, *m. 2* imaginem *I* 4 exigeret, *corr.* (*m. 1 ?*) exigerat *P* exegerat *E* Caesar suam *f l r m* suam *om. P* 5 ergo magis *M* 7 posse *C* me P^1 8 facultatulas (s *del.*) *H* facultaticula *E* uouisse (uis *corr.*) *I* uobisse, *m. 2* uouisse *M* 9 uberius *om. HPE* 11 sacro fontis *C* sacristantis *H* sacris tantis *PE* 12 abluti sunt *PECP*^{2} (*m. 1 ? corr.* abluti sint) *edd.* ablutis in *I* consecratisque (*post.* s *del.*) *H* 13 adiutores *I* 14 dei *om. M* 15 beata participes coheredes *H* (her *in ras. m. ut uid. 1*) *PE* dominus *in marg. ante u. m. 1 H* 16 eos qui inter P^1 18 haec *om. HPA* 19 ea *in fine u. om.* P^1 20 supra *EMA edd. sec. Vulg.* 22 et non cecidit—in domum illam *om. C* et *om., m. 1 add. M* fundaṁta (ṁ *m. 1 del.*) *M*

super petram. qui autem audit uerba mea haec et non facit ea, similabo eum uiro stulto, qui aedificauit domum suam super harenam: descendit pluuia, uenerunt flumina, flauerunt uenti et impegerunt in domum illam et cecidit et facta est ruina eius magna. audire ergo uerba illa aedificare est; in hoc utrique pares sunt, in faciendo autem et non faciendo, quod audiunt, tantum dispares, quantum aedificium petrae soliditate fundatum dispar est ei, quod sine ullo fundamento facili harenae mobilitate subuertitur. nec ideo, quisquis omnino non audit, tutius sibi aliquid comparat; nihil enim aedificans sine ullo tecto multo facilius obruendus, rapiendus et dispergendus imbribus, fluuiis uentisque donatur.

8 Possem etiam pro modulo meo eosdem ipsos pertinentes ad dexteram regnumque caelorum in suis gradibus meritisque distinguere atque ostendere, quo differat uita coniugalis filios procreantium patrum matrumque familias uerum tamen religiosorum ac piorum ab ea uita, quam uos deo uouistis, si nunc ad eam uouendam exhortandus esses; sed quia iam uouisti, iam te obstrinxisti, aliud tibi facere non licet. priusquam esses uoti reus, liberum fuit, quo esses inferior, quamuis non

1 supra *EMA edd. sec. Vulg.* adit, *m. 1 corr.* audit *M* 3 descendit • (a *eras.*) pluuia P^1 4 uerunt, *m. 1 corr.* uenerunt *M* 5 *pro* in *ras.; fuisse uid.* in P^1 domã *E* 6 ergo *om. HPE* illa uerba *IMACP*^{2} *edd.* 8 tantum] in tantum *C* dispar est *IM* (*m. ut uid. 2* dispares) AP^2 (*ras. et corr. m. 2* dispares) aedificiũ• *M* 9 soliditatae (dit *in ras. alia m;* a *ante* e *del.*) *H* soliditatem *I* solidate *C* ei, *sed* i *postea* (*m. 1 ?*) *add. et super* e *eras. uid.* ~ *M* 10 faciliare nemobilitate *C* nobilitate *A* subuertuntur *P* 11 totius *MCP*^{2} (*m. 2* tutius) aedificat *HPE* 12 rapiendus obruendus *HPE* 13 fluuiis] pluuiis *HP* do¦ (natur *in fine pag. om.*) *C* 14 possim *IMACP*^{2} *edd. praeter m* 15 meritis, *corr.* (*m. 1 ?*) meritisq. *M* 16 ostenderet (*del. postr. l.*) *H* ostende¦, *corr.* (*m. 1 ?*) ostendere *M* quod P^1IA quid *HP* uita• (m *eras.*) P^2 17 matrum (*om.* que) *M* tamen] tã *M* 18 •ac (h *eras.*) P^2 ab ea] a beata AP^2 *a e* 19 uouendum *E* sed *om. HPE* 20 obstrinxisti./// *E* 21 esses *om.*, *m. 2 add.* esse *I* liberum tibi fuit *HPE* esse¦, *m. 2* esses P^2

sit gratulanda libertas, qua fit, ut non debeatur, quod cum lucro redditur. nunc uero, quia tenetur apud deum sponsio tua, non te ad magnam iustitiam inuito, sed a magna iniquitate deterreo. non enim talis eris, si non feceris, quod uouisti, qualis mansisses, si nihil tale uouisses. minor enim tunc esses, nen peior; modo autem tanto — quod absit — miserior, si fidem deo fregeris, quanto beatior, si persolueris. nec ideo te uouisse paeniteat, immo gaude iam tibi non licere, quod cum tuo detrimento licuisset. adgredere itaque intrepidus et dicta imple factis; ipse adiuuabit, qui uota tua expetit. felix est necessitas, quae in meliora compellit.

9 Una sola esse causa posset, qua te id, quod uouisti, non solum non hortaremur, uerum etiam prohiberemus implere, si forte tua coniux hoc tecum suscipere animi seu carnis infirmitate recusaret. nam et uouenda talia non sunt a coniugatis nisi ex consensu et uoluntate communi et, si praepropere factum fuerit, magis est corrigenda temeritas quam persoluenda promissio. neque enim deus exigit, si quis ex alieno aliquid uouerit, sed potius usurpare uetat alienum. diuina quippe de hac re per apostolum est prolata sententia: Uxor non habet potestatem corporis sui sed uir; similiter et uir non habet potestatem sui corporis sed mulier. sexum

20 I Cor. 7, 4

1 gratulabunda *C* 2 reddit, *m. 2* redditur *I* tenetur (tur *ex corr. m. 1*) *H* 3 a *om. P* a⁎ (d *eras.*) P^1 inquitate *P* 5 miror *HPE* tunc, *m. 2* si tunc *H* si tunc *PE* 6 non *om.. m. 1 add. H* tantum *IMC*P^2 misereor, *m. 2* miserior *C* 8 paeniat, *m. 2* paeniteat *A* iam gaude *C* non sic licere *CP*^{2} 10 adiuuauit, *m. 2* adiuuabit *I* expetit (*pr.* t *in ras.*) *H* capetit (*sic!*) *E* 11 in (n *in ras.*) *H* 12 causa esse *HEC* causa ⁎ *P* qua te] quae (e *del.*) *H* que *P* qua *E* 14 coniux forte tua *C* 15 uouenda *cum ras. super* a *M* uouendo, *m. 2* uouenda P^2 a *om. HPE* 16 prope, *m. ut uid. 1 corr.* propere *H* propere *E* opere *P* 19 usurpare (usurp *in ras.*) *P* uetat *cum ras. ante* u *et supra P* 20 est *om. MA* sapientia *MA* potestatem non habet sui corporis *HPE* 22 corporis sui *IMACP*^{2} *edd.* sexum nomine (exum nom *in ras*) *P*

nomine corporis nuncupauit. sed cum illam tam paratam esse audiam deo dicare continentiam, ut eo solo impediatur, si tibi debitum reddere coniugali iure compellitur, ambo deo reddite, quod ambo uouistis, ut illi persoluatur, quod ab alterutro non exigitis. si continentia uirtus est, sicuti est, cur ad eam sit promptior sexus infirmior, cum uirtus a uiro potius cognominata uideatur, sicut similitudo uocabuli resonat? noli ergo uir abhorrere a uirtute, quam mulier est parata suscipere. sit uester consensus oblatio ad supernum altare creatoris et uicta concupiscentia tanto fortius quanto sanctius uinculum caritatis. gaudeamus de uobis in abundanti gratia Christi, domini eximii meritoque honorabiles et desiderabiles filii.

6 Cic. Tusc. disp. II 18, 43

1 nomine] non $\overline{ce}$ P^2 audiam esse *HPE* 2 dicere, *m. 1 corr.* dicare P^1 3 debitam, *m. 1 corr.* debitum *H* compellitur, *m. 2* compellatur P^2 compellit *E* compellatur *HP* deo (o *ex* i *m. ut uid. 1*) P^2 reddere *A* 4 ab *om. M* 5 exegistis *C* secuti *A* cura deam////////, *m. 2* cur ad eam//////// (*ras. 2—3 l.*) P^2 6 promtiora (a *del.*) *H* promptios *I* potius a uiro *C* cognata, *m. 1 corr.* cognominata *H* 7 uir *om. P* 8 aberrare P^1 muli, *m. ut uid. 1 corr.* mulier *H* sic P^1 9 altere (*corr.* altare) — *I* 11 gaudeamus] et alia manu gaudeamus *HPE* in habundantia gratia *I* in abundantia gratiae P^1 domine, *corr.* (*m. 1 ?*) domini P^1 12 desiderabilis, *m. 2* desiderabiles *I*

CXXVIII.

HONORABILI AC DILECTISSIMO FILIO V. C. ET SPECTABILI TRIBUNO ET NOTARIO MARCELLINO AURELIUS, SILVANUS ET UNIVERSI EPISCOPI CATHOLICI.

1 Edicto spectabilitatis tuae, quo nostrae conlationis tranquillitati quietique seruandae et ueritati manifestandae muniendaeque consultum est, in omnibus nos consentire, sicut admonere dignatus es, per has litteras intimamus, hoc est de loco et tempore ipsius conlationis et de numero eorum, quos praesentes esse oportebit. consentimus etiam, ut hi, quibus conferendi delegamus officium, subscribant prosecutionibus suis inque illo scripto, quo eis hoc munus inponimus ratumque nos habituros, quod egerint, pollicemur, subscriptiones omnium nostrum non solum habeas factas uerum etiam, cum fiunt, ipse perspicias, admonituri quoque domino adiuuante populum Christianum, ut à conlationis loco quietis et tranquillitatis gratia suum abstineat omnino conuentum et ea, quae aguntur, non, cum aguntur, audire festinet, sed, conscripta ut cognoscat, expectet, sicut ea te prolaturum omnibus promisisti.

2 Illo etiam ueritate confisi nos uinculo condicionis obstringimus, ut, si nobis hi, cum quibus agimus, demonstrare potuerint, cum secundum dei promissa populi Christiani usquequa-

Ep. CXXVIII et CXXIX in actis collationis Carthaginensis (Mansi sacrorum conciliorum collectio tom. IV p. 61—66) nobis traditae sunt, ep. CXXVIII etiam in Augustini libro de gestis cum Emerito c. 5—7, unde Maurini eas in epistularum corpus transtulerunt.

Acta collationis Carthaginensis:
P = cod. Parisinus 1546 s. IX.
S. Augustini liber de gestis cum Emerito:
G = cod. Gratianopolitanus 152 s. XIII; desunt:
p. 30, 8 hoc—*19;*
p. 34, 1 Aurelius—*4*

2 ū č et spect' trib' et not' *P* 5 collationi *P* 6 muniendaeque] ac muniendae *G* 10 hii *P* 11 inquae *P* 12 hoc *om., s. u. m. 3 add. P* ratunque, *exp.* n *m. ut uid. 2 corr.* ratūque *P* 20 illa *G* 21 hii *P* hoc *G* ii *m*

que crescendo iam magnam partem orbis implerent et in cetera dilatarentur implenda, subito ecclesiam Christi nescio quorum, quos isti accusant, peccatorum perisse contagio et in sola remansisse parte Donati, si hoc, ut dictum est, demonstrare potuerint, nullos apud eos honores episcopalis muneris requiremus, sed eorum sequemur pro sola aeterna salute consilium, quibus tanti gratiam beneficii pro cognita ueritate debebimus. si autem nos potius ualuerimus ostendere ecclesiam Christi omnium non solum Africanarum uerum etiam transmarinarum prouinciarum multarumque gentium spatia feracissima populorum copia iam tenentem et, sicut scriptum est, toto mundo fructificantem atque crescentem nullorum hominum sibi commixtorum peccatis perire potuisse, si denique ipsorum, quos tunc accusare uoluerunt potius quam conuincere ualuerunt, quaestionem demonstrauerimus esse finitam, quamuis non in eis ecclesiae causa consistat, et Caecilianum innocentem illos autem uiolentos et calumniosos esse iudicatos ab eo imperatore, ad cuius examen criminationes suas ultro accusando miserunt, postremo si, quicquid de peccatis quorumlibet hominum dixerint, uel humanis documentis uel diuinis probauerimus aut eorum innocentiam falsis criminibus appetitam aut Christi ecclesiam, cuius communioni cohaeremus, nullis eorum delictis esse destructam, sic eius nobiscum teneant unitatem, ut non solum uiam salutis inueniant, sed nec honorem episcopatus amittant. neque enim in eis diuinae sacramenta ueritatis sed commenta humani detestamur erroris, quibus sublatis fraternum pectus amplectimur Christiana nobis caritate coniunctum, quod nunc dolemus dissensione diabolica separatum.

12 Col. 1, 6

1 implessent *G* in ceteram dilatarentur implendam *G m* 3 perisse *m* contagione *G* 4 parte donati remansisse *G* 5 episcopalis muneris] episcopatus *G* 6 aeterna *om.* *G* 9 uerum] s; *G* 10 multarum (*om.* que) *G* 15 demonstrauerimus esse finitam] definitam *G* 16 ecclesiae causa] ecclesia *G* 17 autem *om.* *G* 19 quicquid] quid *G* 27 complectemur *G*

3 Poterit quippe unusquisque nostrum honoris sibi socio copulato uicissim sedere eminentius sicut peregrino episcopo iuxta considente collega. hoc cum alternis basilicis utrimque conceditur, uterque ab alterutro honore mutuo praeuenitur, quia, ubi perceptio caritatis dilatauerit corda, possessio pacis non fit angusta, ut uno eorum defuncto deinceps iam singulis singuli pristino more succedant. nec nouum aliquid fiet; nam hoc ab ipsius separationis exordio in eis, qui damnato nefariae discissionis errore unitatis dulcedinem uel sero sapuerunt, catholica dilectio custodiuit. aut si forte Christiani populi singulis delectantur episcopis et duorum consortium inusitata rerum facie tolerare non possunt, utrique de medio secedamus et ecclesiis in singulis damnata schismatis causa in unitate pacifica constitutis ab his, qui singuli in ecclesiis singulis inuenientur, unitati factae per loca necessaria singuli constituantur episcopi. quid enim dubitemus redemptori nostro sacrificium istius humilitatis offerre? an uero ille de caelis in membra humana descendit, ut membra eius essemus, et nos, ne ipsa eius membra crudeli diuisione lanientur, de cathedris descendere formidamus? propter nos nihil sufficientius quam Christiani fideles et oboedientes sumus; hoc ergo semper simus. episcopi autem propter Christianos populos ordinamur; quod ergo Christianis populis ad Christianam pacem prodest, hoc de nostro episcopatu faciamus. si serui utiles sumus, cur domini aeternis lucris pro nostris temporalibus sublimitatibus inuidemus? episcopalis dignitas fructuosior nobis erit, si gregem Christi magis deposita collegerit quam retenta disper-

3 considentē collegā *G* utrumq; *G* 4 uterque ab alterutro honore mutuo praeuenitur] utroque alterum cum honore mutuo preueniente *G* 5 praeceptio *G m* 7 succendant *P* 8 ab] ex *G* 9 discis sensionis (sen *m. ut uid. 1 exp.*) *P* dissensionis *G* 10 populi christiani *G* 12 discedamus *G* 13 ecclesiis singulis *G* 14 qui singuli in ecclesiis singulis inuenientur] singulis in ecclesiis singulis annuentib; *G* 15 unitate facta *m* loca] longa *P* 18 descendit humana *G* ut *om., s. u. m. 1 add. P* 22 sumus *G* 24 quur *P* 27 deposita magis *G*

serit; nam qua fronte in futuro saeculo promissum a Christo sperabimus honorem, si Christianam in hoc saeculo noster honor impedit unitatem?

4 Haec propterea praestantiae tuae scribenda curauimus, ut et per te innotescant omnibus. postulamus, ut in adiutorio domini dei nostri, quo admonente ista promittimus et quo adiuuante nos implere posse confidimus, etiam ante conlationem, si fieri potest, corda hominum uel infirma uel dura pia caritas aut sanet aut edomet ac sic iam pacificis mentibus non resistamus manifestissimae ueritati et disputationem nostram uel praecedamus concordia uel sequamur. neque enim desperare debemus, si recolunt beatos esse pacificos, quoniam ipsi filii dei uocabuntur, multo dignius et facilius eos uelle, ut pars Donati uniuerso orbi Christiano reconcilietur, quam uniuersus orbis Christianus a parte Donati rebaptizetur, cum praesertim de Maximiani sacrilego et damnato schismate uenientes, quos etiam terrenarum potestatum iussionibus insectando emendare curarunt, tanta dilectione quaesierint, ut nec baptismum ab eis datum rescindere auderent et quosdam eorum damnatos sine ulla honoris eorum deminutione susciperent, quosdam uero in illius discissionis societate inpollutos fuisse censerent. quorum inter se concordiae non inuidemus; sed eos certe oportet aduertere, quam pie tanto studio ramum a se fractum radix catholica inquirit, si ramus ipse similiter a se paruum fragmen incisum sic colligere laborauit.

[Et alia manu:]

12 Matth. 5, 9 24 Rom. 11, 16

1 futoro, *m. 1 corr.* futoro *P* saeculo (o *ex corr. m. 2*) *P* 2 sperauimus *P* 4 ut et] et ut *G* 7 posse *om., s. u. m. 1 add. P* 10 nostram *om. G* 12 esse pacificos beatos *G* 14 uniuersos, *m. 1 corr.* uniuersos *P* 16 maximia|no, *m, ut uid. 1 supra* maximiani *P* 18 dilectione] diligentia *G* quaesierint, *m. 2* quaesierant *P* quaesierunt *G* ut *fere totum macula ex atramento obductum P* 20 eorum *om. G* diminutione *G m* 22 esse *G* 23 certe *om. G* ramum a se fractum tanto studio *G* 25 laborauerit *G*

Optamus te, fili, in domino bene ualere. Aurelius episcopus ecclesiae catholicae Carthaginensis huic epistulae subscripsi.
[Item alia manu:]
Siluanus senex ecclesiae Summensis subscripsi.

CXXIX.

HONORABILI AC DILECTISSIMO FILIO V. C. ET SPECTABILI TRIBUNO ET NOTARIO MARCELLINO AURELIUS, SILVANUS ET UNIVERSI EPISCOPI CATHOLICAE.

1 Multum nos sollicitos reddidit notoria uel litterae fratrum nostrorum, quos cupimus ad catholicam pacem a perniciosa dissensione conuerti, quod edicto nobilitatis tuae, quo ipsius disputationis nostrae tranquillitati quietique prouidisti, consentire noluerunt, ne forte etiamsi non omnes aliqui tamen eorum per multitudinis tumultum seu strepitum conlationem, quae pacifica et pacata esse debet, impediant. atque utinam ipsos non pertemptet ista cogitatio et nos potius fallat ista suspicio! et ideo si uelint omnes esse praesentes, ut, cum eis uisum fuerit, congregatis illuc etiam nobis simul inde egrediamur concordes atque pacati et schismatica diuisione correcta fraterno unitatis Christi uinculo obstricti mirantibus et gaudentibus omnibus bonis dolente autem solo diabolo et similibus eius pariter in ecclesiam ad gratiarum actionem laudesque deo reddendas ardentissima et lucidissima caritate pergamus!

2 Quid enim magnum est, si oculus pacatus adtendat et cogitatio Christiana non deserat considerare et uidere remotis humanis criminationibus seu ueris seu falsis in eis litteris

1 ep' ęccl' cathol' Kag' *P* 4 eccl' summen' *P*

Idem codex P, qui in ep. CXXVIII.

6 Ũ C̃ *P* 7 TRIB' ET NOT' *P* 8 catholici *m; cf. p. 30, 4* 11 Ñ T̃ *P* 14 que *P* 15 debent (n *m. 2 del.*) *P* 17 si, *m. 1 corr.* se *P* 21 bonis *om., s. u. m. 1 add. P* 23 peragamus *P*

ecclesiam esse quaerendam, ubi Christus redemptor eius innotuit? nam sicut non audimus contra Christum eos, qui dicunt corpus eius de sepulcro furatum a discipulis, sic non debemus audire contra eius ecclesiam eos, qui dicunt non eam esse nisi in solis Afris et Afrorum paucissimis sociis. apostolus quippe dicit, quoniam ueraces Christiani membra sunt Christi. sicut ergo non credimus furto cuiusquam perisse carnem Christi mortuam de sepulcro, sic credere non debemus peccato cuiusquam uiua eius membra perisse de mundo. non est itaque difficile, quoniam caput est Christus et corpus ecclesia, simul in euangelio commendatum uidere et caput contra calumnias Iudaeorum et corpus contra criminationes haereticorum. nam quod legitur: Oportebat Christum pati et resurgere a mortuis tertio die, contra eos est, qui dicunt mortuum de sepulcro esse sublatum; quod autem sequitur: Et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem, contra eos est, qui dicunt non esse ecclesiam in orbe terrarum, ut uno breui capitulo paucisque uerbis et inimicus capitis et inimicus corporis repellatur et, si fideliter adtenderit, corrigatur.

3 Nam tenere istas inimicitias fratres nostros tanto magis dolemus, quanto magis eos constat easdem scripturas nobiscum tenere, quibus haec apertissima testimonia continentur. Iudaei quippe, qui negant resurrexisse Christum, saltem non accipiunt euangelium, isti autem fratres nostri utriusque testamenti auctoritate deuincti sunt et tamen criminari nos uolunt de euangelio tradito et nolunt ei credere recitato. sed nunc fortasse huius conlationis cura suscepta diligentius perscrutati sunt scripturas sanctas et, quia in eis innumerabilia

2 Matth. 27, 64; 28, 13 6 Eph. 4, 25 10 Eph. 4, 15; 5, 23; Col. 1, 18 13 Luc. 24, 46 15 Luc. 24, 47

3 eius (ius *in ras. m. 1*) *P* 7 periisse *m* 9 periisse *m* 20 inimic'ᵉ (a *eras.;* 'uix *m. 1*) capitis *P* 29 perscrutati (= perscrutaturi) *P* 30 scās *P* sacras *m*

testimonia reppererunt, quibus promissa est ecclesia futura in omnibus gentibus et toto orbe terrarum, sicut eam reddi et praesentari coepisse in euangelio et in epistulis apostolicis et in actibus apostolorum uidemus, ubi et ipsa loca et ciuitates et prouinciae leguntur, per quas creuit incipiens ab Hierusalem, ut inde se etiam in Africam non migrando sed crescendo diffunderet, non autem inuenerunt aliquod testimonium diuinorum eloquiorum, ubi dictum est eam perituram de ceteris partibus mundi et in sola Africa Donati parte mansuram et uiderunt, quam sit absurdum pro illa, quae fuerat peritura, tot testimonia diuina recitari, pro ea uero, quae, sicut putant, fuerat domino placitura, nullum eius testimonium reperiri, haec forte cogitantes ad finiendas uanas et perniciosas et saluti aeternae contrarias inimicitias ad locum conlationis nostrae omnes conuenire uoluerunt, non ut tumultus nouus oriatur, sed ut uetusta discordia finiatur.

4 Nam et illud, quo in nos solent grauiter inritari, quod reges terrae, quos tanto ante praedictum est Christo domino seruituros, leges contra haereticos et schismaticos pro catholica pace constituunt, credimus quod aliquando cogitauerint non esse culpandum, quia et antiqui reges non solum gentis Hebraicae sed etiam alienigenae, ne quisquam contra deum Israhel, hoc est uerum deum non tantum faceret, sed uel diceret aliquid, omnes regni sui populos praeceptis minacissimis terruerunt et maiores istorum ipsam Caeciliani causam, unde nata est ista dissensio, ad Constantinum imperatorem per Anulinum proconsulem accusando miserunt, quod utique non ob aliud uidentur fecisse, nisi ut imperator Constantinus contra eos, qui superati essent, eis, qui superassent, aliquid regali auctoritate decerneret, totamque ipsam causam potue-

18 Ps. 101, 23; Dan. 7, 27

3 et epistolis *m* 7 testimonio, *m. 1 corr.* testimonio $\bar{P}$ 12 testimonia, *m. 1 corr.* testimonia $\bar{P}$ 17 quo] quod (d *exp.*) *P* 22 alienigenae quisquam *P* 27 anulinum, *m. 3* anolinum *P* 30 decernerent (*post.* n *m. 1 del.*) *P*

runt — et forte fecerunt ipsius conlationis necessitate — archiuis publicis perscrutatis inuenire olim esse finitam post ecclesiastica iudicia, quibus absolutus est Caecilianus, illo etiam imperatore iudicante, ad cuius examen rem totam et primo miserunt et postea perduxerunt. ibi potuerunt etiam causam Felicis Aptungensis, ordinatoris Caeciliani, quem malorum omnium fontem in concilio suo dixerant, cognoscente Aeliano proconsule ex praecepto eiusdem imperatoris inuenire purgatam.

Quamquam et hoc si adtenderunt et, quod facile fuerat, aduerterunt in scripturis sanctis ecclesiam Christi permixtis zizaniis et palea et piscibus malis futuram esse promissam usque ad tempus messis, uentilationis et litoris, utique cogitare potuerunt, etiamsi malam causam Caecilianus et coepiscopi eius habuissent, nihil eos praeiudicare potuisse orbi Christiano, quem deus paucis credentibus tanto ante promisit et nunc multis uidentibus reddidit, nisi forte plus contra ecclesiam ualuit homo peccans quam pro ecclesia deus iurans et iniquitas, quod amisit, quam ueritas, quod promisit. haec sentire quam sit stultum et impium, iam fortasse uiderunt; cogitauerunt quoque damnatos a se Maximianistas, Primiani damnatores, per potestates terrenas etiam de basilicis curasse pellendos et ibi certius exemplo suo recentiore didicerunt non esse peccatum, si tale aliquid ecclesia contra rebelles suos ab huius modi potestatibus postulat; et quod aliquos ex damnatis postea receperunt, quos cum damnarent, aliis etiam plurimis in eadem societate schismatis constitutis dilationem dederunt, quos in Maximiani sacrilegi surculi communione inpollutos mansisse dixerunt, et baptismum uel a damnatis uel a sociis eorum quamuis foris in schismate datum rescindere atque iterare non ausi sunt, satis utique iudicarunt ea, quae contra

11 Matth. 13, 24—30; 3, 12; 13, 47—48

3 absolutos, *m. 1 corr.* absolutȯs *P* 6 *aptugnensis (*fuit* s) *P* 12 paleam (m *m. 1 del.*) *P* 18 pro ęcclesiam *P* 19 ammisit *P*

nos dicebant exemplo suo esse damnata et credendum est. quod iam intellegant, quam sit indignum, quam intolerabile, ut, cum sedeant in cathedris episcopalibus cum istis et cum ipso simul Primiano damnatores eius et damnati in causa eius, ut sit pax in parte Donati, de Caeciliano infametur orbis Christianus, ne in pace uiuat unitas Christi.

6 Haec omnia fortasse cogitantes et dei timore permoti omnes conlationis loco adesse uoluerunt non tumultus dispositione sed pacis. quod enim propterea se uniuersos adesse dixerunt, ut eorum numerus appareat, quoniam eos paucos esse aduersarii sui saepe mentiti sunt, hoc si aliquando a nostris dictum est, de his locis dici uerissime potuit, ubi nostrorum coepiscoporum et clericorum atque laicorum longe maior est numerus et maxime in proconsulari prouincia, quamquam excepta Numidia consulari etiam in ceteris prouinciis Africanis nostrorum numero facillime superentur aut certe in comparatione omnium gentium, per quas catholica communio dilatatur, eos esse paucissimos rectissime dicimus. sed nunc si numerum suum innotescere uoluissent, nonne ordinatius atque tranquillius innotesceret per eorum subscriptiones, quas ut mandato suo te cernente subiungant, edicto admonuisti? quid sibi ergo uult quod conlationis loco omnes adesse desiderant? si enim pacem non cogitant, quid non perturbabunt locuturi aut quid illic facient tacituri? nam etiamsi clamor non sit, solus susurrus ipse multorum satis magnum strepitum faciet, quo impediatur illa conlatio.

7 Quid est autem, quod in notoria sua ponendum putarunt ideo se iuste flagitasse, ut omnes adessent, quia omnes conuenti sunt, ut uenirent, quasi possent eligi pauci, qui adesse deberent, nisi ab omnibus, qui uenissent, ut eorum electioni te praesente subscriberent ac sic in paucis omnes essent, cum ab omnibus pauci electi essent? aut ergo tumultus ab eis cogitatur aut pax. quorum illud optamus, illud cauemus et ideo,

2 intolerabilem (m *m. fortasse 1 del.*) *P* 11 saepe sui *m* 15 consulari+ (*fuit* s) *P* 16 facillimae *P* 28 qui, *m. 1 corr.* quia *P*

ne forte, quod absit, hoc praeparetur potius, quod cauemus, quam quod optamus, sic consentimus adesse omnes illos, ut tamen a nobis tantus adsit numerus, quantus tuae spectabilitati sufficere uisus est, ut tumultuosum per turbas si quid emerserit, nonnisi eis recte inputetur, in quorum parte praesens fuerit ad rem, quae a paucis agenda est, omnino superflua multitudo. si autem, quod uotis omnibus cupimus, quod ardenter appetimus, quod suppliciter a domino deprecamur, causa unitatis faciendae illa erit necessaria multitudo, cum uoluerint, omnes aderimus et ad tantum bonum illo adiuuante, qui hoc donat, alacriter conuolabimus dicentes: 'Fratres nostri estis' non iam eis, qui nos detestantur, sed qui odio finito amplectuntur, ut nomen domini honorificetur et appareat illis in iucunditate iam nobiscum experientibus, quam bonum sit et iucundum fratres habitantes in unum.

[Et alia manu:] Optamus te, fili, in deo bene ualere.

[Item alia manu:] Aurelius episcopus ecclesiae catholicae Carthaginensis subscripsi.

[Item:] Siluanus primae sedis prouinciae Numidiae subscripsi.

11 Es. 66, 5 sec. Septuag. 14 Ps. 132, 1

2 sic *om. m* 8 petimus, *m. 1 corr.* adpetimus *P* 11 conuolauimus, *m. 3* conuolabimus *P* 19 carthag' subscrib' *P* 20 it' *P* prou' *P*

CXXX.

AUGUSTINUS EPISCOPUS SERVUS CHRISTI SERVORUMQUE CHRISTI RELIGIOSAE FAMULAE DEI PROBAE IN DOMINO DOMINORUM SALUTEM.

I 1 Et petisse te et promisisse me recolens, ut de orando deo ad te aliquid scriberem, ubi tribuente ipso, quem oramus, tempus facultasque concessa est, oportuit, ut debitum meum iam iamque persoluerem et pio studio tuo in Christi caritate seruirem. quam me autem laetificauerit ipsa petitio tua, in qua cognoui, quantam rei tantae curam geras, uerbis explicare non possum. quod enim maius oportuit esse negotium uidui-

H = *cod. Palatinus 210 s. VII.*
P = *cod. Parisinus nou. acq. 1448 s. IX.*
O = *cod. Bodleianus 572 s. IX ex.*
K = *cod. Coloniensis 78 s. IX—X.*
P^1 = *cod. Parisinus 2730 s. X.*
I = *cod. Palatinus 211 s. X.*
V = *cod. Vindobonensis 1021 s. X.*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
F = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
C = *cod. Casinensis* 16^{19} *s. XI.*
P^2 = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
L = *cod. Laurentianus St. Crucis plut. XVII dextr. 2 s. XI.*

W = *fragm. cod. Herbopolitani Mp. th. 49 s. IX:*
p. 62, 16 (nam) — *66, 14* (sunt)

2 episcopus *om. O* seruus Christi *om. A* Christi *om. OL* seruorumque (orumque *m. 1 in ras.*) *A* seruorum *L* 3 famulae] faulae *A* dominorum *om. HPKP*^{1}*IV* (*m. 2 add.*) 4 *supra* salutem *add.* opto *O* salute *C* 5 et petisse] petisse (*om.* et) *HPKP*^{1}*IV* (et *m. 2 add.*) me *om. L* oran, *m. 1 corr.* orando *P* 6 aliquid scriberem ad te *O* ubi] ut *O* 7 temps (u *m. 1 s. u. add.*) *P* oportuit (*super* uit *m. 2* et *add. sed del.*) *V* oportuit me *O* 8 iam iamque] iamque, *m. 2* iam iamque *VP*^{2} iamque *L* ianuāque *K* caritatem *O* 9 qua *L* autem laetificauerit me *MFAP*^{2} petito tuo. *m. 1 corr.* petitio tua *F* tuo, *corr.* tua *C* 10 quanta rei tante cura *L* geris *flrm* 11 quid *O* magis *PP*^{1}*P*^{2}

tatis tuae quam persistere in orationibus nocte ac die secundum apostoli admonitionem? ille quippe ait: Quae autem uere uidua est et desolata, sperauit in domino et persistit in orationibus nocte ac die. unde mirum uideri potest, cum sis secundum hoc saeculum nobilis, diues tantaeque familiae mater et ideo licet uidua non tamen desolata, quo modo occupauerit cor tuum praecipueque sibi uindicauerit orandi cura, nisi quia prudenter intellegis, quod in hoc mundo et in hac uita nulla anima possit esse secura.

2 Proinde qui tibi eam cogitationem dedit, profecto facit, quod discipulis suis non pro se ipsis sed pro humano genere contristatis et desperantibus quemquam posse saluari, posteaquam ab illo audierunt facilius esse camelum intrare per foramen acus quam diuitem in regnum caelorum, mirifica et misericordissima pollicitatione respondit deo esse facile, quod hominibus inpossibile est. cui ergo facile est, ut etiam diues intret in regnum caelorum, inspirauit tibi piam sollicitudinem, de qua me consulendum putasti, quonam modo tibi esset orandum. ille namque cum etiam hic adhuc esset in carne, in regnum caelorum Zacchaeum diuitem misit et resurrectione atque ascensione glorificatus multos postea

2 I Tim. 5, 5 11 Matth. 19, 24—26; Luc. 18, 25; 27 19 Luc. 19, 2—10

1 in oratione *MFACP*^{2} *edd.; cf. p. 47, 15; 18* die ac nocte *O* 2 apostolicam ammonitionem *L* apostoli monitionem *O* 3 sperauit, *m. 1 corr.* sperabit *F* sperauit, *m. 3* sperabit *P*^{1} sperabit *IM* persistit, *m. 3* persistet *P*^{1} persistet *F* 4 in oratione *VMFACP*^{2} *edd.; cf. p. 47, 15; 18* unde nimirum *I* 5 cum sis] si *P*^{2} diues *om. HPKP*^{1}*IV* (*m. 2 in marg. add.*) et diues *O; cf. p. 47, 4* tantae quae (a *exp.*) *F* 7 uendicauerit *O* 8 oradi, *m. 2* orandi *K* 10 fecit *L* 11 se ipso *L* 12 disperantibus *O* quemquam (a *ex corr.*) *I* quemqui, *m. 2* quemquam *C* postquam *O* 13 per foramen acus intrare *K* per *om. A* 14 regno *MACL* 16 ut *om., m. 1 add. I* 17 intret *om., m. 1 add. M* 18 consulandum, *corr.* (*m. 1 ?*) consulendum *I* quonam *in ras. I* quõ, *s. u. m. 1 add.* nã *M* quo *O* 19 esset tibi *flrm* orando *L* cum esset aetiam hic adhuc sed in carne *P*^{2} adhuc hic *HPKP*^{1}*IV* 20 Zacchaeum diuitem in regnum caelorum *edd.*

diuites impertito sancto spiritu fecit huius saeculi contemptores et finita diuitiarum cupiditate ditiores. quo modo enim tu sic studeres orare dominum, nisi sperares in eo? quo modo autem sperares in eo, si sperares in incerto diuitiarum et contemneres praeceptum saluberrimum, quod apostolus ait: Praecipe diuitibus huius saeculi non superbe sapere neque sperare in incerto diuitiarum sed in deo uiuo, qui praestat nobis omnia abundanter ad fruendum; diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut adprehendant ueram uitam.

II 3 Debes itaque prae amore huius uerae uitae etiam desolatam te reputare in hoc saeculo, in qualibet eius felicitate uerseris. nam sicut est illa uera uita, in cuius comparatione utique ista, quae multum amatur, quamlibet iucunda atque producta sit, nec uita dicenda est, sic est etiam solacium uerum, quod per prophetam promittit deus dicens: Dabo illis sola-

6 I Tim. 6, 17—19 18 Es. 57, 18—19 sec. Septuag.

1 impartito OP^1 *edd.* imperito, *corr.* impertito *V* spiritu sancto *IMP² edd.* sancto *om. O* 2 finita (a *m. 1 in ras.*) *M* ditiores (*post.* i *in ras.*) *F* diuitiores *K* *ante* enim *ras. 4—5 l. V* 3 ⸗are (*supra ras.* or *add.*) *V* deum *V edd.* nisi (*postr. l. m. 2*) *K* sperantes, *corr.* sperares *V* 4 autem sperantes (*m. 2* sperares) *K* nisi *L* 5 contemnere *L* si contempneris *O* quo////// (*fuisse uid.* quomodo), *m. 2* quod *I* quo *L edd.* ait apostolus *I* *supra* ait *add.* ·i· timotheo *O* 6 mundi *OMFCP²L edd.* ///non superb⸗e P^1 7 neque sperare *in fine u. om. A* sperare *om., m. 2 add.* P^2 sperari *L* 8 praestet P^1 (*m. 3* praestat) *I* (*m. 2* praestat) abunde, *corr.* (*m. 1 ?*) abundanter *H* 9 diuites, *m. 2* ut diuites *V* ut diuites P^2L *edd.* 10 thesaurizant P^2 (*m. 2* thesaurizent) *L* 11 adprehendat (*m. 1 corr.* adprehendant) uitam ueram *M* 13 uitae uerae *I* etiam] eque *O* desolam *A* 14 putare *OMFAP²L edd.; fortasse* deputare (*cf. p. 45, 5; 76, 3*) qualibet, *m. 2* quantalibet *V* quantalibet *OMFAP²L edd.* felicitate *om. O* 15 in *om. L* 16 multum amatū amatur *P* 17 ducenda *L* sit, *supra* ·i· est *O* sic etiam solatium uerum est *O* 18 per *om., postea add. K* dominus promittit *edd.* illi *I m sec. sacr. litt.*

cium uerum, pacem super pacem, sine quo solacio, quaecumque sunt terrena solacia, magis in eis desolatio quam consolatio reperitur. diuitiae quippe atque fastigia dignitatum ceteraque huius modi, quibus se felices putant esse mortales uerae illius felicitatis expertes, quid adferunt consolationis, cum sit eis non indigere quam eminere praestantius, quae plus excruciant adepta timore amissionis quam concupita adeptionis ardore? talibus bonis non fiunt homines boni, sed aliunde boni facti bene utendo faciunt, ut ista sint bona. non sunt ergo in his uera solacia sed ibi potius, ubi uera uita. nam inde necesse est fiat homo beatus, unde fit bonus.

4 Homines autem boni etiam in hac uita uidentur praestare non parua solacia. nam si paupertas angit, si luctus maestificat, si dolor corporis inquietat, si contristat exilium, si ulla alia calamitas uexat, adsint boni homines, qui non solum gaudere cum gaudentibus uerum etiam flere cum flentibus norunt et salubriter adloqui et conloqui sciunt;

16 Rom. 12, 15

1 uerum *om. O* 2 sint OP^2 3 fastigia (fas *in ras.*) *F* fastidia *O* 4 ceteraq, | que (que *m. 1 del.*) *M* huius mundi *L* se *om. O* esse putant *edd.* mortales homines uerae *O* 5 felicitates *V* (*corr.* felicitatis) *M* (*m. 1 corr.* felicitatis) expertes erunt quid *O* 6 eis sit *I* quam iminere (*corr.* eminere) *V* quam imminere *O* quam meminere *I* (*m. 2* nisse *supra* nere) P^2 (*med.* m *eras.*) *L* qua meminere *A* qua (*m. 3* quã) eminere P^1 7 adeptati more *m. ut uid. 1 corr. M* adepta *K* (*m. 2* adepto) *I* (*m. 2* adepte) adeptum P^2 adeptit *L* ammissionis *V* concupita *K* (*m. 2* concupito) *I* (*m. 2* concupite) concupitum P^2 cupitae *V* concupit *L* adoptionis *A* 8 ardore (m *eras.*) P^2 9 fiunt *MFACP*^{2} ut et ista *L* ergo sunt *O* sunt *om.* P^2 10 iis *f l r m* ubi] ubi est *OL* inde] ille *L* 11 fiat, *m. 1 corr.* ut fiat *V* ut fiat P^2 *edd.* sit *OC* *supra* bonus *add.* ·i· benignus placabilis pacificus *O* 12 homines (e *ex corr. m. 1*) *F* uidentur etiam in hac uita *edd.* praestantiore *HPV* (*m. 2* praestare) prestantore (*deinceps s. u. add.* sed) *K* praestantiores esse, *m. 3* praestare P^1 13 si *om.* P^2 angit] augetur *L* si *om. L* 14 alia ulla calamitas *O* ulla calamitas alia *edd.* 15 uexat adsint, *m. 2* uexat si adsint *I* uexat si assint *O* uexati sint *L* 17 adloqui] loqui $HPKP^1IV$

plurimum illa aspera leniuntur, releuantur grauia, superantur aduersa. sed ille hoc in eis et per eos agit, qui spiritu suo bonos facit. contra si diuitiae circumfluant, nulla orbitas accidat, adsit sanitas carnis, incolumi habitetur in patria et cohabitent mali homines, in quibus nemo sit, cui fides habeatur, a quo non dolus, fraus, irae, discordiae, insidiae sustineantur atque timeantur, nonne illa omnia fiunt amara et dura nec aliquid laetum uel dulce est in eis? ita in quibuslibet rebus humanis nihil est homini amicum sine homine amico. sed quousque talis inuenitur, de cuius animo et moribus sit in hac uita certa securitas? nam sicut sibi quisque nemo alter alteri notus est et tamen nec sibi quisque ita notus est, ut sit de sua crastina conuersatione securus. proinde quamuis ex fructibus suis multi cognoscantur et alii quidem proximos bene uiuendo laetificent alii male uiuendo contristent, tamen propter humanorum animorum ignota et incerta rectissime apostolus admonet, ut non ante tempus quicquam iudicemus, donec ueniat dominus et inluminet abscondita tene-

2 Luc. 11, 13 13 Matth. 7, 16; 20 17 I Cor. 4, 5

1 liniuntur *M* (*m. 1 corr.* leniuntur) P^2 releuantur *om. K* reuelantur, *m. 1 corr.* releuantur *M* 2 aduersa (sa *m. 1 s. u.*) *K* *supra* hoc in eis *add.* i ius consultacionis *O* ait, *m. 2* agit P^2 qui *om.*, *m. 3 add. I* 3 fecit *POMC*P^2*L edd.* contra *bis K* e contra *MFA*P^2 *edd.* et contra *C* 4 accidat (*prima l. m. 3 in ras.*) P^1 accidit *I* (*m. 3* accidat) *A* accedat *O* incolumi, *m. 3* incolumis *I* incolumis P^1CP^2 incolome (s *eras. uid.*) *M* habetur, *m. 2* habeatur, *m. 3* habitetur *I* habitentur *L* in *m. 2 del. I m. 3 del.* P^1 et cohabitent] et inhabitent *L* ut cohabitant P^2 5 homines mali *O* 6 dolosus, *corr.* dolus *V* frus, *m. 3* fraus P^1 frustra *HPK* (*m. 2* fraus) *IV* timeantur atque sustineantur *edd.* 7 omnia illa *L* ille omnia *V* 8 laetum] uel laetum *O* humanis////// *K* 9 amicum ee sine P^2 amico *om. L* quotusquisque *OL edd. praeter a; cf. ep. LXXVIII p. 341, 8* 11 certa *om. HPKP*^{1}*IV* (*m. 2 add.*) securitas *om.*, *m. 3 add.* P^1 sibi] ibi *K* nemo, *m. 4* ita nemo *F* 13 ex fructibus congnoscantur suis (*om.* multi) *O* 14 bene uiuendo proximos *edd.* bene, *m. 2* ñ bene *K* 15 laetificent—uiuendo *om. K* contrist-ent (a *eras. ?*) *H* 16 ignota (*parua ras.*) P^1 17 ante] ad *L* quacquam, *m. 2* quicquam *I* 18 ueniret (*m. 3* ueniat) dominus/ (*parua ras.*) P^1

brarum et manifestet cogitationes cordis et tunc laus erit unicuique a deo.

In his igitur uitae huius tenebris, in quibus peregrinamur a domino, quam diu per fidem ambulamus non per speciem, desolatam se debet anima Christiana deputare, ne desistat orare et scripturarum diuinarum sanctarumque sermoni tamquam lucernae in obscuro loco positae fidei oculum intendere, donec dies lucescat et lucifer oriatur in cordibus nostris. huius enim lucernae quidam fons ineffabilis lumen illud est, quod sic lucet in tenebris, ut non comprehendatur a tenebris, cui uidendo fide corda mundanda sunt. beati enim mundicordes, quia ipsi deum uidebunt, et: Scimus, quia, cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum, sicuti est. tunc erit uera uita post mortem uerumque solacium post desolationem. illa uita eximet animam nostram de morte et

3 II Cor. 5, 6—7 7 II Petr. 1, 19 10 Ioh. 1, 5 11 Act. 15, 9 12 Matth. 5, 8 13 I Ioh. 3, 2 16 Ps. 114, 8

1 cogitationes cordis] consilia cordium *A sec. sacr. litt.* 2 erit/ / (*parua ras.*) P^1 3 iis *f l r m* huius *om.* P^1 peregrinamur (na *m. 2 s. u.*) *V* p peregrinamur (p *eras.*) *K* 5 spiciem *A* se debet] sed debet se *O* debet se *edd.* christiana anima *edd.* deputare (de *exp.*) *V* duputare (du *del*) *F* reputare *m* putare P^2 *cett. edd.* 6 ne, *corr.* nec *V* ne, *m. 2* nec *K* nec P^2 et *om.* P^2 sanctorumque P^2 7 sermoni/ / / (*in ras. m. 2* bus) *I* sermoni, *m. 2* sermoni discat *V* sermonum et discat P^2 sermoni discat *edd.* tamquam *ex corr. m. 2, fuisse uid.* tamqui *C* abscuro P^1 9 oriatur (a *in ras. et incertum*) *K* uestris P^2 ineffabilis quidam fons *O* 10 illud *om.* P^1 11 *supra* cui *add.* -i- lumini *O* uidente *O* uiuendo, *corr.* uidendo *F* inherendo P^2 munda P^1 (*m. 3* mundanda) *L* 12 mundicordes (s *in ras. alia ut uid. m.*) *PC* mundo (o *s. u., infra m. 1* g) corde *K* mundo corde *OMFA*P^2*L edd. sec. Vulg.* quia, *m. 2* quoniam *K* quoniam *OVAL edd. sec. Vulg.* ipse *A* 13 quoniam *KVL edd. sec. Vulg.* quam *O* apparuit *O* apparuerimus P^2 14 sicut *O* 16 eximet. *a. m.* eximit *H* eximit *P* (mit animam nostram de *in ras.*) *K*P^1*MFA*P^2*L a e* animum nostrum *L* de morte] **morte *cum ras. super* e (*in marg. m. 1 add.* de) *C*

illud solacium oculos nostros a lacrimis et, quoniam ibi iam non erit ulla temptatio, ideo sequitur in eodem psalmo: Pedes meos a lapsu. porro si nulla temptatio, iam nulla oratio; non enim adhuc promissi boni expectatio sed redditi contemplatio. unde: Placebo, inquit, domino in regione uiuorum, ubi tunc erimus, non in deserto mortuorum, ubi nunc sumus. mortui enim estis, ait apostolus, et uita uestra abscondita est cum Christo in deo; cum Christus apparuerit, uita uestra, tunc et uos cum ipso apparebitis in gloria. haec est uera uita, quam iubentur bonis operibus adprehendere diuites, et ibi est uerum solacium, quo solacio nunc uidua desolata, etiam quae filios et nepotes habet et domum suam pie tractat, agens cum omnibus suis, ut ponant in deo spem suam, dicit tamen in oratione: Sitiuit tibi anima mea, quam multipliciter tibi caro mea in terra deserta et sine uia et sine aqua, quod est ista moribunda uita, quibuslibet mortalibus solaciis frequentetur, quibuslibet itinerantibus comitetur.

1; 3; 5 Ps. 114, 8—9 7 Col. 3, 3—4 10 I Tim. 6, 17—19 12 I Tim. 5, 4—5 15 Ps. 62, 2—3

1 solatium illud *O* 2 erat *C* ideo *om. HPKP*^{1}*IV* eadem, *m. 3* eodem *P*^{1} 3 porro erit si *O* *post* nulla *m. 2 add.* erit *I* temptatio iam nulla *om. K* 4 orato, *corr.* oratio *H* oratio est *O* adhuc *m. 2 exp. et supra add.* est ibi *V* est ibi (*om.* adhuc) *P*^{2} erit adhuc *O* ibi erit *a e* ibi adhuc erit *cett. edd.* promissi** *M* **reddi*ti *F* reddita *P*^{2} reddidita *M* 5 domino inquit *C* in *om. MF* (*m. 1 add.*) *A* 6 ubi] ut *O* ubi] ut *O* 7 su**mus (e *an* i *eras.* ?) *K* mortui* *P*^{1} 8 in dn̄ *P* cum] cum enim *P*^{2} cum autem *edd.* 9 uestra uita *M* tunc uestra *O* cum ipso apparebitis cum ipso *I* apparebitis cum ipso *MFAC edd. sec. Vulg.* cum illo apparebitis *O* 10 est] est enim *PO edd.* uera] bona *L* 11 iubenter, *m. 2* iubentur *K* uerum] uestrum *O* 12 quod (d *del.*) *I* desola *A* quae *om. P*^{2} 13 habent *O* 14 ponat *V* domino *L* 15 tibi *om. FA* in te *OP*^{2} *sec. Vulg.* 16 caro] et caro *OMC a m* uia et sine *om. A* 17 quae *L* est *om. PP*^{1} (*m. 3 post* moribunda *add.* sit) ista *om., m. 2 add. V* 18 quibuslibet itinerantibus comitetur *om. PP*^{1} itite-rantibus *H* id iterantibus (id *exp.*) *V* iterantibus, *m. 2* itinerantibus *KP*^{2} iterantibus *IM*

quanta libet rerum copia cumuletur. nosti quippe ista omnia, quam incerta sint; et in illius promissae felicitatis comparatione quid essent, etiamsi incerta non essent?

6 Haec dixi, quoniam sermonem meum uidua dies et nobilis et tantae familiae mater de oratione quaesisti, ut etiam tecum in hac uita permanentibus et obsequentibus tuis te sentias desolatam nondum utique adprehensa illa uita, ubi est uerum certumque solacium, ubi implebitur, quod in prophetia dictum est: Satiati sumus mane misericordia tua et exultauimus et iucundati sumus in omnibus diebus nostris. iucundati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis, quibus uidimus mala.

[7 Antequam ergo ista consolatio ueniat, quantacumque temporalium bonorum felicitate circumfluas, ut persistas in orationibus nocte ac die, desolatam te esse memineris. non enim apostolus qualicumque uiduae tribuit hoc munus, sed quae uere, inquit, uidua est et desolata, sperauit in domino et persistit in orationibus nocte et die.

9 Ps. 89, 14—15 14; 17 I Tim. 5, 5

1 quantumlibet *L* nostis *O* 2 incerto, *m. 2* incerta P^2 et in—comparatione *om.* PP^1 in *om. L* comparatio, *m. 2* comparatione P^2 3 incerta] certa *P* 5 quaesisti *M* (es *ex ras. et corr. m. 1*) *F* (aesisti *in ras.*) 6 *post* te *ras. 1—2 l. F* sententias (ten *del.*) *C* sententiis, *m. 2* sentias P^2 7 itaque *C* adprehen//sa *K* illa *om.* P^2 ubi] ut *O* est *om., m. 3 add. I* 8 ubi] mihi *O* implebimur *HP* (*m. 1 corr.* implebitur) KP^1 (*m. 3* implebitur) *IV* (*m. 2* implebitur) *ante* quod *ras.* (*fuitne* quod *?*) *F* propheta PP^1C 9 misericordiam (*del. postr. l.*) tua *I* misericordiam tuam *M* exsultabimus *I* exaltabimus *O* 10 diebus *om., m. 1 add. I* 13 hista *V* his *H* (ta *add. a. ut uid. m.*) *I* ueniat *om. O* 14 circumfluats (t *m. 1 exp.*) P^2 peristas, *m. 1 corr.* persistas *M* 15 oratione $HPKP^1IV$; *cf. p. 41, 1* diebus ac noctibus *O* die ac nocte *edd.* *ac (h *eras.*) P^2 16 hoc munus tribuit *edd.* tribuit *om. O* 17 sperauit, *corr.* (*m. 1 ?*) sperabit *F* sperabit $HPOKP^1V$ 18 persistit, *m. ut uid. 3 corr.* persistet *F* persistet PP^1 oratione $HPKP^1I$; *cf. p. 41, 1* nocte ac die POP^1CL *sec. Vulg.* die ac nocte *edd.*

quod uero sequitur, uigilantissime caue: Quae autem in deliciis agit, uiuens mortua est; agit enim homo in his, quae diligit, quae pro magno appetit, quibus beatum esse se credit. quapropter quod scriptura dixit de diuitiis: Diuitiae si adfluant, ne adponatis cor, hoc etiam de deliciis tibi dico: Deliciae si adfluant, ne adponas cor. non ideo te magni pendas, quod non desunt, quod affatim suppetunt, quod uelut ex fonte largissimo terrenae felicitatis fluunt. omnino haec in te despice atque contemne, ne in his quicquam requiras praeter integram corporis ualitudinem. haec enim contemnenda non est propter necessarios usus uitae huius, antequam mortale hoc induatur inmortalitate, hoc est uera et perfecta et perpetua sanitate, quae non terrena infirmitate deficiens corruptibili uoluptate reficitur, sed caelesti firmitate persistens aeterna incorruptibilitate uegetatur. nam et ipse apostolus: Carnis, inquit, prouidentiam ne feceritis in concupiscentiis, quia gerimus curam carnis sed ad necessitatem salutis. nemo

1 I Tim. 5, 6 4 Ps. 61, 11 11 I Cor. 15, 54 15 Rom. 13, 14 17 Eph. 5, 29

1 quod, *corr.* quae *V* 2 agit (gi *in ras. m. 1*) *F* •ait, *m. 2* •agit P^2 est ait, *corr.* (*m. 1 ?*) est agit *F* est ait *L* 3 iis *f l r m* dilit, *m. 1 corr.* diligit *P* se esse *O edd.* 4 se *om. L* quod *ex corr. m. 3* P^1 quae *P* dicit P^2 de *om., m. 1 add. H* diuitiae (di *s. u.*) *V* 5 afluant *H* apponas *O* hoc etiam—cor *om. I* tibi *om. L* 6 fluant *F* apponatis AP^2 (ti *exp.*) *L* *pro* te *ras.; fuisse uid.* te P^1 magnã penses P^2 7 desinunt *O* quod, *m. 2* que *V* 8 felicitatis. *m. 2* felicitates *K post* felicitatis *m. 2 add.* bona *C* fluant *IIPKP*^{1}*IV* omni modo *O* omnia *L* 9 dispice *OM* (*m. 2* despice) ne *om. L* nec *OI m* in *s. u. V om. A* iis *f l r m* quicquam *om. O* 10 corporalis PP^1 (al *m. 3 del.*) 11 huius *om. m* huius uitae *cett. edd.* 12 inmortalitatẽ IP^2 (~ *eras.*) *L* mortalitate *A* uere, *corr.* uera *V* et *om. A* perfecta et *om. HPKP*^{1}*I* 13 pertua, *m. 1 corr.* perpetua *M* sanitas *O* deficiens infirmitate *edd.* deficiet *HPKP*^{1}*IV* (*corr.* deficiens) deficiat *M* corruptibili] non corruptibili P^1 14 uoluntate *O* reficietur *F* perficitur PP^1 cẹlesti*ali* (*ras. 1—2 l.*) P^2 aeterna• (m *eras.*) *V* 15 incorruptione *MFACP*^{2} *edd.* et *om. HPKP*^{1}*IV* 16 prouidentia *H* prouidentiãe (*post.* e *exp.*) *P* *post* concupiscentiis *ras. P* 17 qua *I* ad *om.* PP^1 (*m. 3 add.*)

enim umquam carnem suam odio habuit, sicut ipse itidem dicit. hinc est, quod et Timotheum nimium, sicut apparet, corporis castigatorem admonet, ut modico uino utatur propter stomachum et frequentes suas infirmitates. Has ergo delicias, in quibus uidua si agit, hoc est si delectatione cordis haeret atque habitat, uiuens mortua est, multi sancti et sanctae omni modo cauentes ipsas uelut matres delicarum diuitias dispergendo pauperibus abiecerunt et alio modo in caelestibus thesauris potius condiderunt. quod si tu deuincta aliquo pietatis officio non facis, tu scis, quam de his rationem reddas deo. nemo enim scit, quid agatur in homine, nisi spiritus hominis, qui in ipso est. nos non debemus ante tempus quicquam iudicare, donec ueniat dominus et inluminet abscondita tenebrarum et manifestabit

3 1 Tim. 5, 23 11 I Cor. 2, 11 12 I Cor. 4, 5

1 umqui, *m. 2* est qui *C* hodio (h *m. 2 del.*) P^2 ipse **idem *V* ipse idem OP^1 ipse P^2 ipse item *a* item ipse *e f l* itidem ipse *m* idem ipse *r* 2 dixit *I* hic, *corr.* (*m. 1 ?*) hinc *C* est] est enim *K edd.* *pro* et *ras.; fuisse uid.* at P^2 nimi*um *I* 3 *ammonet *M* ut *om. O* 4 frequentes P^1 (*postr.* e *ex corr. m. 3*) *F* (q *in ras. et* u *s. u. m. 1*) frequentas, *m. 2* frequentes *M* 5 si uidua *O* si agit (agi *in ras. m. 1*) *F* se agit (e *in ras. m. 2*) *I* se agit (e *et* a *m. 3*) P^1 delectatione, *corr.* in delectatione *V* delectione *F* delectionem, *m. 2* delectationi *K* dilectione *OC* in dilectione P^2 in delectatione *edd. praeter m* 6 corde *O* carnis *edd. praeter m* haeret] erat *L* habitat, *m. 2* inhabitat *K* habitet *O* 7 sanctae] sci P^1 omni modo] omnino P^2 diuitiarum *M* 8 delicias, *m. 2* diuitias *H* alio] tali *edd.* 9 thesauros *O* totius *L* tutius *OMFAP*^{2} *edd.* deuincta, *m. 2* deuincto *M* deuinctu, *corr.* deuincta *KI* deuinctu *HV* (*corr.* deuicta) deuicta *AL* deuictu PP^1 (*m. 3* deuicta) fueris | deuiota et P^2 10 aliquod pietatis officium non feceris P^2 tu scis *om., m. 2 add. V* *supra* his *add.* i diuitiis *O* iis *f l r m* 11 nemo enim] nam nemo P^2 sic, *m. 1 corr.* scit *M* quod, *m. 1 corr.* quid *I* 12 nos (s *in ras. m. 1*) *F* non *om., m. 1 add. F* demus, *m. 2* debemus *H* ante tempus *om.* P^1 13 quisquam *L* ueniet (*m. 3* ueniat) dominus P^1 dominus ueniet *O* et inluminat, *corr.* et inluminet *K* et inluminabit *PMFA* qui et inluminet P^2 qui et illuminabit *edd. sec. sacr. litt.* 14 manifestauit *L* manifestet PP^1CP^2

cogitationes cordis; et tunc laus erit unicuique a deo. pertinet tamen ad uidualem curam tuam, deliciae si adfluant, ne adponas cor, ne in eis putrescendo moriatur, quod sursum esse debet, ut uiuat. te in eo numero deputato, de quibus scriptum est: Viuent corda eorum in saeculum saeculi.

IV 9 Audisti, qualiter ores, audi et, quid ores, unde me maxime consulendum putasti, quoniam te permouet, quod ait apostolus: Quid enim oremus, sicut oportet, nescimus, et timuisti, ne magis tibi obsit non, sicut oportet, orare quam non orare. quod sic itaque dici breuiter potest: Ora beatam uitam; hanc enim habere omnes homines uolunt; nam et qui pessime et perdite uiuunt, nullo modo ita uiuerent, nisi eo modo se uel esse beatos putarent. quid igitur aliud oportet orare, nisi id, quod cupiunt et mali et boni, sed ad quod perueniunt nonnisi boni?

V 10 Hic fortasse iam quaeras, quid sit ipsa beata uita. in qua

2 Ps. 61, 11 5 Ps. 21, 27 9 Rom. 8, 26

1 cogitationis *A* 2 uidualem] uiduitatem *O* tuam *om. M* diuitiae *M* 3 afluant *F* fluant *O* apponatis *A* 4 te *om. L* tecum P^1 eo, *corr.* eorum *V* eorum *OMFACP*^{2} illorum *edd.* deputato *om. PP*^{1} deputa *HKIVP*^{2} deputata *OL* 5 corde, *corr.* (*m. 1 ?*) corda P^2 7 qualis *OMAL a e m; cf. p. 67, 10* audi] audies *O* nunc audi *edd.* *ores (*fuit* d) *A* maxime me *O* me *om. HKP*^{1}*IV* (*s. u. add.*) *F* 8 te *om. L* permouit *HPOKIVL* apostolus ait *O* 9 enim *om., m. 2 add. I* 10 ne *ras. ex* me *I* non sicut] nē sicut sicut *L* oportet *bis, alterum eras. P* oportet oportet *A* 11 sic *om. OCP*^{2}*L m* itaque] ita *OC* utique *l r* breuiter dici *PP*^{1} 13 uiunt, *m. 2* uiuunt *H* uenerent, *m. 2* uiuerent *K* nisi—putarent *om. PP*^{1} eo] eodem *MFAP*^{2} *edd.* uel esse, *s. u. m. 1 add.* uel posse fieri *V* uelle esse posse *L* esse uel posse *OMFAC* esse* (t *eras.*) uel posse P^2 esse uel posse fieri *edd.* 14 ergo *O edd.* aliud te oportet *HKIV* te aliud oportet *OMFACP*^{2} aliud oportet te *edd.* 15 quod *om. O* et boni et mali P^1 ad *om. HPOKP*^{1}*IV* quod (d *eras.*) *K* q̊ *V* quo, *sed* uo *m. 2 in ras. 1 l.* (*fuitne* d *?*) *I* quo P^1 non perueniunt nisi *O* 17 hinc *HPKP*^{1} (n *m. 3 del.*) *IV* quaeris *L* ista *L* qua (u *in ras.*) P^2 qua *om. P* hac P^1

quaestione multa philosophorum ingenia otiaque contrita sunt, qui tamen eam tanto minus inuenire potuerunt, quanto minus eius fontem honorauerunt eique gratias egerunt. prius itaque adtende, utrum adquiescendum sit eis, qui dicunt eum beatum esse, qui secundum suam uiuit uoluntatem. sed absit, ut hoc uerum esse credamus. quid, si enim nequiter uelit uiuere? nonne tanto miserior esse conuincitur, quanto facilius mala uoluntas eius impletur? merito hanc sententiam etiam ipsi, qui sine dei cultu philosophati sunt, respuerunt. nam quidam eorum uir eloquentissimus ait: 'Ecce autem alii non philosophi quidem sed prompti tamen ad disputandum omnes aiunt esse beatos, qui uiuunt, ut ipsi uelint. falsum id quidem; uelle enim, quod non deceat, id est ipsum miserrimum nec tam miserum est non adipisci, quod uelis, quam adipisci uelle, quod non oporteat.' quid tibi uidentur haec uerba? nonne ab ipsa ueritate per quemlibet hominem dicta sunt? possumus ergo hic dicere, quod apostolus ait de quodam propheta Cretensi,

10 Cic. Hortens.; cf. Aug. de beata uita c. 10 et de trin. XIII, 5, 8 17 Tit. 1, 12—13

1 multorum *MACP*^{2} *edd.* philosopharum, *m. 1 corr.* philosophorum *K* ostiaque *O* 2 ea *L* 3 honorauerunt] non honorauerunt *L* eique *postr. l. ex corr.* (*m. 1 ?*) *F* egerunt] non egerunt *OCP*^{2} (non *m. 2 del.*) *L a m* 4 adquiesc////////// eis (*in ras.* as *m. 2*) *P*^{2} 5 uiuunt *P*^{2} ut *om. C* 6 credas *L* quid si] qui *C* 7 tantum *PP*^{1} eius uoluntas *edd.* 8 eius *om. KL* 9 cultu dei *L edd.* 10 uir eloquentissimus] iure loquentissimus *L* quidem *om. O* iam quidem *HPKP*^{1}*IV* illi quidem *r in marg.* 11 esse beatos (esse beat *ex corr. m. 3*) *P*^{1} 12 uel?nt (e *ex* o; *super incertam l.* u *add.*) *V ante* falsum *s. u. add.* sed *V* sed falsum *P*^{2} falsum est *O* id *om. P*^{2} equidem *HPKP*^{1}*IV* quidem est *CP*^{2} uel uelle *P* 13 id est] est id *O* id (*s. u. m. 1 add.* ẽ) *M* ĩd *P*^{1} idem *IP*^{2} *edd.* *post* ipsum *s. u. add.* ēe *V* ipsum ēe (*alt. e exp.*) *P*^{2} tam** (en *eras.*) *P* tamen *P*^{1}*I* miserrimum est, *supra* uel miserum est *O* 14 quam *ex corr. C* quamquam *HPK* (*m. 2* quam quod) *P*^{1}*IV* (*alt.* quam *exp.*) uelle *om. C* 15 uidetur *M* (*m. 1 corr.* uidentur) *L m* ad ipsā ueritatē *KP*^{2} (~ . . . . ~ *eras.; pro* ad *m. 2* ab) 16 quamlibet *L* dicere ergo hic *O* hinc *HPKP*^{1}*IV* 17 cretense *HPK* (*super postr. l. m. ut uid. 2* i) *P*^{1} (*m. 3* cretensi) *V*

cum eius illi sententia placuisset: Testimonium hoc uerum est.

11 Ille igitur beatus est, qui omnia, quae uult, habet nec aliquid uult, quod non decet. quod si ita est, uide iam, quae homines non indecenter uelint. alius uult coniugari, alius coniugio uiduatus deinceps continenter eligit uiuere, alius nullum concubitum nec in ipsis nuptiis experiri. et si aliud hic alio melius reperitur, nullum tamen istorum possumus dicere indecenter aliquid uelle; sic et optare filios nuptiarum scilicet fructum et eis, qui suscepti fuerint, uitam ac salutem, quo uoto plerumque occupatur etiam continentia uidualis; nam etsi spreto coniugio iam non optant etiam filios procreare, optant tamen, quos procreauerunt, incolumes uiuere. ab hac omni cura immunis est uirginalis integritas; habent tamen omnes caros et caras, quibus non indecenter optent etiam temporalem salutem. sed cum istam salutem in se ipsis et in eis, quos diligunt, adepti homines fuerint, num poterimus eos dicere iam beatos? habent enim aliquid, quod non dedecet uelle; sed si alia non habent maiora atque meliora et utilitatis decorisque pleniora, adhuc a beata uita longe absunt.

1 ei** (*fuit* us) *I* illi *om. V* illa *KIL* (*m. 2* illi); *in H postr. l. perforato codicis folio intercidit* 3 quae uult *om. O* *super* habet *m. 2* ualet *V* 4 aliud, *m. 2* aliquid P^2 iamque *O* 5 alio coniugio, *m. 1 corr.* alius coniugio *C* 6 uiduatur *L* elegit *V* (*supra* eligit) *F* 7 in *om. L* 8 hinc *HPKP*^{1}*IV* (n *exp.*) aliud *HPKP*^{1}*IV* (d *exp. corr.* alio) 9 incedenter, *ras. et corr.* indecenter *K* uellet (t *eras.*) *C* filios////// nuptiarū (rū *m. 2 add.*) *K* 11 quod *I* uoto *et* etiam *om. HPKP*^{1}*IV* (uoto *s. u. m. 2 add.*) 12 etsi speto (*m. 1 corr.* spreto) *M* et spreto *A* et ipsi spreto P^2 etsi experto, *m. 2* et ipsę spreto *V* etsi experto *fuisse uid., m. ut uid. 2* etsi spreto *H* etsi experto *I* optant. *M* optent PP^1 13 tamen optant *O* procrearunt *L* 14 omni. P^2 imminis, *corr.* immunis *K* 15 cara, *m. 2* caras P^2 non] nec *L* optant CP^2 *edd.* obtineat *O* 16 salutem temporalem *O* ipsam *F* salutem quam in P^2 17 quos *om.* P^2 nū (ū *in ras. m. 2*) P^2 non *C* 18 non decet *H* (non *eras.*) *OCP*^{2}*L* decet *PKP*^{1}*IVMFA a e* 19 si *om. H* (*m. 1 aut 2 add.*) *IV* (*s. u. m. 2 add.*) si ad PP^1 habet, *m. 1 corr.* habent P^1 atque—pleniora *om. K* 20 que *om.* PP^1 abasunt (a *ante* s *del.*) *H* ab ea sunt (ea *rasum uid.*) *I*

12 Placetne igitur, ut super salutem istam temporalem optent sibi ac suis honores et potestates? sane, si, ut per haec consulant eis, qui uiuunt sub eis, non propter haec ipsa sed propter aliud, quod inde fit bonum, decet ea uelle; si autem propter inanem fastum elationis pompamque superfluam uel etiam noxiam uanitatis, non decet. quocirca si optant sibi ac suis etiam sufficientiam rerum necessariarum, de qua sic apostolus loquitur: Est autem quaestus magnus pietas cum sufficientia; nihil enim intulimus in hunc mundum sed nec auferre hinc aliquid possumus; uictum et tegumentum habentes his contenti sumus. nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in temptationem et laqueum et desideria multa stulta et noxia, quae mergunt homines in interitum et perditionem; radix enim omnium malorum auaritia, quam quidam appetentes a fide errauerunt et inseruerunt se doloribus multis, — hanc ergo sufficientiam non indecenter uult, quisquis uult nec amplius uult; alioquin non ipsam uult et

8 1 Tim. 6, 6—10

1 per *CP²* optant *A* 2 ac suis *M* actus *P²* siut *V* sicut *MCP²* (c *exp.*) *L* hoc *L f l r m* 3 consulent *OL* iis *sed eras. et del. K* uiuat, *m. 1 corr.* uiuunt *V* uiunt, *m. 1 corr.* uiuunt *M* ipsas *HPK* (*postr. l. eras.*) *P¹IV* (*postr. l. exp.*) 4 sit *O* uelle ea *O* ea *om. P²* et ea *C* 5 propter *bis, alterum exp. V* uel etiam] ñ iam *P²* 6 noxiam *M* (i *eras.*) *P²* (i *exp.*) non] habere *P²* quodcirca *A* optat *HPP¹I* optet *V* hac (h *exp.*) *P²* 7 necessariūarum (ū *exp.*) *P²* 8 aut *super ras. m. 3 P¹* enim *L* 9 in hoc mundo *L* 10 auferre hunc *M* hinc auferre *HPKP¹V* inc*///* (*fuisse uid.* inde; *m. 1 corr.* hinc) auferre *I* quid *HPKP¹IV* 11 tegimentum *O* teguñ *C* contempti *C* sumus, *corr.* simus *KIVP²* simus *PCL l m* 12 nam] non *O* qui] et qui *A* fieri incidunt] esse incedunt *O* temtatione *HI* 13 et laqueum *om. HPKP¹IV* et in laqueum *O* stulta *om. HKP¹IV* 14 hominem *OL* 15 enim *om. HPKP¹* (*add. m. 3*) *IV* *post* auaritia *s. u. add.* est *V* auaritia est *O* auaritia, *m. 2* est auaritia *K* est auaritia *MP² m sec. sacr. litt.* qua *C* quidem *P²* 16 errauerunt a fide *V* a fide*////*errauerunt *K* a fide pererrauerunt *HPP¹I* 17 hinc, *m. 2* hanc *I* 18 nec *om., m. 1 add. M* ne *P* non] nec *PP¹* ipsa *C*

cum eius illi sententia placuisset: Testimonium hoc uerum est.

11 Ille igitur beatus est, qui omnia, quae uult, habet nec aliquid uult, quod non decet. quod si ita est, uide iam, quae homines non indecenter uelint. alius uult coniugari, alius coniugio uiduatus deinceps continenter eligit uiuere, alius nullum concubitum nec in ipsis nuptiis experiri. et si aliud hic alio melius reperitur, nullum tamen istorum possumus dicere indecenter aliquid uelle; sic et optare filios nuptiarum scilicet fructum et eis, qui suscepti fuerint, uitam ac salutem, quo uoto plerumque occupatur etiam continentia uidualis; nam etsi spreto coniugio iam non optant etiam filios procreare, optant tamen, quos procreauerunt, incolumes uiuere. ab hac omni cura immunis est uirginalis integritas; habent tamen omnes caros et caras, quibus non indecenter optent etiam temporalem salutem. sed cum istam salutem in se ipsis et in eis, quos diligunt, adepti homines fuerint, num poterimus eos dicere iam beatos? habent enim aliquid, quod non dedecet uelle; sed si alia non habent maiora atque meliora et utilitatis decorisque pleniora, adhuc a beata uita longe absunt.

1 ei** (*fuit* us) *I* illi *om. V* illa *KIL* (*m. 2* illi); *in H postr. l. perforato codicis folio intercidit* 3 quae uult *om. O* *super* habet *m. 2* ualet *V* 4 aliud, *m. 2* aliquid P^2 iamque *O* 5 alio coniugio, *m. 1 corr.* alius coniugio *C* 6 uiduatur *L* elegit *V* (*supra* eligit) *F* 7 in *om. L* 8 hinc *HPKP*^{1}*IV* (n *exp.*) aliud *HPKP*^{1}*IV* (d *exp. corr.* alio) 9 incedenter, *ras. et corr.* indecenter *K* uellet (t *eras.*) *C* filios////// nuptiarū (rū *m. 2 add.*) *K* 11 quod *I* uoto *et* etiam *om. HPKP*^{1}*IV* (uoto *s. u. m. 2 add.*) 12 etsi speto (*m. 1 corr.* spreto) *M* et spreto *A* et ipsi spreto P^2 etsi experto, *m. 2* et ipsę spreto *V* etsi experto *fuisse uid., m. ut uid. 2* etsi spreto *H* etsi experto *I* optant* *M* optent PP^1 13 tamen optant *O* procrearunt *L* 14 omni* P^2 imminis, *corr.* immunis *K* 15 cara, *m. 2* caras P^2 non] nec *L* optant CP^2 *edd.* obtineat *O* 16 salutem temporalem *O* ipsam *F* salutem quam in P^2 17 quos *om.* P^2 nū (ū *in ras. m. 2*) P^2 non *C* 18 non decet *H* (non *eras.*) OCP^2L decet PKP^1IVMFA *a e* 19 si *om. H* (*m. 1 aut 2 add.*) *IV* (*s. u. m. 2 add.*) si ad PP^1 habet, *m. 1 corr.* habent P^1 atque—pleniora *om. K* 20 que *om.* PP^1 abasunt (a *ante* s *del.*) *H* ab ea sunt (ea *rasum uid.*) *I*

12 Placetne igitur, ut super salutem istam temporalem optent sibi ac suis honores et potestates? sane, si, ut per haec consulant eis, qui uiuunt sub eis, non propter haec ipsa sed propter aliud, quod inde fit bonum, decet ea uelle; si autem propter inanem fastum elationis pompamque superfluam uel etiam noxiam uanitatis, non decet. quocirca si optant sibi ac suis etiam sufficientiam rerum necessariarum, de qua sic apostolus loquitur: Est autem quaestus magnus pietas cum sufficientia; nihil enim intulimus in hunc mundum sed nec auferre hinc aliquid possumus; uictum et tegumentum habentes his contenti sumus. nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in temptationem et laqueum et desideria multa stulta et noxia, quae mergunt homines in interitum et perditionem; radix enim omnium malorum auaritia, quam quidam appetentes a fide errauerunt et inseruerunt se doloribus multis, — hanc ergo sufficientiam non indecenter uult, quisquis uult nec amplius uult; alioquin non ipsam uult et

8 1 Tim. 6, 6—10

1 per *CP²* optant *A* 2 ac suis *M* actus *P²* siut *V* sicut *MCP²* (c *exp.*) *L* hoc *L f l r m* 3 consulent *OL* iis *sed eras. et del. K* uiuat, *m. 1 corr.* uiuunt *V* uiunt, *m. 1 corr.* uiuunt *M* ipsas *HPK* (*postr. l. eras.*) *P¹IV* (*postr. l. exp.*) 4 sit *O* uelle ea *O* ea *om. P²* et ea *C* 5 propter *bis, alterum exp. V* uel etiam] ũ iam *P²* 6 noxiam *M* (i *eras.*) *P²* (i *exp.*) non] habere *P²* quodcirca *A* optat *HPP¹I* optet *V* hac (h *exp.*) *P²* 7 necessariũarum (ũ *exp.*) *P²* 8 aut *super ras. m. 3 P¹* enim *L* 9 in hoc mundo *L* 10 auferre hunc *M* hinc auferre *HPKP¹V* inc//// (*fuisse uid.* inde; *m. 1 corr.* hinc) auferre *I* quid *HPKP¹IV* 11 tegimentum *O* teguñ *C* contempti *C* sumus, *corr.* simus *KIVP²* simus *PCL l m* 12 nam] non *O* qui] et qui *A* fieri incidunt] esse incedunt *O* temtatione *HI* 13 et laqueum *om. HPKP¹IV* et in laqueum *O* stulta *om. HKP¹IV* 14 hominem *OL* 15 enim *om. HPKP¹* (*add. m. 3*) *IV* *post* auaritia *s. u. add.* est *V* auaritia est *O* auaritia, *m. 2* est auaritia *K* est auaritia *MP² m sec. sacr. litt.* qua *C* quidem *P²* 16 errauerunt a fide *V* a fide////errauerunt *K* a fide pererrauerunt *HPP¹I* 17 hinc, *m. 2* hanc *I* 18 nec *om., m. 1 add. M* ne *P* non] nec *PP¹* ipsa *C*

ideo nec decenter uult. hanc optabat et pro hac orabat, qui dicebat: Diuitias et paupertatem ne dederis mihi; constitue autem mihi, quae necessaria sunt, sufficienter, ut ne satiatus mendax efficiar et dicam: 'Quis me uidet?' aut pauper factus furer et iurem nomen dei mei. uides certe et istam sufficientiam non appeti propter se ipsam sed propter salutem corporis et congruentem habitum personae hominis, quo habitu non sit inconueniens eis, cum quibus honeste officioseque uiuendum est.

13 In his itaque omnibus incolumitas hominis et amicitia propter se ipsa appetuntur, sufficientia uero rerum necessariarum non propter se ipsam sed propter duo superiora quaeri solet, cum decenter quaeritur. incolumitas porro in ipsa uita ac salute atque integritate animi et corporis constituta est. itemque amicitia non angustis finibus terminanda est; omnes enim, quibus amor et dilectio debetur, amplectitur, quamuis in alios propensius in alios suspensius inclinetur; peruenit

2 Prou. 30, 8—9 (Septuag. 24, 31—32)

1 ⁎⁎decenter (*fuit* in) *I* hac, *m. 1 corr.* hanc *IV* hac *HPP*^{1} (*m. 3* hanc) optabant *A* hoc *V* 2 paupertate⁎ (m *cras. et supra add.* s) *K* paupertate, *m. 2* paupertatem *C* 3 sufficient⁎⁎ter (*fuit* en) *K* sufficienter quidem *L* sufficient *O; cf. Septuag.* τὰ δέοντα καὶ τὰ αὐτάρκη 4 ut *del. m. 3 P*^{1} et] ut *O* quis me uidet *om., quam ob rem m. 3 del.* et dicam *P*^{1} 5 uidet///// (*ras. 2 fere l.*) *F* fuerer *A* fuerunt *O* iurem, *s. u.* periurem *V* iurem per *O* pirẽ, *m. 2* piurẽ *P*^{2} periurem *L edd. sec. Vulg.* (*Septuag.* ὀμόσω) nomine *F* 6 istam] istam fit *L* appetit *L* 8 hominis personae *O* homines, *corr.* hominis *K* quod *I* qui *O* habito *P*^{2} habitus *O* ei *O* 9 officio⁎seque *M* 10 in his ergo uel itaque *O* hominis] omnis *P*^{2} 11 ipsam appetuntur *P*^{2} ipsam appetantur *HPKP*^{1}*IV* necessariarum (*post.* ar *in ras. m. 1*) *F* necessarium, *corr. m. ut uid. 1* necessariarum *P*^{2} 13 solet] solet et *HPKP*^{1}*IV* cum decenter, *m. 2* condecenter, *m. 3* non indecenter *K* cum autem decenter *O* incolomites, *m. 2* incolomitas *K* uita salutem atque intigritatem *O* uita ad salutem atque integritatem *L* 14 animę *V* 15 angustiis *O* 16 debeatur *O* amplecti/////tur (*ras. 1—2 l.*) *P*^{2} 17 in alios propensius in alio suspensius *A* in alio propensius in alio suspensus (*m. 1 corr.* suspensius) *M*

autem usque ad inimicos, pro quibus etiam orare praecipimur. ita nemo est in genere humano, cui non dilectio etsi non pro mutua caritate pro ipsa tamen communis naturae societate debeatur. sed hi nos multum iusteque delectant, a quibus uicissim sancte casteque diligimur. ista cum habentur, ut teneantur, cum autem non habentur, ut habeantur, orandum est.

14 Hocine totum et haec sunt omnia, quibus beatae uitae summa colligitur? an aliquid aliud ueritas docet, quod his omnibus praeferatur? nam et illa sufficientia et ipsa incolumitas uel propria uel amicorum quam diu temporalis est, pro aeternae uitae adeptione abicienda est, quamquam fortasse corpus animus uero nullo modo sanus existimandus est, qui non temporalibus aeterna praeponit. neque enim utiliter in tempore uiuitur nisi ad comparandum meritum, quo in aeternitate uiuatur. ad illam ergo unam uitam, qua cum deo et de deo uiuitur, cetera, quae utiliter et decenter optantur, sine dubio referenda sunt. in eo quippe nosmet ipsos diligimus, si deum diligimus, et ex alio praecepto proximos nostros sicut

1 precimur *O* praecipitur P^2 2 ////etsi (*parua ras.*) P^2 4 hii nos *HIV* (*alt.* i *eras.*) hii nobis *O* in nos *A* *n*os (*fuisse uid.* in hos) P^2 haec nos *L* nos (*om.* hi) *C* ii nos *f l r m* iustumque, *m. 1 corr.* iusteque *I* dilectantur *O* a *om.*, *m. 1 add. I* 5 ita P^2 6 teneantur] ne habeantur P^2 8 hocne *HPOP*^{1}*IVMF* hoc///// *K* hoccine *C edd.* hoc in eo P^2 (*m. 2* hoccine) *L* uitae summe *L* summa uitae *edd.* 9 aliud aliquid *HPKP*^{1}*IV* 10 ꝑferatur *V* referatur, *m. 2* preferatur P^2 ipsa] ista *HPP*^{1}*IV* 11 uel propria] propria *L* propter supernae uitae adeptionē P^2 12 adoptione obicienda *L* 13 sanus *om.* P^2 estimandus P^1 14 aeterna* *M* proponit *V* *inter* enim *et* utiliter *in paginae initio uers. eras. K* in tempore utiliter *edd.* 15 nisi—uiuatur *om. K* comparandam, *m. 1 corr.* comparandum *I* mentum, *m. 2* meritum P^2 in *om. L* 16 quae *I* quā P^1C (~ *m. 1 del.*) quo *O* et de deo *om.* P^2 17 de *om.*, *m. 1 add. C* ceteraque *K* (*m. 2* ceteraquē) *MF* et *om. MFA* 18 diligimus si—nosmet ipsos *om. A* si deum diligimus *om. HPKP*^{1}*IV* (*s. u. m. 2 add.*) *F* (*in inf. marg. m. 1 add.*) deum si diligamus *L* 19 et ex alio—uere diligimus *om. M*

nosmet ipsos ita uere diligimus, si eos ad dei similem dilectionem, quantum in nobis est, perducamus. deum igitur diligimus per se ipsum et nos ac proximos propter ipsum. nec cum ita uiuimus, iam nos in ipsa beata uita constitutos existimemus, quasi nihil sit amplius, quod oremus. quo modo enim iam beate uiuimus, cum illud adhuc desit, propter quod unum bene uiuimus?

VIII 15 Ut quid ergo per multa dispergimur et quaerimus, quid oremus, timentes, ne forte, sicut non oportet, oremus, ac non potius cum psalmo dicimus: Unam petii a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnes dies uitae meae, ut contempler delectationem domini et uisitem templum sanctum eius? ibi namque omnes dies non ueniendo et transeundo fiunt omnes nec initium alterius est finis alterius; omnes sine fine simul sunt, ubi nec ipsa uita habet finem, cuius illi dies sunt. propter hanc adipiscendam beatam uitam ipsa uera uita orare nos docuit non in

10 Ps. 26, 4 17 Matth. 6, 7—8

10 Augustinus] Augustinus in domino salutem *m* 11 corruptibile, *m. 1 corr.* corruptibili *M* 12 contagine *M* constringitur—depressa *om. M* 13 honere (h *eras.*) P^1 onore, *corr.* onere P^2 honore *FA* (*m. 2* honere)

in summo unum facilius concupiscat et cogitet. nam hoc etiam sancta scriptura ita dicit: Corpus enim, quod corrumpitur, adgrauat animam et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. sed ideo uenit saluator noster, qui mulierem illam in euangelio per decem et octo annos curuam, quae fortasse hoc significabat, uerbo salutis erexit, ut anima Christiana non frustra audiat: 'Sursum cor', nec frustra respondeat se habere ad dominum. quod intuens recte facis mala huius mundi tolerabilia ducere spe futuri. sic enim usu quodam bono conuertuntur in bonum, dum non augent nostram concupiscentiam, sed exercent patientiam. de qua re apostolus ait: Scimus, quoniam diligentibus deum omnia cooperatur in bonum. 'omnia' inquit, non solum ergo illa, quae appetuntur ut suauia, uerum etiam illa, quae ut molesta uitantur, quando alia sic sumimus, ne capiamur, alia sic ferimus, ne frangamur, et secundum praecepta diuina in omnibus gratias agimus ei, de quo dicimus: Benedicam dominum in omni tempore; semper laus eius in ore meo et: Bonum est mihi, quoniam humiliasti me, ut discam iustificationes tuas. neque enim re uera, si fallacis prosperitatis semper hic tranquillitas adrideret, anima humana portum illum uerae certaeque securitatis appeteret, domina insignis et merito inlustris et praestantissima filia. reddens itaque debitum praestantiae tuae salutationis obsequium agensque gratias, quod salutis nostrae religiosissimam curam geris,

2 Sap. 9, 15 5 Luc. 13, 11—13 7 cf. Sacram. Gelas. I 40 (Migne patrol. lat. LXXIV p. 1100, 51—52) 12 Rom. 8, 28 17 Ps. 33, 2 19 Ps. 118, 71

1 hoc etiam] et hoc *R* 2 ita *om. MA* dicebat *R* 4 sensu*m* (*fuit* u) *P* 5 et *om. M* curbam, *m. 1 corr.* curuam *P* 7 audiat—frustra *om. P* 8 sed (d *exp.*) *F* habere dominum, *m. ut uid. 1 corr.* habire (*sic!*) ad dominum *P* 10 audent *MF* 12 cooperatur *F* (*m. 1 corr.* cooperantur) *R* (*m. 2* cooperantur) cooperantur *MAP*^{1}*P*^{2} *edd. sec. Vulg.; Gr.* συνεργεῖ 14 appetantur *A* 15 uitatur, *m. 1 corr.* uitantur *P* ne] ut non *R* 17 ei *om. A* 19 quia *R sec. Vulg.* quod *f l r m* 22 uera *MF* certaequae (uae *eras.*) *P*^{1} 23 merita *M*

posco tibi a domino futurae uitae praemia praesentisque solacia omniumque uestrum, in quorum cordibus per fidem habitat Christus, me dilectioni orationique commendo.

[Et alia manu:] Deus uerus et uerax ueraciter consoletur cor tuum et protegat salutem tuam, domina insignis ac merito inlustris ac praestantissima filia.

CXXXII.

DOMINO INLUSTRI ET MERITO PRAESTANTISSIMO FILIO VOLUSIANO AUGUSTINUS EPISCOPUS.

De salute tua, quam et in hoc saeculo et in Christo esse cupio, sanctae matris tuae uotis sum fortasse etiam ipse non inpar. unde meritis tuis reddens salutationis obsequium hortor, ut ualeo, ut litterarum uere certeque sanctarum te curam non pigeat inpendere. sincera enim et solida res est nec fucatis eloquiis ambit ad animum nec ullo linguae tectorio inane aliquid ac pendulum crepitat. multum mouet non uerborum sed rerum auidum et multum terret factura securum. praecipue apostolorum linguas exhortor ut legas; ex his enim ad

2 ambulat *M* 3 rationique *F* 5 ac] et *edd.* 6 ac] et *P*

T = *cod. Trecensis 2405 s. VIII—IX.*
C = *cod. Coloniensis 80 s. IX.*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
K = *cod. Casinensis 162*[17] *s. XI.*
P = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
R = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

8 *Inscriptionem spatio relicto om. R* illustrissimo *P* et *om. CK* uolusiano filio *P* 10 et *om. CM* in saeculo hoc *C* 11 uotis sum] uotissimum, *m. 2* deuotissimum *C* etiam ipse *om. P* 13 litterarum, *m. 2* lectioni litterarum *R* sanctarum studio te *P edd.* cura *CKP* 14 inpendere *om. CKP* fucatis *ras. ex* fucatus *M* fugatis, *m. 2* fucatis *CK* 15 ambigit *A* ullae *T* 16 aliquid *om. CK* pendiculum *C* 17 abidum, *m. 2* auidum *K* habitum *C* habitu *T* 18 enim *om. C*

cognoscendos prophetas excitaberis, quorum testimoniis utuntur apostoli. si quid autem, uel cum legis uel cum cogitas, tibi oritur quaestionis, in quo dissoluendo uidear necessarius, scribe, ut rescribam. magis enim hoc forte adiuuante domino potero quam praesens talia loqui tecum non solum propter occupationes uarias et meas et tuas, quoniam non, cum mihi uacat, occurrit, ut et tibi uacet, uerum etiam propter eorum inruentem praesentiam, qui plerumque non sunt apti tali negotio magisque linguae certaminibus quam scientiae luminibus delectantur. quod autem scriptum habetur, semper uacat ad legendum, cum uacat legenti, nec onerosum fit praesens, quod, cum uoles, sumitur, cum uoles, ponitur.

CXXXIII.

DOMINO EXIMIO ET MERITO INSIGNI ATQUE CARISSIMO FILIO MARCELLINO AUGUSTINUS EPISCOPUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Circumcelliones illos et clericos partis Donati, quos de Hipponiensi ad iudicium pro factis eorum publicae disciplinae

1 excitaueris *C* (*m. 2* excitaberis) *K* 2 apostoli *C* quis, *m. 1 corr.* quid *K* legeris *P* 3 necessariis *K* 4 scribere ut scribam *A* forte hoc *A* domino adiuuante *C edd.* 5 praesens talia] praesentialiter *T a e f* praesentaliter *MA* 7 et ut *C* etiam] tamen *CK* 8 praestantiam *M* 9 certaminibus *om. C* 10 delectantur] declarabitur *C* scriptum autem *M* habetur] hac lectorum *K* 11 cum uacat legenti *om. C* legendi *TM* (*m. 1 corr.* legenti) onerosae *C* honerose *K* 12 uolet sumitur *C*

E = *cod. Cheltenhamensis 2173 s. X.*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
F = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
P = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
R = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*
P^1 = *cod. Parisinus 14480 s. XII.*
T = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*

14 et *om. E* 15 episcopus *om.* MP^1 *edd.* episcopus in domino salutem *om. E* 17 ipponensi AP^1 (*m. 1 corr.* ipponiensi) Hipponensi ecclesia *edd. praeter m* Hipponensi *m* disciplinae *om. M*

cura deduxerat, a tua nobilitate comperi auditos et plurimos eorum de homicidio, quod in Restitutum. catholicum presbyterum, commiserunt. et de caede Innocentii, alterius catholici presbyteri, atque de oculo eius effosso et digito praeciso fuisse confessos. unde mihi sollicitudo maxima incussa est, ne forte sublimitas tua censeat eos tanta legum seueritate plectendos, ut, qualia fecerunt, talia patiantur. ideoque his litteris obtestor fidem tuam, quam habes in Christo, per ipsius domini Christi misericordiam, ut hoc nec facias nec fieri omnino permittas. quamuis enim ab eorum interitu dissimulare possumus, qui non accusantibus nostris sed illorum notoria, ad quos tuendae publicae pacis uigilantia pertinebat, praesentati uideantur examini, nolumus tamen passiones seruorum dei quasi uice talionis paribus suppliciis uindicari, non quo scelestis hominibus licentiam facinorum prohibeamus auferri, sed hoc magis sufficere uolumus, ut uiui et nulla corporis parte truncati uel ab inquietudine insana ad sanitatis otium legum cohercitione dirigantur uel a malignis operibus alicui utili operi deputentur. uocatur quidem et ista damnatio, sed quis non intellegat magis beneficium quam supplicium nuncupandum, ubi nec saeuiendi relaxetur audacia nec paenitendi medicina subtrahatur?

1 direxerat *E* auditus et plurimus *F* auditas et plurimus *A* 2 restitutum *inductum m. ut uid. 2 E* 3 Innocentii *om. E* presbiteri catholici *E* 4 de *om. E* eius | eius *A* et de digito P^1 *f l r m* 5 maxima sollicitudo *M* 6 tanta legum seueritate censeat eos *E* 7 fecerunt talia *in fine u. om. A* litteris *om. E* 8 domini] enim *E* 9 nec facias] ne facias *MFA* ne fieri, *m. 2* nec fieri *E* 10 ab eo | interitu *E* possimus *E* possemus *PRP*^{1}*T f l r m* qui non] quin *E* 11 nostris] nobis *T* notaria *MAP*^{1}*T* notatoria *R* notum, *in marg. m. ut uid. 2* ·|· ad noticiam *E* a, *m. 2* ad *P* tuendo *F* 12 uigilanti, *m. 2* uigilantia *E* uigilentia *MF* 14 uindicare *E* cęlestis *F* 15 prohibeamus] non prohibeamus *E* 16 parte corporis *EMT* 17 insania *R* cohercitatione *A* cohercione P^1 18 redigantur *E* a *om. A* opere, *m. 2* operi *E* 19 sed si quis (si *exp.*) *T* 20 noiandum P^1 21 subtrahatur medicina *R m*

2 Imple, Christiane iudex, pii patris officium, sic suscense iniquitati, ut consulere humanitati memineris nec in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciscendi libidinem, sed peccatorum uulneribus curandi adhibeas uoluntatem. noli perdere paternam diligentiam, quam in ipsa inquisitione seruasti, quando tantorum scelerum confessionem non extendente eculeo, non sulcantibus ungulis, non urentibus flammis sed uirgarum uerberibus eruisti. qui modus cohercitionis et a magistris artium liberalium et ab ipsis parentibus et saepe etiam in iudiciis solet ab episcopis haberi. noli ergo atrocius uindicare, quod lenius inuenisti. inquirendi quam puniendi necessitas maior est; ad hoc enim et mitissimi homines facinus occultatum diligenter atque instanter examinant, ut inueniant, quibus parcant. unde plerumque necesse est, exerceatur acrius inquisitio, ut manifestato scelere sit, ubi appareat mansuetudo. omnia quippe bona opera amant in luce constitui non propter humanam gloriam, sed ut uideant, ait dominus, bona opera uestra et glorificent patrem uestrum, qui in caelis est. et ideo non sufficit apostolo monere, ut mansuetudinem seruaremus, sed ut eam etiam notam omnibus faceremus: Mansuetudo, inquit, uestra nota sit omnibus hominibus, et alio loco: Mansuetudinem ostentantes ad omnes

17 Matth. 5, 16 21 Phil. 4, 5 22 Tit. 3, 2

1 succense, *m. 2 in marg.* ·|· diiudica *E* 2 iniquitate, *s. u. m. 2 praepos.* s. de *E* memineris humanitati *R* humanitate, *m. 2* humanitati *E* 6 confessione *MFAPR* extende, *m. 2* extenso *E* non sulcantibus] consulcantibus *E* 8 qui] ut *E* et *om. EP*^{1} *m* 9 arti , *m. 2* artium *E* et saepe] sepe *E* 10 ab episcopis] episcopalibus *E* ////beri (*ras. 2 fere l.; supra m. 2* adhi) *P* adhiberi *E f l r m* 11 quos *MFA a e* lenis *E* inquirendi/// (*parua ras.*; di *inductum*) *E* inueniendi *P*^{1} 12 et *om.*, *s. u. m. ut uid. 2 add. P*^{1} hominis *E* (*m. 2* homines) *F* (s *in ras. m. 1*) 13 adque *M* examinat, *m. ut uid. 2 corr.* examinant *E* 14 est] est ut *E* 15 sce'' (*parua ras.*) lere ·sit (sit *inductum*) *E* 16 in lucē *PT* constituti *AP*^{1} 17 bona *om. P*^{1} 19 suffecit *I-*^{1}*T edd.* apostolum *A* mansuetudinem monere ut *T* 20 hominibus *R* 21 uestra inquit *T* 22 mansuetudinem uram ostentantes *E*

homines, ut nec illa sancti Dauid, quando inimico sibi in manus tradito clementer pepercit, praeclarissima lenitas emineret, nisi potestas pariter appareret. non te ergo exasperet uindicandi potestas, cui lenitatem non excussit examinandi necessitas. noli facinore inuento quaerere percussorem, in quo inueniendo noluisti adhibere tortorem.

3 Postremo pro ecclesiae utilitate missus es. hoc ecclesiae catholicae aut, ut modum dispensationis meae non supergredi uidear, hoc ecclesiae ad Hipponiensium-Regiorum dioecesim pertinenti prodesse, hoc expedire contestor. si non audis amicum petentem, audi episcopum consulentem, quamuis, quoniam Christiano loquor, maxime in tali causa non arroganter dixerim, audire te episcopum conuenit iubentem, domine eximie et merito insignis atque carissime fili. unde scio quidem causas ecclesiasticas excellentiae tuae potissimum iniunctas, sed quia credo istam curam ad uirum clarissimum atque spectabilem proconsulem pertinere, ad eum quoque litteras dedi, quas rogo ut ipse illi tradere et allegare, si opus est, non graueris. atque ambos obsecro, ne importunam arbitremini uel intercessionem uel suggestionem uel sollicitudinem nostram et passiones

1 I Reg. 24, 1—8

1 ut *om. E* unde *PP¹T flrm* 2 pepercit ut praeclarissima *E* 3 pariter *om. P¹* exaspera, *m. 1 corr.* exasperet *P¹* 6 ueniendo, *m. 1 corr.* inueniendo *F* uoluisti *ER* adhibere *om. P* 8 aut] age *R* modis *E* dispensationes, *m. 1 corr.* dispensationis *F* supergredi uideas *MFRP¹* supergrediar *E* 9 hoc] aut *P* yppo-nensium *M* ipponensium *RT* Hipponensium *edd.* regionum *codd. edd. praeter m* diocesim *PRP¹T* diocesi (— *m. ut uid. 2*) *E* diocesi *MFA* 10 pertinenti] pertinent hi, *m. 2* pertinet hoc *E* 11 quoniam] cum *F* 13 audire te] audiret, *m. ut uid. 2* audire te *P* audire (*om.* te) *E* epo, *m. 2* epm *E* conuenit et iubentem *E* eximie et merito *om. P¹* 15 ecclesiasticas *om. A* 16 ad uirum clarissimum] et adhuc *E* atque, *m. 2* ad *E* expectabilem *MFAPRP¹T* 17 eam, *m. 1 corr.* eum *M* 18 ipsi *MAR* ille, *m. 2* illi *E* alligare *E* (*m. 2* allegare) *MFAP¹* 19 ambos uos obsecro *E* inportunum *E* in-portutam, *m. 2* inportunam *P* uel suggestionem uel intercessionem *P¹* 20 uestram, *m. 2* nostram *R* et] ne *E*

catholicorum seruorum dei, quae infirmis ad aedificationem spiritalem utiles esse debent, haud reciproca inimicorum, a quibus passi sunt, poena decoloretis, sed potius refracta iudiciaria seueritate et uestram fidem, quia filii estis ecclesiae, et ipsius matris mansuetudinem commendare minime neglegatis. deus omnipotens praestantiam tuam bonis omnibus augeat, domine eximie et merito insignis atque carissime fili.

CXXXIV.

DOMINO INSIGNI ET MERITO SUBLIMI AC PRAESTANTISSIMO FILIO APRINGIO AUGUSTINUS.

1 Non dubito in hac potestate, quam tibi deus homini in homines dedit, cogitare te diuinum iudicium, ubi et iudices stabunt rationem de suo iudicio reddituri. Christiana quippe fide te inbutum scio, unde mihi ad excellentiam tuam maior fiducia tribuitur non solum petendi uerum etiam monendi propter illum dominum, in cuius familia nobiscum caelesti iure censeris, in quo spem uitae aeternae pariter habemus et quem pro uobis in sacrosanctis mysteriis inuocamus. proinde, domine insignis et merito sublimis ac praestantissime fili, primum quaeso, ut non tibi uidear importunus inruere actibus tuis ea sollicitudine, quam me praecipue gerere oportet pro ecclesia

1 seruorum dei quae] seruorum quae *PRP*^{1}*T a e* seruorumq;, *corr.* (*m. 1?*) seruorum quae *M* seruorum q̄ *F* seruorum qua *A; cf. p. 86, 10* ad *om. F* 2 utilis esse debet *F* haud *om. E* aut *M* (*m. 1 corr.* haut) *FAP* (*m. 2* haud) *RP*^{1}*T* a *om. E* 3 decoleretis *E* decoloratis, *m. 1 corr.* decoloretis *P*^{1} 4 qua *E* 5 matris *in fine u. om. T* minime *om. R* 7 domine *om. R*

Idem codices, qui in ep. CXXXIII.

9 ac *m. 2 supra ras. E* 10 apringiono (*sed in indice:* Incipit epistula sancti augustini ad apringium) *MF* agustinus eps *E* 12 te *om. MFA* et | ubi *T* 14 te *om., m. 1 add. M* maiora *FA* 15 tribuetur *E* datur *T* uerum etiam monendi] s; ammonendi *T* 16 caeleste, *m. 2* caelesti *E* 18 in sacro pro uobis sanctis *A* nobis *T* 21 qua *F*

mihi credita, cuius utilitatibus seruio, cui non tam praeesse quam prodesse desidero. deinde obsecro, ut, quod moneo uel rogo, non dedigneris accipere, non cuncteris adquiescere.

2 Circumcelliones quosdam et clericos Donatistas cura eorum, qui disciplinae publicae inseruiunt, praemissa notoria ad iudicia legesque perduxit. hi cum audirentur a uiro clarissimo et spectabili tribuno et notario fratre tuo, filio meo Marcellino, non tormentis ungularum atque flammarum sed uirgarum coherciti horrenda facinora in fratres et conpresbyteros meos a se perpetrata confessi sunt, quod scilicet unum eorum exceptum insidiis trucidauerint, alterum e domo raptum oculo effosso digitoque amputato truncauerint. haec cum comperissem illos fuisse confessos ideoque minime dubitarem sub iura tuae securis esse uenturos, has ad tuam nobilitatem litteras acceleraui, quibus deprecor et per misericordiam Christi obsecro, sic de tua maiore atque certiore felicitate gaudeamus, ut eis paria non retribuantur, quamquam lapidis ictibus digitum praecidere oculumque conuellere leges puniendo non possint, quod isti saeuiendo potuerunt. unde securus sum de his, qui hoc se fecisse confessi sunt, quod hanc uicissitudinem non reportabunt; sed ne uel ipsi uel illi, quorum homicidium patefactum est, per tuae potestatis sententiam multentur, hoc

2 prodesse/// (*parua ras.*) *T* 4 cura *cum ras. super* a *et infra P* cur *FA* 5 publicae *om. A* notaria *codd.* (*in R m. 2 corr.* notoria); *cf. p. 81, 11* 6 legesque] legis usque *E* hii *T* a uiro clarissimo] auc *E* et (*m. 2* ex) spectabili *E; cf. p. 83, 16* 7 et *om. T* fratri *EMFA* meo marcellino (eo m *corrigendo corruptum*) *P* 9 coherciti] uerbere coerciti *E* coertici *F* cohertici *R* conpresbitero meos (s *fere eras.*) *E* 10 quos *MPP*^{1} quo *FA* 11 trucidauerunt *RP*^{1}*T f l r m* 12 truncauerunt, *m. 1 corr.* truncauerunt (*sic!*) *T* truncauerunt *RP*^{1} *f l r m* 13 iura, *m. 2* cura *R* tua securos esse *MFAPRP*^{1} *a e* tua securos non esse *T* 14 ad tuas nobilitatem (*sic!*) *P*^{1} adcelerare curaui *E* 15 et | et (*pr.* et *m. 1 exp.*) *M* 17 lapidis, *m. 1 corr.* lipidis *R* 18 euellere *M* possunt *MFA edd. praeter Mign.* 19 putuerunt, *corr.* potuerunt *E* sim *MF* iis *f l r m* 20 se *om. AT* 22 per tuae] perpetuae *R* sententia *R* mulcentur *M* (*m. 1? corr.* mutentur, *sic!*) *FP* (*corr.* multentur) morte multentur *E*

timeo, hoc ne fiat et Christianus iudicem rogo et Christianum episcopus moneo.

3 De uobis quidem dixisse apostolum legimus, quod non sine causa gladium geratis et ministri dei sitis, uindices in eos, qui male agunt. sed alia causa est prouinciae, alia est ecclesiae: illius terribiliter gerenda est administratio, huius clementer commendanda est mansuetudo. si apud iudicem non Christianum mihi sermo esset, aliter agerem nec tamen etiam sic ecclesiae causam desererem et, quantum admittere dignaretur, instarem, ne passiones seruorum dei catholicorum, quae prodesse debent ad exempla patientiae, inimicorum suorum sanguine foedarentur, et, si nollet adquiescere, inimico animo eum resistere suspicarer. nunc uero, quando apud te res agitur, alia mihi ratio est, alia consultatio. rectorem te quidem praecelsae potestatis uidemus, sed etiam filium Christianae pietatis agnoscimus. subdatur sublimitas tua, subdatur fides tua; causam tecum tracto communem, sed tu in ea potes, quod ego non possum; confer nobiscum consilium et porrige auxilium.

4 Diligenter actum est, ut inimici ecclesiae, qui solent uaniloquio seductionis sollicitare animos inperitos tamquam de persecutione gloriantes, quam se perpeti iactant, horrenda facinora sua in catholicos clericos perpetrata faterentur et suis

3 Rom. 13, 4

1 hoc *om.* *E* christianum *E* et] quem ut *E* christianus *E* 3 quidem] non quidem *E* apostolum dixisse *R* 5 alia est] alia causa est *E* alia *R* 6 geranda, *m. 1 corr.* gerenda *A* commendanda est mansuetudo clementer *T* 8 esse taliter *F* esset taliter *A* adesset aliter *R* gererem *R* sic] si *F* (*m. 1 corr.* sic) *A* 9 insererem *E* amittere *M* 11 debeant *A* suorum *om.* *R* 14 rectoremq; te *P* quidem te *signis corr.* *T* 15 *ante* precelse *s. u. m. 2* ñ solū *E* 16 pietatis] potestatis *E* agnoscamus P^1 subdatur] cui subditur *E* 18 ego non, *signis corr. uid.* non ego *T* 20 actum, ut, *m. 2* actum est || ut *E* inimicis *E* 21 seductiones, *m. 2* seductionis *E* 22 lactant, *m. 2* iactant *A* 23 prepetrata *E* faterentur ut et *E*

uerbis implicarentur. legenda sunt gesta ad sanandas animas, quas pestifera suasione uenenauerunt. numquid placet tibi, ut ad finem gestorum, si cruentum istorum supplicium continebit, legendo peruenire timeamus, ubi ponimus et ipsam conscientiam, ne malum pro malo, qui passi sunt, reddidisse uideantur? si ergo nihil aliud constitueretur frenandae malitiae perditorum, extrema fortasse necessitas, ut tales occiderentur, urgeret, quamquam, quod ad nos adtinet, si nihil mitius eis fieri posset, mallemus eos liberos relaxari, quam passiones fratrum nostrorum fuso eorum sanguine uindicari. nunc uero cum et aliquid fieri possit, quo et mitis commendetur ecclesia et inmitium cohibeatur audacia, cur non flectas in partem prouidentiorem lenioremque sententiam, quod licet iudicibus facere etiam non in causis ecclesiae? time ergo nobiscum iudicium dei patris et commenda mansuetudinem matris. cum enim tu facis, ecclesia facit, propter quam facis et cuius filius facis. contende bonitate cum malis. illi scelere immani membra de corpore uiuo auulserunt, tu opere misericordi effice, ut illa, quae nefandis operibus exercebant, alicui utili operi integra eorum membra deseruiant; illi non pepercerunt

5 Rom. 12, 17

2 uenenarunt *E* uenauerunt *R* uenerauerunt *MFA* (*m. 2* uulneraue-runt) 3 sic ruentum *uirgula corr. M* si⁎ (*fuit* c) cruentum *P* 5 me, *m. 2* ne *R* reddisse, *m. 1 corr.* reddidisse *T* dedisse *E* 8 quod] ut *M* ei *T* 9 possit *E* malemus, *m. 1 corr.* mallemus *F* relaxare *R* 10 uindicare *A* 11 cum et] quoniam P^1 *flr* cum *m* aliud *E* potest P^1 mitius *E* 12 immanium caueatur *E* 14 in *bis T* ergo *om. T* 15 commoda *A* mansuetudinem, *supra m. 1* ł consuetudinem P^1 consuetudinem *FAPR* 16 quam facit *M* (*m. 1 corr.* quam facis) *F* quod facis *R* 17 bonitatem (n *m. 2 exp.*) *E* illis (s *exp.*) celere *M* illi sceleri *FA* inmane, *m. 2* inmani *E* immanium *M* (um *m. ut uid. 1 del.*) *FAR* immani ·II· (·II· *non genuinum, sed corr. factum, super quod m. 2 add.* duo) *P* 18 uno *P* uulserunt *E* misericordię *E* misericordie *P* 19 ex⁎ercebant (*fuit* c) *T* ut illi (*altera* l *exp.*) opperi *M* ut illi operi *R* utile | per⁎ (*fuit* i) *F* 20 integra *om.* P^1 membra eorum P^1 deseruiunt, *m. 1 corr.* deseruiant *E*

correctionem sibi praedicantibus dei seruis, tu parce comprehensis, parce ductis, parce conuictis; illi impio ferro fuderunt sanguinem Christianum, tu ab eorum sanguine etiam iuridicum gladium cohibe propter Christum; illi ministro ecclesiae occiso extorserunt spatium uiuendi, tu inimicis ecclesiae uiuentibus relaxa spatium paenitendi. talem te oportet esse in causa ecclesiae iudicem Christianum petentibus, monentibus, intercedentibus nobis. solent homines, quando cum inimicis eorum conuictis lenius agitur, a mitiore sententia prouocare; sed inimicos nostros ita diligimus, ut, nisi de tua Christiana oboedientia praesumamus, a tua seuera sententia prouocemus. deus omnipotens excellentiam tuam auctiorem felicioremque conseruet, domine insignis et merito sublimis ac praestantissime fili.

1 correctione *A* 2 parce ductis *om. A* parce perductis *E* parce doctis *MF* foderunt *M* (*m. 1 corr.* fuderunt) *F* 3 christianorum *E* iuridicum, *in marg. m. 2* ueridicum *T* uiridicum, *m. 2* ueridicum *P* ueridicum *R* 5 extorsorunt, *m. 1 corr.* extorserunt P^1 6 causae *A* 7 iudicum, *m. 2* iudicem *E* 8 solent enim homines *E* inimici. *m. 1 corr.* inimicis *M* 9 a mitiore] amitiore *P* amiti|tiore *M* amicitiore *FAR a* amiciciore P^1 prouocaresini | micos *P* prouocare si inimicos *MFA* prouocari si inimicos *RT* prouocare nos inimicos *E* 11 oboedientie *P* uera *MFAPP*^{1}*T a* prouocemur *AR* 12 deus] et alia manu deus *E* dñs *T* tuam *om. P* auctorem *E* 14 filii *postr. l. eras. E*

CXXXV.

DOMINO VERE SANCTO AC MERITO VENERABILI PATRI AUGUSTINO EPISCOPO VOLUSIANUS.

1 Petis me, uir probitatis iustitiaeque documentum, ut aliqua ex ambiguis lectionis peritae discenda perconter. amplector gratiam muneris imperati meque libens in disciplinas tuas offero ueteris sententiae auctoritatem secutus, quae nullam ad perdiscendum abundare credit aetatem. neque inmerito sapiens prudentiae studia nullis terminis neque fine conclusit, quando primordiis suis remota uirtus numquam adeo reseratur adeuntibus, ut omnis protinus ad agnitionem patescat, domine uere sancte ac merito uenerabilis pater. est operae pretium cognoscere habitam inter nos proxime confabulationem. quibusdam

T = *cod. Trecensis 2405 s. VIII—IX.*
C = *cod. Coloniensis 80 s. IX.*
D = *cod. Coloniensis 33 s. IX.*
B = *cod. Bambergensis A 151 s. X in.*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI*
K = *cod. Casinensis 162*[17] *s. XI.*
P = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
P[1] = *cod. Parisinus 1686 s. XII.*

2 uere sancto] praedicabili *TP*[1] patris *D* 3 episcopo *om. B* 4 me] a me *B edd. praeter m* probitatis] probatissime *C* iustititique, *corr.* iustitieque *D* 5 lectionis, *m. 2* lectionibus *B* lectionibus *T* lectiones, *m. 2* lectionibus *C* perite *TAK* peritiae *DPP*[1] peritia. *C* discendae, *corr.* discendo *B* discendi (*postr. l. in ras. m. 2*) *C* percunter, *m. 2* perconter *C* percuncter *MAP* 6 imperati me quae *D* imperati mq̃. (m *exp.*) *B* imperati eque, *m. 2* imperati meque *M* imperatim equi *A* 7 effero *M* auctoritate, *m. 2* auctoritatẽ *K* 9 studia. (e *eras.*) *D* .eque *C* fine *om. C* finẽ *M* 10 primordeis, *corr.* primordiis *D* remota, *m. 2* remorata *M* remorata *C* nusquam *C* 11 omnes, *m. 1 corr.* omnis *T* ad agnitione *K* uere *om. B* 12 sancto *D* merito *om. K* opere *TCDMKPP*[1] 13 habita *M* confabulatione *cum ras. super* e *M* *super* quibusdam *m. 2* quam *K*

amicorum conuentibus aderamus, frequentes proferebantur illic pro ingeniis studiisque sententiae. erat tamen sermo rhetorica partitio. apud agnoscentem loquor; etiam ista paulo ante docuisti. adstruebatur, quid esset inuentionis acrimonia, quantus disponendi labor, quae translationis gratia, quae iconismatum pulchritudo et pro ingenio naturaque materiae adposita etiam dicendi facultas. alii rursum poeticam eleuabant fauentes; ne hanc quidem eloquentiae partem tacitam aut inhonoram relinquis, ut conuenienter poeta dixerit:

Inter uictrices hederam tibi serpere laurus.

dicebatur ergo, quantus oeconomiae esset ornatus, quae metaphorarum uenustas, quanta in comparatione sublimitas; iam leues enodesque uersus atque, ut ita dixerim, caesurarum modulata uariatio. tunc ad familiarem tuam philosophiam sermo deflectit, quam ipse Aristoteleo more tamquam esotericam fouere consue-

10 Verg. Buc. VIII 13

1 haberamus, *m. 2* habueramus *K* frequent'IIII (*super ras. m. 2* es) *M* frequenter *CD* proferabantur illi *T* proferebam illic *D* 2 ingenii, *m. 1 corr.* ingenio *C* tamen] enim *K* autem *P* § cognoscentem *TAP*^{1} etiam] nam etiam *P edd.* 4 inuentionibus, *m. 2* in inuentionibus *C* inuentio quae inuentionis *P edd.* acrimonia• *C* 5 disponendi (*pr.* n *in ras.*) *M.* oeconismatum *TP*^{1} (oeco *in ras. m. 1*) ochenismatum *M* oechonomismatum *A* echonomi | matum *P* de chonismatum *D* hęc onismatum *K* 6 naturaquę (, *eras.*) *M* natura quae *D* naturaeque *A* materia *K* adposita • etiam *M* adpositae etiam *D* adpo•sit etiam *T* 7 rursus *edd.* poetica elebabant (*m. 2* eleuabant) *K* fauentes, *m. 2* fatentes *M* fabentes, *m. 2* fauentes *K* fauente *D* 8 eloquię, *m. 2* eloquii *C* aut inhonoratam *C* aut in horam *P*^{1} uti noram *D* 9 relinqui *TDBPP*^{1} reliquis *MA* relinquerent *C* 10 uitrices, *m. 2* uictrices *C* uictricis *D* hederas *codd.* (*T* heredas) *a e l* tibi *om. TKP*^{1} sibi *D* lauros *DMAP edd.* laurum *cett. codd.* 11 oeconominae *T* iconomie *C* oceonomiae *P*^{1} ornatus (s *ex corr. m. 1*) *T* quae—uenustas *om. TP*^{1} metaphorum, *m. 2* metaphorarum *M* 12 corparatione *D* subtilitas *C* iam] et iam *C* leue senodesque *T* leue se nodesque *D* leues edonesque *K* 13 uer|uersus *A* ueris *T* 14 de•flectit *C* deflectet *D* deflectitur *PP*^{1} 15 ipso *P*^{1} aristotelico *C edd.* sotericam *TDKP*^{1} socraticam *C* Isocraticam *m* esocraticam *cett. edd.*

ueras. quaerebamus, et quid egerit praeceptor ex Lycio, quid Academiae multiplex et continuata cunctatio, quid ille disputator ex porticu, quid physicorum peritia. quid Epicureorum uoluptas, quid inter omnes infinita disputandi libido tuncque magis ignorata ueritas, postquam praesumptum est, quod possit agnosci.

2 Dum in his confabulatio nostra remoratur, unus e multis: 'Et quis', inquit, 'est sapientia ad perfectum Christianitatis inbutus, qui ambigua, in quibus haereo, possit aperire dubiosque adsensus meos uera uel uerisimili credulitate firmare?' stupemus tacentes. tunc in haec sponte prorumpit: 'Miror, utrum mundi dominus et rector intemeratae feminae corpus impleuerit, pertulerit decem mensium longa illa fastidia mater et tamen uirgo enixa sit sollemnitate pariendi et post haec uirginitas putatur intacta'. his et alia subnectit: 'Intra corpusculum uagientis infantiae latet. cui par uix putatur uniuersitas, patitur puerilitatis annos, adolescit, iuuentute solidatur; tam diu a sedibus suis abest ille regnator atque ad unum corpusculum totius mundi cura transfertur; deinde in somnos

12—p. 92, 4 cf. p. 98, 3—15; 114, 9—11 13 Verg. Buc. IV 61

1 et] eo *B* quae degerit (*m. 2* digerit) *M* quae digerit *A* Lyceo *m* 3 porticu] poeti cur *M* poetis cui *A* 4 qui, *m. 2* quae *C* infinitas disputanti *D* liuido *K* 5 posquam *M* 6 agosci, *m. 1 corr.* agnosci *M* 7 confabulatio////// || (ne *eras.?*) *D* remobatur, *m. 2* remorabatur *C* remoramur *D* 8 est inquit *P* est sapientia (est sa *in ras.; fuitne* quid *?*) *D* christianis *T* christianus P^1 9 possit *ex* pussit *D* 10 sensus *P* ascensos, *m. 2* ascensus *C* uera uel uerisimile *K* uera uerisimili *T* uera tueri simili *B* uerisimili P^1 formare, *m. 1 corr.* firmare P^1 11 tum *B* prorupit *CD* miror (o *ex ras. et corr.*) *M* 13 pertulit *B* mensum, *corr.* mensium *B* mensium (i *ras. ex* u) *C* mensuum *T* (um *in ras. m. ut uid. 1*) *M* illa *om. K* 14 uirgo] uero *T* est *TB*P^1 15 uirginitas] eius uirginitas *C* putetur intacta *a e f* intacta permanserit *P l r m ex p. 98, 6* alia, *m. 2* alias *K* 16 la.tet *K* par uix, *m. 2 supra* parua *B* parua *edd. praeter m* 17 anno, *m. 2* annos *K* iuuenta *P* 18 suis *om. A* sus, *m. 1 corr.* suis *T* 19 cura (t *eras.*) *D*

resoluitur, cibo alitur, omnes mortalium sentit affectus nec ullis competentibus signis tantae maiestatis indicia clarescunt; larualis illa purgatio, debilium curae, reddita uita defunctis haec, si et alios cogites, deo parua sunt'. interuenimus ulterius inquirenti solutumque conuentum ad potioris peritiae merita distulimus, ne, dum incautius secreta temerantur, in culpam deflecteret error innocuus. accepisti, uir totius gloriae capax, inperitiae confessionem. quid a partibus uestris desideretur, agnoscis. interest famae tuae, ut quaesita nouerimus. utcumque absque detrimento cultus diuini in aliis sacerdotibus toleratur inscitia, at cum ad antistitem Augustinum uenitur, legi deest, quicquid contigerit ignorari. incolumem uenerationem tuam diuinitas summa tueatur, domine uere sancte ac merito uenerabilis pater.

4—7 cf. p. 99, 1—4 8—12 cf. p. 99, 6—11

1 ciuo, *m. 2* cibo *K* sensit *K* 2 clarescunt tantae maiestatis inditia (a *ex* o *m. 2*) *C* claruerunt tante maiestatis indicia *K* 3 larbalis, *ras.* larualis *CK* larbalis *TD* laruaris *A* quoniam larualis *P edd. ex p. 98, 13* deuilium, *m. 1 corr.* debilium *C* 4 haec *om. CP; cf. p. 98, 14* et si *A* et *in ras.* (*fuitne* ad *?*) *D* *alia *C* alia *B edd. praeter m; cf. p. 98. 14 et 114, 11 sqq.* cogitem' (= cogitemus) *P* alterius, *m. 2* ulterius *B* 5 solutoque conuentu *DMKP edd.* solutoque conuento *A; cf. p. 99, 1* peritiam merito *C* 7 innocus *T* innocuos P^1 capax] et pax (*m. 2* pacis) *B* 8 uestris, *m. 2 supra* tuis *M* desideratur, *m. 2* desideretur *M* 9 agnoscam interea famae tuae est ut *C* que sit agnouerimus TP^1 (*corr.* quaesita nouerimus) questa nouerimus *D* utcumque] quod utcumque *KP* quod cum *C; cf. p. 99, 8* 10 in aliis sacerdotibus absque detrimento cultus diuini *C* diuini cultus *TP* (*signis corr.*) P^1 11 inscientia *A* ad *TC* (*m. 2* at) augustinum (i *ex* ū) *D* unitur, *m. 1 corr.* uenitur *T* *post* legi *m. 1 s. u. add.* dei *T* 12 contingerit (*post.* n *exp.*) *A* ignorari et subscriptio incolomem *MA* ignorari subscriptio incolumem *P* ignorare et alia manu incolumem *K* ignorari. domna mater large salutat. da ueniam temeritati quam ipse esse iussisti. te dominum meum possidium cum meis ueneror. incolomem *C* ignorari. Explicit uolusiani (*cetera desunt*) *B* incolumen *T* 13 summa] aeterna *C* teneatur, *corr.* (*m. 1 ?*) tueatur *M* uere *om. C* merito *om. K* 14 pater] parens *TDP*^{1} pater. domna mater larga (*sic!*) salutat. da ueniam temeritati quam ipse esse iussisti. te domnum meum possideo (*m. 1 corr.* possidium) cum meis ueneror *K*

CXXXVI.

DOMINO NIMIUM VENERABILI ET OMNIBUS MIHI OFFICIIS UNICE PERCOLENDO PATRI AUGUSTINO MARCELLINUS.

1 Vir inlustris Volusianus beatitudinis tuae mihi litteras legit, immo me quidem cogente pluribus legit, quae, licet omnia, quae a te dicuntur, uere miranda sint, usque quaque miratus sum. sermonis enim diuini gratia humiliter tumens facile, ut placeret, emeruit. hinc enim plurimum placuit, quod hominis gressus aliquanto titubantes boni propositi exhortatione statuere et firmare contendis. est enim nobis cum eodem cotidiana pro uiribus nostris et pro ingenii paupertate disputatio, sanctae si quidem matris eius precatione compulsus cura mihi est eum frequentius salutandi, licet uicem in hac parte reddere etiam ipse dignatur. accepta autem uenerabilitatis tuae epistula homo, qui a uerae fidei stabilitate multorum, quorum in hac urbe copia est, persuasione reuocatur, ita motus est, ut, si, quantum

E = *cod. Cheltenhamensis 2173 s. X.*
T = *cod. Reginensis 331 s. X.*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
C = *cod. Casinensis 16*[19] *s. XI.*
P = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
R = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

2 nimiumque *MACPR edd.* uenenrbili (*sic !*) *P* et in omnibus *CP* 3 fratri *P* 4 inlustis *T* legi, *m. 2* legit *C* 5 scilicet *MACPR edd. praeter l* 6 uere] cum uere *R m* quia uere *cett. edd.* sunt *A edd. praeter m* usquaque *T* 7 ut] et *M* (*m. 2* ut) *A* placere te meruit, *m. 2* placeret emeruit *MP* placere te meruit *A* 8 hominis (s *m. 2 add.*) ·gressus, *fuisse uid.* homini egressus *P* homini egressus *C* hominum egressus *M* (*ras.* homini egressus) *A* hominum gressus *R* 9 ad aliquanta titubantis *ET* qui aliquantum titubant aliquanto titubantes *M* (*m. 2 del.* aliquanto titubantes) *ACR* quia aliquantum titubant aliquanto titubantes *P* exhortationes *A* 10 formare *MACPR* 11 dispotatio *T* 13 salutandi] salutandi gratia conuenire *edd.* etiam |, *m. 2* etiam si *E* 14 dignatur, *m. 2* dignetur *P* dignetur *edd.* 15 qui a, *m. 2* qui ad *E* quia *TM* (*corr.* qui a) *AP* (*m. 2* qui a) uere fidei *ET* ueri dei *MACPR edd.* stabilitate *cum ras. super* e *MP* stabilitatem *ETA*

ipse confirmat, litterarum prolixitatem minime formidasset, omne beatitudini tuae, quod habere potest, insinuasset ambiguum. sed tamen satis, sicut etiam ipse probare dignaberis, culto accuratoque sermone et Romanae eloquentiae nitore perspicuo aliqua sibi exolui impendio postulauit. quae quidem quaestio usque quaque detrita est et eorum super hac parte satis nota calliditas, qui dispensationem dominicae incarnationis infamant. sed tamen etiam ego in hac parte, quia plurimis, quicquid rescripseris, profuturum esse confido, precator accesserim, ut ad ea uigilantius respondere digneris, in quibus nihil amplius dominum, quam alii homines facere potuerunt, fecisse mentiuntur, Apollonium si quidem suum nobis et Apuleium aliosque magicae artis homines in medium proferunt, quorum maiora contendunt extitisse miracula.

2 Ipse autem uir inlustris superius memoratus multas esse dixit praesentibus aliquantis, quae huic possint iungi non inmerito, quaestiones, sicut ante dixi, si non ab eius partibus epistularis considerata breuitas fuisset. quae tamen licet scribere noluerit, tacere non passus est. dicebat enim, quod, etsi sibi hodie incarnationis dominicae ratio redderetur, reddi uix ad liquidum possit, cur hic deus, qui et ueteris testamenti

21—p. 95, 5 = p. 127, 7—12

1 minimae (a *m. 2 exp.*) *M* minima *T* 2 omni *A* beatitudine *E* (*m. ut uid. 2* beatitudini) *T* insinuans *A* 3 ipse *om. ET* dignaueris, *m. 1 corr.* dignaberis *MP* 5 exolui] ea solui *T* compendio *A* 8 ego] et *ET* 10 digneres, *corr.* digneris *M* 11 amplius dominum nihil *ET* hominis, *m. 1 corr.* homines *R* 12 fecisse] facisse uel legisse *ET f l* fecisse uel gessisse *MACPR a e r* gessisse *m* 13 apuletum *T* maicae, *corr.* (*m. 1?*) magicae *M* in] i (*sic l*) *M* profuerunt *A* 14 extetisse *T* extitissime *A* mira *C* 15 memorat *cum ras. super* t *C* multa *M* (*m. 2* multas) *AP edd.* 16 possent *MCR edd.* 17 quaestioni *A edd.* sicut ante dixit non *A* sicut (c *eras.*) ante dix̄ non *P* si ut ante dix̄ non *M* (~ *eraso m. ut uid. 1* dixi) *C* si ut ante dixit non *R a e* si ut ante dixi non *cett. edd.* eius] eis *C* 18 epistulario *M* (*m. 2* epistularum) *A* 19 tacere, *m. 2 t* taceri *P* est passus *edd.* 20 reddi] reddit *T*

deus esse firmatur, spretis ueteribus sacrificiis delectatus sit nouis. nihil enim corrigi posse adserebat, nisi quod ante factum non recte probaretur, uel, quod semel recte factum sit, inmutari nullatenus debuisse. recte enim facta dicebat mutari nisi iniuste non posse, maxime quia ista uanitas inconstantiae deum possit arguere, tum deinde quod eius praedicatio atque doctrina rei publicae moribus nulla ex parte conueniat, utpote sicuti a multis dicitur, cuius hoc constat esse praeceptum, ut nulli malum pro malo reddere debeamus et percutienti aliam praebere maxillam et pallium daré tunicam tollere persistenti et cum eo, qui nos angariare uoluerit, ire debere spatio itineris duplicato, quae omnia rei publicae moribus adserit esse contraria. nam quis tolli sibi ab hoste aliquid patiatur uel Romanae prouinciae depraedatori non mala uelit belli iure reponere? et cetera, quae dici ad reliqua posse intellegit uenerabilitas tua. haec ergo omnia ipsi posse iungi aestimat quaestioni in tantum, ut per Christianos principes Christianam religionem maxima ex parte seruantes tanta, etiam si ipse de hac parte taceat, rei publicae mala euenisse manifestum sit.

6—15 = p. 133, 14—22 8 Rom. 12, 17; Matth. 5, 39—41

1 sacrificii *T* est *MACPR edd.; cf. p. 127, 9* 2 nonis *T* 3 uel] ut *T* 4 inmutare *ET* nullatenus] ullatenus non *MACPR edd.; cf. p. 127, 11* 5 uanitas, *corr.* (*m. 1?*) uarietas *M* uarietas *C l r m* 6 dnm *MA* eínde *T* 7 utpute *E* (*m. 2* utpote) *T* 8 sicut *edd.* a *om. P* constat esse] constet *MACPR edd.; cf. p. 133, 16* 9 malom, *m. ut uid. 1 corr.* malum *E* debemus, *m. 2* debeamus *MP* debemus *A* maxillam praebere aliam *R* 10 et pallium] allium *spatio 3—4 l. ante relicto T* persistenti tunicam tollere *edd.* tonice, *m. ut uid. 1 corr.* tunice *E* tonicae *spatio 1—2 l. post relicto T* resistenti *T* 12 duplacato, *m. 2* duplicato *M* pullice *E* 13 qui stolli *C* tolli sibi] illi qui *m. 2, fuisse uid.* tolli sibi *E* tolli (*om.* sibi) *M* 14 romane (r *ex corr. m. 2*) *E* depredaturi *E* depraedat' (= depraedatur) *T* uellit *ET* uelut, *m. 1 corr.* uelit *A* 15 posset *C* possit *M* (*m. 1 corr.* possint) *A* 16 adiungi *MACPR edd.; cf. p. 94, 16* aestima *CR* aestimo *M* 17 quaestione *T* pen *m. 2, fuisse uid.* per *E* christianus *T* 18 si] se *ET* ipsi de hac parte tacent *R*

3 Unde, *sicut* beatitudo tua mecum dignatur agnoscere, ad haec omnia, quoniam multorum manibus sine dubio tradetur sanctitatis tuae desiderata responsio, plenus debet et elucubratus solutionis splendor ostendi, maxime quia, cum ista gererentur, eximius Hipponiensis regionis possessor et dominus praesens aderat, qui et sanctitatem tuam sub ironiae adulatione laudaret et sibi, cum de his quaereret, minime satis factum esse contenderet. ego uero ad haec omnia promissionis non inmemor sed exactor libros confici deprecor ecclesiae hoc maxime tempore incredibiliter profuturos.

CXXXVII.

DOMINO INLUSTRI ET MERITO INSIGNI ET PRAESTANTISSIMO FILIO VOLUSIANO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

I 1 Legi litteras tuas, in quibus uidi magni cuiusdam dialogi specimen laudabili breuitate comprehensum. respondere igitur

1 unde sicut *l r m* unde (*om.* sicut) *codd. et cett. edd.* beatatudo *E* dignatur, *m. 2* dignetur *C* dignetur *A* cognoscere *A* 3 plenius debet et lucubratius *M* 4 quia] qua *T* 5 hipponensis *TC edd.* 9 se, *m. 1 corr.* sed *M*

T = *cod. Trecensis 2405 s. VIII—IX.*
C = *cod. Coloniensis 80 s. IX.*
D = *cod. Coloniensis 33 s. IX.*
W = *cod. Herbipolitanus Mp. th. 56 s. IX.*
B = *cod. Bambergensis A 151 s. X in.*
H = *cod. Palatinus 211 s. X.*
R = *cod. Reginensis 331 s. X.*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
K = *cod. Casinensis 162*[17] *s. XI.*
P = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
P[1] = *cod. Parisinus 1686 s. XII.*

12 inlustri et] praedicabili ac *TP*[1] ac praestantissimo *CWR* 13 Augustinus] augustinus episcopus *CRK* d *D* deo, *m. 3* domino *H* 14 litteras tuas legi *A* cuiusdam magni *P*[1] dialogis *K* 15 speciem *T*

debui nec pro dilatione aliquid excusationis opponere. accidit enim opportune, ut ab alienis negotiis mihi aliquantulum uacaret. quibus autem dictandis hoc otium statueram inpendere, paululum distuli nequaquam iustum esse arbitratus, ut, quem ad quaerendum exhortatus ipse fueram, differrem quaerentem. quis autem nostrum, qui Christi, ut possumus, gratiam ministramus, cum tua uerba legerit, ita te uelit doctrina instrui Christiana, ut tibi tantum sufficiat ad salutem non huius uitae, quam uaporis esse simillimam tantillum apparentis et ilico uanescentis atque pereuntis sermo diuinus admonere curauit, sed illam salutem, propter quam adipiscendam et in aeternum obtinendam Christiani sumus? parum est ergo nobis sic te instrui, ut tibi sit liberando satis. ingenium quippe et eloquium tuum tam excellens tamque luculentum prodesse debet etiam ceteris, contra quorum tarditatem seu peruersitatem conuenientissime defendenda est tantae gratiae dispensatio, quam superbae animulae nihili pendunt, quae nimis

9 Iac. 4, 15

1 dilationem (m *del.*) *B* apponere *R* accedit, *corr.* accidit *H* occurrit *TP*^{1} 2 aliis *CR* negotiis *om. A* aliquantum *THP*^{1} 3 uacarem *B* dictantis *R* tium, *m. 1 corr.* otium *T* initium *A* statueram, *m. 1 supra* statuerim *W* 4 esse *om. H* arbitratur *A* arbitras *D* ut *om. T* (*m. 1 add.*) *CWBHRKP*^{1} 5 quam *A* ipse exhortatus *H* exhortatus] arbitratus, *m. 2 supra* ortatus *B* differre *DWAKP*^{1} deferrem, *m. 2* differrem *H* 6 gratia *DH* (*m. 2* gratiae) *RK* 7 legerist (*sic!*) *K* ita te uellit *C* (l *eras.*) *R* uita reuellit (l *exp.*) *B* doctrina* *C* doctrinam *TR* instruere *K* 8 christianam *R* ut, *supra* ñs *B* 9 uapores, *corr.* uaporis *B* apparentibus *T* 10 uanascentis, *m. 1 corr.* uanescentis *W* banescentis *K* uanescentes, *m. 1 corr.* uanescentis *R* euanescentis *C* pereuntis, *in marg. m. 1* ł periens *W* perennis, *m. 3* pereuntis *H* sermo, *m. 2* quod sermo *B* diuinum *K* 11 illam, *m. 2* ad illam *B* 12 obtinendum *P*^{1} 13 liberandum *CR* 14 luculentu *T* 15 debet, *m. 2* debeat *H* etiam *om. K* 16 gratae *T* 17 superue *DK* superbi et *T* animulae (u *ex corr. m. 2*) *H* animulae *spatio relicto om. K* animale *cum ras. sub* e *T* animales *B* nihili (*postr. l. in ras. m. 1*) pendunt *T* nihil inpendunt *DA* nihili u (u *in ras.; fuit* m) pendunt *H* nihil i*pendunt (*fuit* n) *M* nihil inpediunt *K* nihil pendunt *C* nihil pendant *B* nimis] minus *P*^{1}

affectant plurimum posse et ad sua uitia sananda uel etiam frenanda nihil possunt.

2 Quaeris igitur, utrum mundi dominus et rector intemeratae feminae corpus impleuerit, pertulerit decem mensium longa illa fastidia mater et tamen uirgo enixa sit sollemnitate pariendi et post haec uirginitas inuiolata permanserit; utrum intra corpusculum uagientis infantiae latuerit, cui par uix putatur uniuersitas, passus fuerit puerilitatis annos, adoleuerit, iuuentute solidatus sit; tam diu a sedibus suis afuerit ille regnator atque in unum corpusculum totius mundi cura translata sit; deinde in somnos resolutus sit, cibo alitus, omnes affectus mortalium senserit nec ullis competentibus signis claruerint tantae maiestatis indicia, quoniam larualis illa purgatio, debilium curae, reddita uita defunctis, si et alios cogitemus, deo parua sunt. hanc scribis in quodam conuentu amicorum ab uno ex multis, qui aderant, inlatam esse quae-

3—15 cf. p. 91, 12—92, 4; 114, 9—11

1 affectant, *m. 1 corr.* effectant *W* effectant, *m. 3* affectant *H* 2 frenenda *W* refrenanda *edd.* 4 mensuum *TC* (*ras.* mensium) *M* mensum *B* (*corr.* mensium) *K* longa illa *om. TWBHP*^{1} longua (u *exp.*) *M* 5 illa *om. DMAKP* 6 uirginitas] eius uirginitas *CR* inuiolata permanserit] *p. 91, 15* putatur intacta utrum—latuerit *om. H* 7 infra *TP*^{1} *pro* uagientis *ras. 9—10 l.; m. 1 add.* uagientis *T* par] pars *K* 9 iuuentute] in iuuentute *H* suis *om. B* afuerit, *corr.* (*m. 1?*) abfuerit *C* abfuerit *KP edd.* aufuerit *R* fuerit *TB* regnator ille *edd.* 10 in *om.*, *m. 3 add. H* ad *CR ex p. 91, 18* 11 in somno, *m. 1 corr.* in somnos *W* in somnis, *corr.* (*m. 1?*) in somnos *M* somno* (*fuit* s; *om.* in) *H* ciuo, *corr.* cibo *K* al*tus *C* altus *B* 12 mortalium senserit affectus *edd. ex p. 92, 1* adfectos, *corr.* adfectus *D* mortales *P* **senserit *C* ***nec *C* non nec *R* neque *edd.* 13 tantae maiestatis indicia claruerunt *C* (*ras.* claruerint) *R ex p. 92, 2* quando, *sed in marg. m. 1* quo̅ *W; abest in p. 92, 3* larbalis *C* (*corr.* larualis) *RK* labralis *T* laruaris *A* 14 deuilium, *corr.* (*m. 1?*) debilium *C* redita *C* uite *K* si et alia *CR* et alias, *corr.* haec et si alia *B* haec si et alios *MAK m ex p. 92, 4* haec et alia si *cett. edd.* 15 cogites *H edd. praeter m ex p. 92, 4* hunc *C* (*ras.* hinc) *R* haec *D*

stionem, uos autem interuenisse ulterius inquirenti solutumque conuentum ad potioris peritiae merita distulisse, ne, dum incautius secreta temerantur, in culpam deflecteret error innocuus.

3 Deinde ad me litterarum tuarum dirigis intentionem et post hanc inperitiae confessionem admones, ut, a partibus nostris quid desideretur, agnoscam. adiungis etiam interesse famae meae, ut quaesita noueritis, quod utcumque absque detrimento cultus diuini in aliis sacerdotibus toleratur inscitia, at cum ad me antistitem uenitur. legi deest, quicquid contigerit ignorari. primum igitur hanc de me opinionem facile praesumptam quaeso deponas eumque animum quamuis erga me beniuolentissimum soluas atque exuas ac de me mihi magis quam ulli alteri credas, si mihi dilectionis uicem reddis. tanta est enim Christianarum profunditas litterarum, ut in eis cotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia usque ad decrepitam

1—4 cf. p. 92, 4—7 6—11 cf. p. 92, 8—12

1 alterius *B* inquirentes, *in marg. m. ut uid. 1* inquirenti *W* inquirente, *m. 3* inquirenti *H* 2 portionem, *corr.* potioris *B* peritiam merito *CR* 3 temerentur *W* deflecter et *m. 2 coniunctum M* deflectere *DH* (*m. 2* deflecteret) innocuos P^1 5 litterarum tuarum ad me *P* litteram, *m. 2* litterarum *M* intentione *K* 6 quid a partibus nostris *K ex p. 92, 8* 7 qui, *m. 2* quid *H* desiretur. *m. 1 corr.* desideretur *W* agnoscam, *corr.* agnoscas *B* agnoscas *CR; cf. p. 92, 9* id iungis TP^1 interesse famae meae] famae meae esse *CR* famae meae interesse *edd.* famae meae *ex* fameae *m. 1 W* 8 noueritis, *m. 3* noueris *H* utrumque *T* 9 diuini cultus *edd.* toleretur *WK* inscientia *W* (*in marg. m. ut uid. 1* inscitia) *A* at] ad *TDK* ut *CR* 10 lege, *m. 1 corr.* legi *W* desit *CR* deesse *edd.* contegerit *D* ignorare *TB* (*corr.* ignorari) KP^1 11 de me *om., m. 1 s. u. add. W* 12 disponas, *m. 1 corr.* deponas *A* eamque (m *eras.*) *T* eaque *WH* me *om., m. 3 add. H* beneuolentissimum habeas soluas *CR* 13 ac *C* magis mihi *CR* 14 credas, *sed* a *supra ras. W* reddas *D* rependis *edd.* est *om., m. 1 add. P* 15 christianorum *H* (*m. 3* a *pro* o) *M* (*m. 2* a *pro* o) *A* (*m. 1* a *pro* o) scripturarum *M* proficerent, *m. ut uid. 2 corr.* proficerem *K* 16 solus, *m. 2* solas *H* eunte, *m. 1 corr.* ineunte *M*

senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere, non quo ad ea, quae necessaria sunt saluti, tanta in eis perueniatur difficultate, sed, cum quisque ibi fidem tenuerit, sine qua pie recteque non uiuitur, tam multa tamque multiplicibus mysteriorum umbraculis opacata intellegenda proficientibus restant tantaque non solum in uerbis, quibus ita dicta sunt, uerum etiam in rebus, quae intellegendae sunt, latet altitudo sapientiae, ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem scriptura quodam loco habet: Cum consummauerit homo, tunc incipit.

II 4 Sed quid hinc plura? ueniendum ad rem potius, quam requiris. ubi primum scire te uolo non hoc Christianam habere doctrinam, quod ita sit deus infusus carni, qua ex uirgine nasceretur, ut curam gubernandae uniuersitatis uel deseruerit uel amiserit uel ad illud corpusculum quasi contractam collectamque transtulerit. hominum iste sensus est nihil nisi corpora ualen-

10 Eccli. 18, 6

feratur, ubi etiam ipsos praedictum est non fuisse crediturus. templa et simulacra daemonum ritusque sacrilegi paulatim atque alternatim secundum praedicta prophetica subuertuntur. haereses aduersus nomen Christi sub uelamento tamen nominis Christi ad exercendam doctrinam sanctae religionis, sicut praenuntiatae sunt, pullulant. haec omnia sicut leguntur praedicta, ita cernuntur impleta atque ex his iam tot et tantis, quae restant, expectantur implenda. quae tandem mens auida aeternitatis uitaeque praesentis breuitate permota contra huius diuinae auctoritatis lumen culmenque contendat?

V 17 Quae disputationes, quae litterae quorumlibet philosophorum, quae leges quarumlibet ciuitatum duobus praeceptis, ex quibus Christus dicit totam legem prophetasque pendere, ullo modo sunt comparandae? Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua et diliges proximum tuum tamquam te ipsum. hic physica, quoniam omnes omnium naturarum causae in deo creatore sunt; hic ethica, quoniam uita bona et honesta non

12 Matth. 22, 40 14 Matth. 22, 37; 39

1 fuisse] esse *CR* crediturus, *m. 2* crediturus *W* 2 rictusque *R* sacrilegi, *m. 2* sacrilegii *W* sacrilegii *CHRA* 3 aque *T* praedicta prophetia, *m. 3* praedictas prophetias *H* subuertitur *D* 4 aduersum *CWBMP* aduer' *A* nomen, *m. 3* nominis *H* hominis P^1 7 iam *om. K* et] ac *W* 8 explenda *H* abida, *m. 2* auida *TC* habida *K* 9 uitae quae *DM* (*ras. et corr.* uitaeque) praesens *A* ius *W* (*spatio 2 l. ante relicto*) *H* (*m. 3* huius) 10 lumen culmenque] lumenque *D* 11 disputationis, *m. 2* disputationes *W* 12 legis, *m. 2* leges *W* quarumlibet] quorumlibet *DA* ciuitatem, *m. 2* ciuitatum *M* duo, *m. 2* duobus *W* 13 dicit christus *M* totum, *m. 2* totam *H* legere, *m. 1 corr.* pendere *M* nullo (n *del.*) *H* 14 sint *MP edd.* diligis *TC* (*corr.* diliges) *W* (*m. 2* diliges) *K* diligens *D* tuum *om. B* 15 et ex tota anima tua et ex tota mente tua *om.*, *m. 2 add.* et ex tota mente tua et ex tota anima tua *W* et ex tota mente tua et ex tota anima tua *THP*^{1} et ex tota anima tua et ex tota uirtute tua *K* 16 et *om. B* diligis *C* (*corr.* diliges) *W* (*m. 2* diliges) *K* 17 filosofica *T* philosophia P^1 omnes—ethica quoniam *om. B* omnis, *m. 2* omnes *W* 18 creatore *m. 2 ut uid. ex* creature *R* hic] et hic *A* ethica] hetica *C* et hic *K*

aliunde formatur, quam cum ea, quae diligenda sunt, quem ad modum diligenda sunt, diliguntur, hoc est deus et proximus; hic logica, quoniam ueritas lumenque animae rationalis nonnisi deus est; hic etiam laudabilis rei publicae salus, neque enim conditur et custoditur optima ciuitas nisi fundamento et uinculo fidei firmaeque concordiae, cum bonum commune diligitur, quod summum ac uerissimum deus est, atque in illo inuicem sincerissime se homines diligunt, cum propter illum se diligunt, cui, quo animo diligant, occultare non possunt.

18 Modus autem ipse dicendi, quo sancta scriptura contexitur, quam omnibus accessibilis, quamuis paucissimis penetrabilis! ea, quae aperta continet, quasi amicus familiaris sine fuco ad cor loquitur indoctorum atque doctorum; ea uero, quae in mysteriis occultat, nec ipsa eloquio superbo erigit, quo non

1 alium deformatur *TA* aliundi, *m. 2* aliunde *W* aliinde *P* quem ad modum diligenda sunt *om. WHP f l r* 2 diligentur TP^1 3 loica *HM* (*m. 2* logica) lumen quae *WA* 4 hi, *m. 1 corr.* hic *T* 5 conditor et custoditor, *m. 2* conditur et custoditur *CH* optime *m* fundam••ta (to *ex* ta *m. 2*) *W* 6 fide, *m. ut uid. 1 corr.* fidei *T* fidę *M* firmeque (*m. 2* firmaque) concordia *W* firmaque concordia *H* commone, *m. 2* commune *H* communi, *m. 2* commune *W* 7 summum *om.*, *m. 3 add.* solum *H* summum ac uerissimum] eum minimum ac uilissimum *sed m. 2 exp. et supra* uilissimum *add.* uerissimum *W* dı *MA* atque] ad *D* atque se *W* in illum, *m. 2* in illo *W* 8 sincerissimi *H* homines se *H* se *om. T* (*sed ras. est eo loco*) BP^1; *in W.* se *est post* atque omnes *T* diligunt homines *m* diligant homines *cett. edd.* cum—diligunt *om. HP* 9 cū· (i *eras.*) *C* quo, *m. 3* quod *H* quo *ex corr. m 2, fuisse uid.* q› *C* quo *om.*, *m. 2 supra* animo *add. W* diligant (a *in ras.*) *T* diligunt *H* 10 motus, *m. 2* modus *W* ipsi, *m. 2* ipse *H* qua *H* quod, *m. 1 corr.* quo *M* contexi't *T* contexit *B* ipsa contexitur *K* 11 quam, *m. 2* quamuis *C* ascensibilis *D* penitrabilis (*postr.* i *in ras. m. 2*) *W* ppetrabilis *B* 12 aperte *H* contineat *T* continent *K* amicos familiaris (*m. 2* familiares) *T* fuco *cum parua ras. super* co *T* fico, *m. 2* u *super* i *B* foco, *m. 2* fuco *W* 13 *post* uero *ras. 1—2 l. T* quam. *m. 2* quae *W* in *om. TCDHRP*^{1} 14 ministeriis (ni *m. 2 exp.*) *M* occultat, *corr.* occultantur *B* ipse *W* (e *in ras. m. 2*) *H* (*m. 3* ipsa) ipso *MA* • loquio ^{re}sup••bo (re *m. 2 add.*) *W* eloqui ore superbo *H*

audeat accedere mens tardiuscula et inerudita quasi pauper ad diuitem, sed inuitat omnes humili sermone, quos non solum manifesta pascat, sed etiam secreta exerceat ueritate hoc in promptis quod in reconditis habens. sed ne aperta fastidirentur, eadem rursus operta desiderantur, desiderata quodam modo renouantur, renouata suauiter intimantur. his salubriter et praua corriguntur et parua nutriuntur et magna oblectantur ingenia. ille huic doctrinae inimicus est animus, qui uel errando eam nescit esse saluberrimam uel odit aegrotando medicinam.

19 Vides, quam prolixam epistulam fecerim. si quid ergo te mouet atque inter nos pertractari tanti habes, non tibi faciat angustias usitatarum epistularum uelut custodiendus modus, quia et optime nosti, quam grandes eas uctcres habuerint, cum aliquid agerent, quod explicare breuiter non ualerent. et si auctorum ad alias litteras pertinentium mos esset alius, nostro-

1 erudita *T* 2 humili• (*fuit* s) *H* quos (s *m. 2 del.*) *W* quo *H* 3 pascat, *m. 2* poscat *W* poscat, *m. 3* pascat *H* parcat, *m. 2* pascat *K* exerceat] et exerceat *A* hoc ueritate *M* ueritate *cum ras. super postr. l. T* ueritatem *H* 4 in promptis] impromptis *M* quod et in *W* aperte, *m. 2* aperta *W* 5 fastiderentur *TC* fastidientur *H* (*m. 3* fastidirentur) *K* fastidietur *D* fastidiantur *WB* rursum *C* aperta *D* desiderata—renouantur *om. CR* 6 quoadmodo, *m. 2* quoammodo *T* renouantur *om. DH* (*m. 3 add.* et) *ante* renouata *in initio folii ras. 8—9 l. P* intimatu, *m. 2* intimantur *W* intimatur *A* hic *HK* 7 corrigantur, *m. 2* corriguntur *W* pr•ua (*inter* p *et* r *m. 1 add.* a) *W* 8 animus] amicus (*m. 2 del.*) *M* 9 odit• *M* (a *eras.*) *P* 12 mouet *ras. ut uid. ex* moueat *W* moueat (a *exp.*) *M* atque, *sed* at *m. 2 s. u. W* pertractari, *corr.* pertractare *C* tanti *m. 2 ex* tante *et pr.* t *in ras. W* habens (n *m. 2 del.*) *W* facit, *m. 1 corr.* faciat *M* facias *A* 13 usitatorum *D* custodiendus sit modus P^1 custodiendos modos *M* (*m. 2* custodiendus modus) *A* custodiendo• (*fuit* s) modos *P* 14 grandis, *m. 2* grandes *W* has *D* habuerunt, *m. 3* habuerint *H* 15 agerent *ex* agent *D* ualerent *ex* ualent *D* 16 ad] ab *A* alios litterarum, *m. 2* alias litteras *W* pertinentiam, *m. 2* pertinentium *H* mos est *R* moses sed *K* nostrarum, *corr.* nostrorum *B*

rum nobis in hac re dignius imitanda praeberetur auctoritas. inspice itaque modum epistularum apostolicarum uel eorum etiam, qui illa diuina eloquia tractauerunt, et non te pigeat uel multa quaerenda proponere, si multa permouent, uel aliquanto diutius uersare, quod quaeris, ut, quantum fieri per tales, quales sumus, potest, non remaneat dubitationis nubilum, quod obstet lumini ueritatis.

20 Scio enim excellentiam tuam quorundam perpeti obstinatissimas contradictiones, qui propterea putant uel putari uolunt Christianam doctrinam utilitati non conuenire rei publicae, quia nolunt stare rem publicam firmitate uirtutum sed impunitate uitiorum. non autem sicut regi homini uel cuilibet principi ciuitatis ita etiam deo, quicquid a multis peccatur, inultum est. misericordia uero eius et gratia praedicata hominibus per hominem Christum impertita autem per deum deique filium eundem ipsum Christum non deserit eos, qui ex eius

1 dignius—modum *bis, alterum eras. C* dignus *D* dignis, *m. 2* dignius *W* praebetur *D* 2 inspice (ice *ex corr. m. 2*) *T* itaque *in ras. m. 2 W* ita (*om.* que) *A* epistularum apostolicarum] epistolicarum *A* 3 illa *om. TP*^{1} in illa (in *del.*) *M* diuina *om., m. 1 s. u. post* eloquia *add. M* te pigeant *D* pigeat te *B edd.* 4 quaerendo *WH m* multa] multa te *edd.* promouent *W* permouerint *K* aliquando *WH* (*m. 3* aliquanto) *MAP* (*m. 2* aliquanto) *edd.* 5 quanto *AP* (*m. 2 supra* ł um) quando *M* 6 quales, *m. 3* quales nos *H* remaneat dubitum indubitationis (dubitum in *m. 2 exp.*) *W* remaneat dubitatio *K* nubil•um (*fuit* i) *T* nobilium, *m. 2* nubilum *C* 7 obsistat *CR* lumen, *m. 2* lumini *W* lumine, *m. 3* lumini *H* 8 obstinatissimus, *m. 2* obstinatissimas *H* obstinantissimas *MAP* (*post.* n *eras.*) 9 quia *H* putent, *m. 2* putant *C* putare *H* 10 utilitate, *corr.* utilitati *H* utilitatibus *B* rei *om., m. 2 add. W* 11 istare *C* firmitatem (*postr. l. del.*) *K* 13 deo, *sed* e *corr.* (*fuitne* dño *?*) *D* deum, *m. 3* apud deum *H* a *om., m. 2 add. WMP* a *om. TDBAP*^{1} multis, *m. 2* inultis *T* inultis *M* (*m. 2* multis) *P*^{1} peccator *H* (*m. 2* peccatur) *M* (*m. 1 corr.* peccatur) peccatis, *m. 2* peccatur *R* 14 misericordia uero eius et *om. W* gratia *om. H* praedicta *HM* (*m. 1 corr.* praedicata) 15 imperita, *m. 2* impertita *TB* impartita *K edd.* inper•tia, *m. 1 corr.* inper•tita *M* 16 eundemque *TKP*^{1} ipsum] filium *K* eius • *T*

fide uiuunt eumque pie colunt, siue mala huius uitae patienter fortiterque experiantur siue bonis eius misericorditer ac temperanter utantur, aeternum pro utroque praemium recepturi in ciuitate superna atque diuina, ubi iam non sit moleste toleranda calamitas nec laboriose frenanda cupiditas sed sola sine ulla difficultate et cum perfecta libertate retinenda dei et proximi caritas. incolumem felicioremque te misericordissima dei omnipotentia tueatur, domine inlustris et merito insignis ac praestantissime fili. sanctam et in Christo dignissime honorandam matrem, cuius pro te preces deus exaudiat, pro meritis uestris officiosissime saluto. sanctus frater et coepiscopus meus Possidius praestantiam uestram multum salutat.

1 patenter, *m. 1 corr.* patienter *M* 2 expectantur *K* boni *D* *ante* ac *ras. 1—2 l. T* 4 molesta *H* 5 nec laboriose frenanda cupiditas *om. CR* laboriosa est frenenda (*m. 1 corr.* frenanda) *W* labori se frenanda *D* laboris efrenanda *AP* laboris effrenanda *M* cupidi ditas *A* sine] si *A* . 6 cum *om. CDRMAKP* dei] christi *THP*^{1} 7 caritas] caritas feliciter *D* caritas amen *P*^{1} caritas et alia manu recognoui *K* incolumem—multum salutat *om. TBHP*^{1} te felicioremque *W* te *om. RK* omnipotentis eximietatem tuam tueatur *K* 8 inlustri *WM* ac] et *C* 10 deus preces *WP edd.* deus *om. CRK* exaudit *D* 11 sanctus—salutat *om. D* frater *om. CR* 12 praestantissimam *W* multum uestram *A*

CXXXVIII.

DOMINO EXIMIO ET MERITO INSIGNI CARISSIMO AC DESIDERANTISSIMO FILIO MARCELLINO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

I 1 Inlustri uiro et eloquentissimo nobisque dilectissimo Volusiano non amplius quam ad illud, quod inquirendum putauit, respondendum fuit. ad ea uero, quae mihi pertractanda atque soluenda in epistula tua ipse misisti, siue ab illo siue etiam ab aliis uel suggerantur uel ingerantur, ad te potius pro uiribus nostris pertractata et soluta mitti debuerunt non sic, quem ad modum de his agendum est librorum negotio, sed quem ad modum potis est epistulari sat esse conloquio, ut, si tibi uisum fuerit, qui eorum motus cotidianis disputationibus experiris, et illis legantur hae litterae. at si auriculis

D = *cod. Coloniensis 33 s. IX.*
E = *cod. Cheltenhamensis 2173 s. X.*
H = *cod. Palatinus 211 s. X.*
R = *cod. Reginensis 331 s. X.*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
I = *cod. Escorialensis a II 3 s. X ex.; deest posterior epistulae pars a p. 134, 20* cum uero.
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
C = *cod. Casinensis 16*[19] *s. XI.*
P = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*

2 domino exi *rubro colore* (mio *om.*) *E* 3 augustinu, *m. 2* augustinus *H* in domino salutem *om. ERI* 5 inlustrissimo *I* uro, *m. 1 corr.* uiro *M* nobisque dilectissimo *om. A* 6 Volusiano] filio Volusiano *C edd. praeter m* ad illud—atque *om. A* quod] quam, *in marg.* quod *I* 7 putaũ• res | pondendum *M* pertrẹctandi (*m. 2* a *pro* i) *C* pertracdanda (c *in ras.; m. 2* t *pro pr.* d) *P* 8 in *om. MA* ab illos *R* 9 uel ingerantur *om. D* 11 sic *ras. ex* sit *M* quem] quae *D* de his—modum *om. I* agendum est de his *P* 12 quem] quae *D* potes est *R* pote est *I* potens est *D* potis es *a e* potest *cett. edd.* epistolaris atesse (*m. 3* adesse) *H* epistularis adesse *DERAC* epistolaris (*postr. l. m. 2 exp.*) adesse *M* epistolari• (*fuit* s) adesse *P* epistolari adesse *a e* epistolari satis esse *I* collocutio *C* 13 ut] et *E* si• *H* qui] qm̃ *C* disputationibus (bus *eras.*) *I* 14 experiris] experire si *D* heae *DHR* ac *D* aut *I* auribus *I*

eorum minus fidei pietate praecultis sermo iste non sufficit, prius inter nos, quod eis putas sufficere, peragatur, tum demum ad illos, quod peractum fuerit, perferatur. multa enim sunt, a quibus sensus eorum si adhuc abhorret et resilit, uel uberiore uel subtiliore ratione uel certe auctoritate, cui resistere indignum putent, persuaderi aliquando forsitan possit.

2 Ergo in epistula tua posuisti moueri quosdam, 'cur hic deus, qui et ueteris testamenti deus esse firmatur, spretis ueteribus sacrificiis delectatus sit nouis. nihil enim corrigi posse adserunt, nisi quod ante non recte factum probaretur, uel, quod semel recte factum sit, inmutari nullatenus debuisse. recte enim facta dicunt mutari nisi iniuste non posse'. haec uerba ex litteris tuis in has meas transtuli. quibus si respondere copiose uelim, tempus me citius quam exempla defecerint, quibus rerum ipsa natura et opera humana certa ratione pro temporum opportunitate mutentur nec tamen eadem ratio sit mutabilis, qua ista mutantur. unde pauca commemorem, ut ex his excitata quodam modo iam per plura similia uigil currat intentio. nonne hiemi aestas addito sensim calore succedit?

7—12 = p. 94, 21—95, 5

1 pietate fidei *edd.* praeculti *E* sufficit *ex* suffacit *I* 2 eius (u *m. 2 exp.*) *E* | sufficere peragatur putas (putas *m. 2 exp. et in marg. ante* sufficere *add.* possit) *E* putari sufficere peragatur *D* 3 perferatur, *in marg.* portatur *I* proferatur *ER* 4 sensus *ex* sensibus *D* sic *I* resilite (*postr. l. del.*) *D* 6 persuadere *ER* forsitan, *in marg.* forte *I* possint *m* 7 ego, *m. 1 corr.* ergo *M* 8 spretis, *in marg.* contemtis *I* 9 nobis *D* 10 asseruit *C; cf. p. 95, 2* 11 nullatenus immutari *edd.* immutare, *corr.* (*m. 1 ?*) immutari *H* nullatenus, *in marg.* nullo modo *I* debuisset *D* 12 facta *om. D* possit *D* 13 transtulis *R* si respondere (si res *in ras. m. 2*) *H* respondere, *m. 1 corr.* si respondere *P* 14 cupiose (*m. 2* copiose) uelim *M* cupiose uellem *E* cupio se uellem *R* me] ne *R* deficerent *ER* defierent *I* 15 ipsa] ipsa se *A* certa] cetera *M* (*m. 2* certa) *A* 16 oportunitatē utentur *R* oportunitate utentur *A* opportunitate mutantur *D* 17 quia *ER* muntantur (*pr.* n *m. 1 exp.*) *M* commemorem, *m. 2 supra l* commemoro *P* 18 ex *om. DERI* quoddam *R* uigil (*fuit* a) *H* 19 hicmi *D* hiemi (mi *in ras.*) *H* hieme *R*

nonne diurnis tempora nocturna uertuntur? quotiens nostrae uariantur aetates! adulescentiae pueritia non reditura cedit, iuuentus adulescentiae non mansura succedit, finiens iuuentutem senectus morte finitur. haec omnia mutantur nec mutatur diuinae prouidentiae ratio, qua fit, ut ista mutentur. non autem, opinor, cum agricola aestate aliud iusserit, quam iusserat hieme, ratio mutatur agriculturae. et cum mane surgit, qui nocte quiescebat, uitae consilium non mutauit. aliud magister adulescenti, quam puero solebat, inposuit; doctrina igitur constans mutato praecepto non mutata mutauit.

3 Magnus ille nostrorum temporum medicus Vindicianus consultus a quodam dolori eius adhiberi iussit, quod in tempore congruere uidebatur; adhibitum sanitas consecuta est. deinde post aliquot annos eadem rursus corporis causa commota hoc idem ille putauit adhibendum; uertit in peius. miratus recurrit ad medicum, indicat factum; at ille, ut erat acerrimus, ita respondit: 'Ideo male acceptus es, quia non ego iussi', ut omnes, qui audissent parumque hominem nossent, non eum arte medicinali fidere sed nescio qua inlicita potentia putarent. unde cum esset a quibus poterat stupentibus interrogatus,

1 diurnis] in diurnis *I* nostrae *om. P* 2 uariantur, *in marg.* diuertuntur *I* adulescentiae—cedit *om. I* adolescenti | pueritia *E* reditura (itura *in ras. m. 1*) cędit *M* reditura cedet *D* reditur accedit *H* reditur accendit *R* 3 succedit *ex* succendit *I* 4 muta•tur (n *eras.*) *I* 5 sit *A* 6 enim *D* cum] ut quum *I* iusserit quam *om. D* 7 mutetur *ERI* agricultura *H* 8 uita *I* 9 adulescente. *supra* adulescenti *I* 10 contans (*corr. uid.* constans) mutato. *m. 2* cum transmutato *E* praeceptum *DH* mutata mutauit] mutata mutauit instructionem *m* mutat instructionem *cett. edd.* 11 magnus] nam magnus *edd.* 12 consultos (*sic!*), *in marg.* interrogatus *I* dolorius sit adeberi quod (*om.* iussit) *D* ussit, *m. 1 corr.* iussit *P* 13 congrue *A* 14 annos aliquot *edd.* aliquot, *in marg.* aliquos *I* aliquod *DE* (*m. 2* aliquot) *M* (*m. 1 corr.* aliquot) *A* commotus *e f l r* 15 putabit *I* adbibendum *C* uertit] adhibitum uertit *edd. praeter a* 16 at (t *in ras.*) *H* ad *D* 17 est *C* ego non *P f l r m* ego *in fine u. om. A* 18 qui (i *in ras.*) *H* 19 artem *D* fidere] medere *I* patientia *R* 20 a quibus poterat] a quibus postea *I* a quibusdam postea *l r m*

aperuit, quod non intellexerant, uidelicet illi iam aetati non hoc se fuisse iussurum. tantum igitur ualet ratione atque artibus non mutatis, quid secundum eas sit pro temporum uarietate mutandum.

4 Non itaque uerum est, quod dicitur, semel recte factum nullatenus esse mutandum. mutata quippe temporis causa, quod recte ante factum fuerat, ita mutari uera ratio plerumque flagitat, ut, cum ipsi dicant recte non fieri, si mutetur, contra ueritas clamet recte non fieri, nisi mutetur, quia utrumque tunc erit rectum, si erit pro temporum diuersitate diuersum. quod enim in diuersitate personarum uno tempore accidere potest, ut 'huic liceat' aliquid 'impune facere, illi non liceat, non quod dissimilis res sit, sed quod is, qui facit', ita ab una eademque persona diuersis temporibus tunc oportet aliquid fieri, tunc non oportet, non quod sui dissimilis sit, qui facit, sed quando facit.

5 Haec quaestio quam late pateat, profecto uidet, quisquis pulchri aptique distantiam sparsam quodam modo in uniuersitate rerum ualet neque neglegit intueri. pulchrum enim per se ipsum consideratur atque laudatur, cui turpe ac deforme contrarium est. aptum uero, cui ex aduerso est ineptum, quasi religatum pendet aliunde nec ex semet ipso sed ex eo, cui

12 Ter. Ad. 824—825

1 intellegerant *H* aetati iam *edd.* 2 fuisse *om. P* tantum] si tantum *I* ratione atque] ratione, *corr.* (*m. 1 ?*) ratione atque *M* ratio ut *I* 3 arte *E* artii *aut* artu *R* ea *DI* eis *C* 5 recta *I* facta *ER* 6 mutandam *A* 7 antea *ERIC* 8 ipse *I* contra ueritas, *m. 2* contrarietas *C* contra ueritatem *I* 9 clamat *A* nisi ////mutetur (*ras. 2—3 l.*) *P* qua *I* 10 pro *om. I* uarietate *D edd.; cf. u. 4* 11 accedere *HC* adcedere *D* 12 pote est *I* ut *om. D* hic *I* impune aliquid *C* non liceat illi *edd.* 13 quod *post* sed *om. MA* his *E* (h *paene eras.*) *R* (h *del.*) *IAP* (h *exp.*) 14 edemque *I* aliquid] quid *E* 15 quod *om. A* uelut *R* sui (s *s. u.*) *D* 17 uidet haec quisquis *D* 18 pulchre, *supra m. 1* pulchri *E* disparsam *D* dispersam *I* quod ad modum *D* 20 atque *ER* 21 ineptum, *in marg.* stultum *I* 22 relegatum *ER* regulatum *D* nec ex] nec et *D* sed ex, *corr.* (*m. 1 ?*) sed et ex *M*

conectitur, iudicatur; nimirum etiam decens atque indecens uel hoc idem est uel perinde habetur. age nunc ea, quae diximus, refer ad illud, unde agitur. aptum fuit primis temporibus sacrificium, quod praeceperat deus, nunc uero non ita est. aliud enim praecepit, quod huic tempori aptum esset, qui multo magis quam homo nouit, quid cuique tempori accommodate adhibeatur, quid quando impertiat, addat, auferat, detrahat, augeat minuatue inmutabilis mutabilium sicut creator ita moderator, donec uniuersi saeculi pulchritudo, cuius particulae sunt, quae suis quibusque temporibus apta sunt, uelut magnum carmen cuiusdam ineffabilis modulatoris excurrat atque inde transeant in aeternam contemplationem speciei, qui deum rite colunt, etiam cum tempus est fidei.

6 Falluntur autem, qui existimant haec deum iubere causa suae utilitatis uel uoluptatis et merito mouentur, cur deus ista mutauerit quasi delectatione mutabili aliud sibi iubens offerri illo prius tempore aliud isto. non autem ita est. nihil deus iubet, quod sibi prosit sed illi, cui iubet. ideo uerus est dominus, qui seruo non indiget et quo seruus indiget, in ea quippe scriptura, quod uetus dicitur testamentum et eo tem-

1 dicens *RM* (*m. 2* decens) *I* aque *I* 2 idem] id *D* habeatur (*post.* a *del.*) *H* qua *D* 3 refer ad] referat *R* refer (*om.* ad) *A* illud] aliud *P* temporis, *m. 2* temporib; *E* 5 enim *om. I* praecepit quod huic tempori *om., m. 2 add. H* praecepit *ex* praecipit *M* huc, *m. 1 corr.* huic *M* tempori//// *E* aptum—tempori *om., in marg. a. m.* eiusdem aetatis *add. M* ęsset, *m. 2* non ęsset *C* esse *D* 6 quod cuique *I* qui denique *D* tempori* *P* 7 inpertiat, *in marg.* det *I* 8 minuat uel *HCP* (*m. ut uid. 1 corr.* minuatue) minuat ut *E* sic increator *R* 9 ita moderator *om. A* moderatur *D* donec] dum haec *D* 10 quibus, *m. 2* quibusque *E* quibuscumque *M* uel *I* 11 magnum *om. I* 12 transeat *I* quid (d *del.*) eum *H* quid (*om.* deum) *R* qui (*om.* deum) *E* 13 rite, *in marg.* studiose *I* 14 fallantur, *m. 1 corr.* falluntur *M* 15 suae] sua et *E* humilitatis *I* uoluntatis *H* monentur *D* 16 ita *P* mutali *A* 17 non * autem *M* ita] ista *R* 18 quod] quo *D* ille, *supra* illi *I* cuilibet, *ras. et corr. m. 2* cui iubet *P* 19 seruo] sermo *R* seruus] seruo *I* 20 quae *edd.* testamentum *om.*, *postea add. D* et *om. I* eo] quo *D*

pore dictum est, quo adhuc illa offerebantur sacrificia, quae hoc tempore non offeruntur: Dixi domino: 'Dominus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges'. nec illorum ergo sacrificiorum egebat deus nec cuiusquam eget umquam, sed rerum diuinitus impertitarum uel inbuendo uirtutibus animo uel aeternae saluti adipiscendae quaedam signa sunt, quorum celebratione atque functione non deo sed nobis utilia pietatis exercentur officia.

7 Nimis autem longum est conuenienter disputare de uarietate signorum, quae cum ad res diuinas pertinent, sacramenta appellantur. sicut autem non ideo mutabilis deus, quia mane aliud aliud uespere, illud hoc mense illud alio, non hoc isto anno quod illo, ita non ideo mutabilis deus, quia uniuersi saeculi priore uolumine aliud aliud posteriore sibi iussit offerri, quo conuenienter significationes ad doctrinam religionis saluberrimam pertinentes per mutabilia tempora sine ulla sui mutatione disponeret. nam ut nouerint, quos haec mouent, iam hoc fuisse in ratione diuina nec, cum ista noua constituerentur, subito priora displicuisse uelut mutabili uoluntate, sed iam hoc fixum et statutum fuisse in ipsa sapientia dei, cui de maioribus

2 Ps. 15, 2

1 dictum est *post* offeruntur *habent edd.* quo] quod *DIP* (*ras. et corr. m. fortasse 1* quo) qm̃ *C* 2 offerunt *R* deus *DHMICP edd. sec. Vulg.* (*Septuag.* κύριος); *cf. p. 132, 10* 4 cuiusq; *ER* humquam, *in marg.* aliquando *I* 5 diuinitas, *m. 1 corr.* diuinitus *M* impetitarum uel iubendo, *m. 2* impertitarum uel inbuendo *H* 6 anime *E* animae *R* animum *I* salutis *C* sunt *om. D* 7 non deo sed nobis] sed non nobis deo, *m. 2* sed nobis non deo *C* 8 officia exercentur *edd.* 9 est *om. D* 10 pertinent, *m. 2* pertineant *C* 11 deus] homo *edd. praeter a* *alterum* aliud *om., m. 2 ante* mane *add. P* 13 deus *om. DERI* 14 priore—offerri *om. ER* *alterum* aliud *om. D* qui *I* ut *D* 15 conuenientes *D* 16 sine ulla] si nec illa *D* singula *E* 17 disponeret—ratione *om. D* 18 nec] ne *AP* (*m. 2* nec) subito] superbito *D* 19 priora] propria *A* uoluntati *MIACP* uolumptatis *D* hoc iam *DMIP edd.* 20 statutum] statutum tum (tum *m. 1 del.*) *H* statu, *corr.* (*m. 1 ?*) statutum *M* sapientiamtia (tiam *eras.*) *I* cũi (~ *eras.*) *M*

etiam rerum mutationibus eadem scriptura dicit: Mutabis ea et mutabuntur, tu autem idem ipse es, insinuandum est eis mutationem istam sacramentorum testamenti ueteris et noui etiam praedictam fuisse propheticis uocibus. ita enim uidebunt, si poterunt, id, quod in tempore nouum est, non esse nouum apud eum, qui condidit tempora et sine tempore habet omnia, quae suis quibusque temporibus pro eorum uarietate distribuit. nam et in illo psalmo, unde commemoraui aliquid, quo demonstrarem non egere deum sacrificiis nostris, cui dicitur: Dixi domino: 'Dominus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges', paulo post legitur ex persona Christi: Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, hoc est pecorum uictimis, quibus prius congregabantur conuenticula Iudaeorum; et alibi dicit: Non accipiam de domo tua uitulos neque de gregibus tuis hircos; et alius propheta: Ecce dies, inquit, uenient, dicit dominus, et confirmabo super domum Iacob testamentum nouum non sicut testamentum, quod disposui patribus eorum, cum eduxi eos de terra Aegypti. et alia multa sunt de hac re testimonia, quibus hoc deum facturum esse praedictum est, quae commemorare nunc longum est.

8 Hic iam si satis constitit, quod recte alio tempore consti-

1 Ps. 101, 27—28 10 Ps. 15, 2; 4 14 Ps. 49, 9 16 Hier. 31, 31—32 (Septuag. 38, 31—32)

2 ea] eos *E sec. sacr. litt.* 4 praedictum *A* 5 potuerunt *HM* (*m. 2* potuerint) 6 eum] deum *ER* 8 uarietate, *in marg.* diuersitate *I* in *om. E* 9 qđ emonstrarem, *ras. et corr. m. 1* quo demonstrarem *M* quod monstrarem *R* quo monstrarem *E* quod in quo demonstrarem *D* dñm *ER* sacrificium nostrum *D* 10 deus *HMIACP edd.; cf. p. 131, 2* 12 perna, *m. 2* persona *M* 13 peccatorum *H* 14 congregabuntur *DH* (*m. 1 corr.* congregabantur) alibi] abi *R* 15 de domo, *m. 1 supra* ł de manu *M* de manu *DHCP edd.* tuis *om. MI* 16 inquit dies *I edd.* ueniet *D* ueniant *I* ueniunt *A* 18 sicut] secundum *C sec. sacr. litt.* 23 consistit *EM* (*in ras. m. 1*) recte *om. E*

tutum est, itidem recte alio tempore posse mutari mutantis opere non dispositione mutata, quam dispositionem intellegibilis ratio continet, ubi sine tempore simul sunt, quae in temporibus simul fieri non possunt, quia tempora non simul currunt, quispiam fortassis expectet causas a nobis ipsius mutationis accipere, quod ipse nosti quam prolixi negotii sit. uerum tamen breuiter dici potest, quod homini acuto fortassis suffecerit, aliis sacramentis praenuntiari Christum, cum uenturus esset, aliis, cum uenisset, adnuntiari oportuisse, sicut modo nos id ipsum loquentes diuersitas rerum compulit etiam uerba mutare, si quidem aliud est 'praenuntiari' aliud 'adnuntiari' aliud 'cum uenturus esset' aliud 'cum uenisset'.

II 9 Nunc deinde uideamus, quale sit, quod in epistula tua sequitur. adiecisti enim eos dicere, quod Christi praedicatio atque doctrina rei publicae moribus nulla ex parte conueniat, cuius hoc constet esse praeceptum, ut nulli malum pro malo reddere debeamus et percutienti aliam praebere maxillam et pallium dare ei, qui tunicam auferre perstiterit, et cum eo, qui nos angariare uoluerit, ire debere spatio itineris duplicato, quae omnia rei publicae moribus adseruntur esse contraria. 'nam quis', inquiunt, 'tolli sibi ab hoste aliquid patiatur uel Romanae prouinciae depraedatoribus non mala uelit belli iure reponere?'

14—22 = p. 95, 6—15

1 itidem *ras. ex* utidem *P* ididem *I* idem *edd. praeter a* posse, *m. 2* posset *P* mutantis (s *m. 2 in ras.*) *M* mutantes *D* 2 opore, *m. 2* opere *M* dispositionē (~ *eras.*) *P* dispotionem, *m. 2* dispositione *H* disputationem *H* 3 contiṅet *H* contenet *R* simul] simulata *I* 5 exspectat *R* uobis, *m. 2* nobis *H* 6 quod] quo *E* (*m. 2* quod) *R* quam] qua *I* sit negotii *edd.* 7 poteest *I* suffecerit *H* (*m. 2* sufficerit) *M* (*ex* sufficerit *ut uid.*) sufficerit *IA* sufficeret *DER* 8 prenuntiare *ERI* pronuntiari *D* 9 aliis *om., s. u. add. D* adnuntiare *DI* 10 compuli, *m. 3* compulit *H* copulit *I* mutari *ER* 11 prenuntiare *ER* 13 uidemus *D* quod] illud quod *edd. praeter a* 16 constat *P; cf. p. 95, 8* 18 palleum *I* praestiterit *DI* 19 duplicatio *R* 20 re publicae *R* 21 inquiunt *illegible* (*ras. 7—8 l.*) *I* patiatur, *in marg.* permittatur *I* 22 uellit *R* reponere *in fine pag. om. I*

haec atque huius modi uerba obtrectantium siue non obtrectando sed quaerendo talia loquentium operosius fortasse refellerem, nisi haec disceptationes haberentur cum uiris liberaliter institutis. unde quid opus est, ut diutius laboremus ac non ipsos potius percontemur, quo modo poterant gubernare atque augere rem publicam, quam ex parua et inopi magnam opulentamque fecerunt, qui 'accepta iniuria ignoscere quam persequi malebant'? quo modo Caesari, utique administratori rei publicae, mores eius extollens Cicero dicebat, quod nihil obliuisci soleret nisi iniurias? dicebat enim hoc tam magnus laudator aut tam magnus adulator; sed si laudator, talem Caesarem nouerat, si autem adulator, talem esse debere ostendebat principem ciuitatis, qualem illum fallaciter praedicabat. quid est autem non reddere malum pro malo nisi abhorrere ab ulciscendi libidine, quod est accepta iniuria ignoscere malle quam persequi et nihil nisi iniurias obliuisci?

Haec cum in eorum leguntur auctoribus, exclamatur et plauditur; describi atque praedicari mores uidentur, quibus dignum esset exsurgere ciuitatem, quae tot gentibus imperaret, quod accepta iniuria ignoscere quam persequi malebant'. cum

6 Sall. Cat. 52, 19 7; 20 Sall. Cat. 9, 5 9 Cic. pro Lig. 12, 35

1 obtrectanti *D* non *om., m. 3 add. H* 2 refellerim *R* repellerem *P* 3 hęce *A* hęę, *corr.* heę *H* haeae (*alterum* ae *exp.*) *P* heae *D* ut hee *C* hae *EM edd.* disputationes *ER* dispositiones *A* 5 percunctemur *M* (*m. 2* percontemur) *AP* precontemus *I* atque augere *om. D* 6 egere *I* parua *cum ras. supra postr. l. M* paruam *R* opulentemque *MA* opulent•amqu•e (*fuit* i *et* a) *P* 7 qui] quia *I* 8 malebant, *in marg.* uolebant *I* cae•sari (*fuit* s) *EI* administratori utique *edd. praeter a* amministrari *A* administrare *ER* 9 dicebant (n *eras.*) *I* 10 solebat *I* laudatos, *m. 1 corr. uid.* laudator *H* 11 cessarem (*alt.* s *eras.*) *I* 14 abhorrere] ab errore *A* ab ulciscendi, *sed* ci *ex corr. m. 1; fuit* o *aut* e *M* ab a|duliscenti (ad *eras.; post* l *s. u.* c *add.*) *D* ab adulescendi *R* 15 libidinem *DI* quid *DM* male *R* 16 obliuisci iniurias *D* 18 praedicare *ER* 19 dignum] idoneum *I* esse, *m. 2* esset *P*

uero legitur praecipiente auctoritate diuina non reddendum malum pro malo, cum haec tam salubris admonitio congregationibus populorum tamquam publicis utriusque sexus atque omnium aetatum et dignitatum scholis de superiore loco personat, accusatur religio tamquam inimica rei publicae. quae si, ut dignum est, audiretur, longe melius Romulo, Numa, Bruto ceterisque illis Romanae gentis praeclaris uiris constitueret, consecraret, firmaret augeretque rem publicam. quid enim est res publica nisi res populi? res ergo communis, res utique ciuitatis. quid est autem ciuitas nisi hominum multitudo in quoddam uinculum redacta concordiae? apud eos enim legitur ita: 'Breui multitudo diuersa atque uaga concordia ciuitas facta erat.' quae porro praecepta concordiae in suis templis umquam illi legenda censuerunt, quando quidem miseri quaerere cogebantur, quonam modo sine offensione cuiusquam eorum discordes inter se deos suos colere possent, quos imitari discordando si uellent, rupto concordiae uinculo ciuitas

1 Rom. 12, 17; I Thess. 5, 15; I Petr. 3, 9 8; 12 Cic. de rep. fragm. l. I 25, 39; 40

1 praecepto *D* reddenti *D* 3 atque] ad *A* 4 dignitatem, *m. 2* dignitatum *M* superiori *A* 5 accusator *D* occasator, *corr.* (*m. 1 ?*) accusatur *H* inimico *D* 6 si ut, *sed* u *ex* d *E* si•ut (c *eras.*) *P* longe melius] longeq; us *R* romulo num abruto *R* romulo num abru///to (a *disiuncto m. 2 supra add.* bruto) *M* romulo numam bruto *D* romulorum abruto, *m. 2* romulo numa bruto *H* romulo/// (*parua ras.*) |• bruto (a *eras.*), *m. 2* romulo/// numa ¸ •bruto *P* 7 romana *A* gentes preclares, *m. 2* gentis praeclaris *H* generis praeclaris *ER* uiris] utris *R* 8 est enim *M* 9 utique] unq; *A* 10 quod, *m. 2* quid *H* multitudo hominum *P edd.* 11 enim eos *C* ita legitur *edd.* 12 breuis *DHM* (s *eras.*) *ACP a* dispersa *m* 13 facta///// (*ras. 1—2 l.*) *H* 15 cogere querebantur *ER* quoniam *D* quodam *H* qñ (u *m. 2 in ras.*) *E* qm̃ *R* cuius q (= cuius qui) *C* 16 possint *ER* quos] quod si *MACP edd. praeter m* quos si *m* imitare *R* immutare *E* 17 discordando si] discordandos *HACP* (*postr. l. eras.*) discordandes (e *m. 2 in ras.; praeterea m. 2 add.* o *supra* e *et* tes *supra* an) *M* discordando *m* discordantes *cett. edd.* uellint *E* (*m. 2* uellent) *R* rapto *D* ciuitatis *A*

CXXXVIII.

DOMINO EXIMIO ET MERITO INSIGNI CARISSIMO AC DESIDERANTISSIMO FILIO MARCELLINO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

I 1 Inlustri uiro et eloquentissimo nobisque dilectissimo Volusiano non amplius quam ad illud, quod inquirendum putauit, respondendum fuit. ad ea uero, quae mihi pertractanda atque soluenda in epistula tua ipse misisti, siue ab illo siue etiam ab aliis uel suggerantur uel ingerantur, ad te potius pro uiribus nostris pertractata et soluta mitti debuerunt non sic, quem ad modum de his agendum est librorum negotio, sed quem ad modum potis est epistulari sat esse conloquio, ut, si tibi uisum fuerit, qui eorum motus cotidianis disputationibus experiris, et illis legantur hae litterae. at si auriculis

D = *cod. Coloniensis 33 s. IX.*
E = *cod. Cheltenhamensis 2173 s. X.*
H = *cod. Palatinus 211 s. X.*
R = *cod. Reginensis 331 s. X.*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
I = *cod. Escorialensis a II 3 s. X ex.; deest posterior epistulae pars a p. 134, 20* cum uero.
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
C = *cod. Casinensis 16*[19] *s. XI.*
P = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*

2 domino exi *rubro colore* (mio *om.*) *E* 3 augustinu, *m. 2* augustinus *H* in domino salutem *om. ERI* 5 inlustrissimo *I* uro, *m. 1 corr.* uiro *M* nobisque dilectissimo *om. A* 6 Volusiano] filio Volusiano *C edd. praeter m* ad illud—atque *om. A* quod] quam, *in marg.* quod *I* 7 putaũ res | pondendum *M* pertrẹctandi (*m. 2* a *pro* i) *C* pertracdanda (c *in ras.; m. 2* t *pro pr.* d) *P* 8 in *om. MA* ab illos *R* 9 uel ingerantur *om. D* 11 sic *ras. ex* sit *M* quem] quae *D* de his—modum *om. I* agendum est de his *P* 12 quem] quae *D* potes est *R* pote est *I* potens est *D* potis es *a e* potest *cett. edd.* epistolaris atesse (*m. 3* adesse) *H* epistularis adesse *DERAC* epistolaris (*postr. l. m. 2 exp.*) adesse *M* epistolari• (*fuit* s) adesse *P* epistolari adesse *a e* epistolari satis esse *I* collocutio *C* 13 ut] et *E* si• *H* qui] qñ *C* disputationibus (bus *eras.*) *I* 14 experiris] experire si *D* heae *DHR* ac *D* aut *I* auribus *I*

eorum minus fidei pietate praecultis sermo iste non sufficit, prius inter nos, quod eis putas sufficere, peragatur, tum demum ad illos, quod peractum fuerit, perferatur. multa enim sunt, a quibus sensus eorum si adhuc abhorret et resilit, uel uberiore uel subtiliore ratione uel certe auctoritate, cui resistere indignum putent, persuaderi aliquando forsitan possit.

2 Ergo in epistula tua posuisti moueri quosdam, 'cur hic deus, qui et ueteris testamenti deus esse firmatur, spretis ueteribus sacrificiis delectatus sit nouis. nihil enim corrigi posse adserunt, nisi quod ante non recte factum probaretur, uel, quod semel recte factum sit, inmutari nullatenus debuisse. recte enim facta dicunt mutari nisi iniuste non posse'. haec uerba ex litteris tuis in has meas transtuli. quibus si respondere copiose uelim, tempus me citius quam exempla defecerint, quibus rerum ipsa natura et opera humana certa ratione pro temporum opportunitate mutentur nec tamen eadem ratio sit mutabilis, qua ista mutantur. unde pauca commemorem, ut ex his excitata quodam modo iam per plura similia uigil currat intentio. nonne hiemi aestas addito sensim calore succedit?

7—12 = p. 94, 21—95, 5

1 pietate fidei *edd.* praeculti *E* sufficit *ex* suffacit *I* 2 eius (u *m. 2 exp.*) *E* | sufficere peragatur putas (putas *m. 2 exp. et in marg. ante* sufficere *add.* possit) *E* putari sufficere peragatur *D* 3 perferatur, *in marg.* portatur *I* proferatur *ER* 4 sensus *ex* sensibus *D* sic *I* resilite (*postr. l. del.*) *D* 6 persuadere *ER* . forsitan, *in marg.* forte *I* possint *m* 7 ego, *m. 1 corr.* ergo *M* 8 spretis, *in marg.* contemtis *I* 9 nobis *D* 10 asseruit *C; cf. p. 95, 2* 11 nullatenus immutari *edd.* immutare, *corr.* (*m. 1 ?*) immutari *H* nullatenus, *in marg.* nullo modo *I* debuisset *D* 12 facta *om. D* possit *D* 13 transtulis *R* si respondere (si res *in ras. m. 2*) *H* respondere, *m. 1 corr.* si respondere *P* 14 cupiose (*m. 2* copiose) uelim *M* cupiose uellem *E* cupio se uellem *R* me] ne *R* deficerent *ER* defierent *I* 15 ipsa] ipsa se *A* certa] cetera *M* (*m. 2* certa) *A* 16 oportunitatē utentur *R* oportunitate utentur *A* opportunitate mutantur *D* 17 quia *ER* muntantur (*pr.* n *m. 1 exp.*) *M* commemorem, *m. 2 supra* ł commemoro *P* 18 ex *om. DERI* quoddam *R* uigil (*fuit* a) *H* 19 hicmi *D* hiemi (mi *in ras.*) *H* hieme *R*

nonne diurnis tempora nocturna uertuntur? quotiens nostrae uariantur aetates! adulescentiae pueritia non reditura cedit, iuuentus adulescentiae non mansura succedit, finiens iuuentutem senectus morte finitur. haec omnia mutantur nec mutatur diuinae prouidentiae ratio, qua fit, ut ista mutentur. non autem, opinor, cum agricola aestate aliud iusserit, quam iusserat hieme, ratio mutatur agriculturae. et cum mane surgit, qui nocte quiescebat, uitae consilium non mutauit. aliud magister adulescenti, quam puero solebat, inposuit; doctrina igitur constans mutato praecepto non mutata mutauit.

3 Magnus ille nostrorum temporum medicus Vindicianus consultus a quodam dolori eius adhiberi iussit, quod in tempore congruere uidebatur; adhibitum sanitas consecuta est. deinde post aliquot annos eadem rursus corporis causa commota hoc idem ille putauit adhibendum; uertit in peius. miratus recurrit ad medicum, indicat factum; at ille, ut erat acerrimus, ita respondit: 'Ideo male acceptus es, quia non ego iussi', ut omnes, qui audissent parumque hominem nossent, non eum arte medicinali fidere sed nescio qua inlicita potentia putarent. unde cum esset a quibus poterat stupentibus interrogatus,

1 diurnis] in diurnis *I* nostrae *om. P* 2 uariantur, *in marg.* diuertuntur *I* adulescentiae—cedit *om. I* adolescenti | pueritia *E* reditura (itura *in ras. m. 1*) cędit *M* reditura cedet *D* reditur accedit *H* reditur accendit *R* 3 succedit *ex* succendit *I* 4 muta•tur (n *eras.*) *I* 5 sit *A* 6 enim *D* cum] ut quum *I* iusserit quam *om. D* 7 mutetur *ERI* agricultura *H* 8 uita *I* 9 adulescente. *supra* adulescenti *I* 10 contans (*corr. uid.* constans) mutato, *m. 2* cum transmutato *E* praeceptum *DH* mutata mutauit] mutata mutauit instructionem *m* mutat instructionem *cett. edd.* 11 magnus] nam magnus *edd.* 12 consultos (*sic!*), *in marg.* interrogatus *I* dolorius sit adeberi quod (*om.* iussit) *D* ussit, *m. 1 corr.* iussit *P* 13 congrue *A* 14 annos aliquot *edd.* aliquot, *in marg.* aliquos *I* aliquod *DE* (*m. 2* aliquot) *M* (*m. 1 corr.* aliquot) *A* commotus *e f l r* 15 putabit *I* adbibendum *C* uertit] adhibitum uertit *edd. praeter a* 16 at (t *in ras.*) *H* ad *D* 17 est *C* ego non *P f l r m* ego *in fine u. om. A* 18 qui (i *in ras.*) *H* 19 artem *D* fidere] medere *I* patientia *R* 20 a quibus poterat] a quibus postea *I* a quibusdam postea *l r m*

aperuit, quod non intellexerant, uidelicet illi iam aetati non hoc se fuisse iussurum. tantum igitur ualet ratione atque artibus non mutatis, quid secundum eas sit pro temporum uarietate mutandum.

4 5 Non itaque uerum est, quod dicitur, semel recte factum nullatenus esse mutandum. mutata quippe temporis causa, quod recte ante factum fuerat, ita mutari uera ratio plerumque flagitat, ut, cum ipsi dicant recte non fieri, si mutetur, contra ueritas clamet recte non fieri, nisi mutetur, quia utrumque 10 tunc erit rectum, si erit pro temporum diuersitate diuersum. quod enim in diuersitate personarum uno tempore accidere potest, ut 'huic liceat' aliquid 'impune facere, illi non liceat, non quod dissimilis res sit, sed quod is, qui facit', ita ab una eademque persona diuersis temporibus tunc oportet ali- 15 quid fieri, tunc non oportet, non quod sui dissimilis sit, qui facit, sed quando facit.

5 Haec quaestio quam late pateat, profecto uidet, quisquis pulchri aptique distantiam sparsam quodam modo in uniuersitate rerum ualet neque neglegit intueri. pulchrum enim per 20 se ipsum consideratur atque laudatur, cui turpe ac deforme contrarium est. aptum uero, cui ex aduerso est ineptum, quasi religatum pendet aliunde nec ex semet ipso sed ex eo, cui

12 Ter. Ad. 824—825

1 intellegerant *H* aetati iam *edd.* 2 fuisse *om. P* tantum] si tantum *I* ratione atque] ratione, *corr.* (*m. 1 ?*) ratione atque *M* ratio ut *I* 3 arte *E* artii *aut* artu *R* ea *DI* eis *C* 5 recta *I* facta *ER* 6 mutandam *A* 7 antea *ERIC* 8 ipse *I* contra ueritas, *m. 2* contrarietas *C* contra ueritatem *I* 9 clamat *A* nisi ////mutetur (*ras. 2—3 l.*) *P* qua *I* 10 pro *om. I* uarietate *D edd.; cf. u. 4* 11 accedere *HC* adcedere *D* 12 pote est *I* ut *om. D* hic *I* impune aliquid *C* non liceat illi *edd.* 13 quod *post* sed *om. MA* his *E* (h *paene eras.*) *R* (h *del.*) *IAP* (h *exp.*) 14 edemque *I* aliquid] quid *E* 15 quod *om. A* uelut *R* sui (s *s. u.*) *D* 17 uidet haec quisquis *D* 18 pulchre, *supra m. 1* pulchri *E* disparsam *D* dispersam *I* quod ad modum *D* 20 atque *ER* 21 ineptum, *in marg.* stultum *I* 22 relegatum *ER* regulatum *D* nec ex] nec et *D* sed ex, *corr.* (*m. 1 ?*) sed et ex *M*

conectitur, iudicatur; nimirum etiam decens atque indecens uel hoc idem est uel perinde habetur. age nunc ea, quae diximus, refer ad illud, unde agitur. aptum fuit primis temporibus sacrificium, quod praeceperat deus, nunc uero non ita est. aliud enim praecepit, quod huic tempori aptum esset, qui multo magis quam homo nouit, quid cuique tempori accommodate adhibeatur, quid quando impertiat, addat, auferat, detrahat, augeat minuatue inmutabilis mutabilium sicut creator ita moderator, donec uniuersi saeculi pulchritudo, cuius particulae sunt, quae suis quibusque temporibus apta sunt, uelut magnum carmen cuiusdam ineffabilis modulatoris excurrat atque inde transeant in aeternam contemplationem speciei, qui deum rite colunt, etiam cum tempus est fidei.

6 Falluntur autem, qui existimant haec deum iubere causa suae utilitatis uel uoluptatis et merito mouentur, cur deus ista mutauerit quasi delectatione mutabili aliud sibi iubens offerri illo prius tempore aliud isto. non autem ita est. nihil deus iubet, quod sibi prosit sed illi, cui iubet. ideo uerus est dominus, qui seruo non indiget et quo seruus indiget, in ea quippe scriptura, quod uetus dicitur testamentum et eo tem-

1 dicens *RM* (*m. 2* decens) *I* aque *I* 2 idem] id *D* habeatur (*post.* a *del.*) *H* qua *D* 3 refer ad] referat *R* refer (*om.* ad) *A* illud] aliud *P* temporis, *m. 2* temporib; *E* 5 enim *om. I* praecepit quod huic tempori *om.*, *m. 2 add. H* praecepit *ex* praecipit *M* huc, *m. 1 corr.* huic *M* tempori//// *E* aptum—tempori *om.*, *in marg. a. m.* eiusdem aetatis *add. M* ęsset, *m. 2* non ęsset *C* esse *D* 6 quod cuique *I* qui denique *D* tempori* *P* 7 inpertiat, *in marg.* det *I* 8 minuat uel *HCP* (*m. ut uid. 1 corr.* minuatue) minuat ut *E* sic increator *R* 9 ita moderator *om. A* moderatur *D* donec] dum haec *D* 10 quibus, *m. 2* quibusque *E* quibuscumque *M* uel *I* 11 magnum *om. I* 12 transeat *I* quid (d *del.*) eum *H* quid (*om.* deum) *R* qui (*om.* deum) *E* 13 rite, *in marg.* studiose *I* 14 fallantur, *m. 1 corr.* falluntur *M* 15 suae] sua et *E* humilitatis *I* uoluntatis *H* monentur *D* 16 ita *P* mutali *A* 17 non * autem *M* ita] ista *R* 18 quod] quo *D* ille, *supra* illi *I* cuilibet, *ras. et corr. m. 2* cui iubet *P* 19 seruo] sermo *R* seruus] seruo *I* 20 quae *edd.* testamentum *om.*, *postea add. D* et *om. I* eo] quo *D*

pore dictum est, quo adhuc illa offerebantur sacrificia, quae hoc tempore non offeruntur: Dixi domino: 'Dominus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges'. nec illorum ergo sacrificiorum egebat deus nec cuiusquam eget umquam, sed rerum diuinitus impertitarum uel inbuendo uirtutibus animo uel aeternae saluti adipiscendae quaedam signa sunt, quorum celebratione atque functione non deo sed nobis utilia pietatis exercentur officia.

7 Nimis autem longum est conuenienter disputare de uarietate signorum, quae cum ad res diuinas pertinent, sacramenta appellantur. sicut autem non ideo mutabilis deus, quia mane aliud aliud uespere, illud hoc mense illud alio, non hoc isto anno quod illo, ita non ideo mutabilis deus, quia uniuersi saeculi priore uolumine aliud aliud posteriore sibi iussit offerri, quo conuenienter significationes ad doctrinam religionis saluberrimam pertinentes per mutabilia tempora sine ulla sui mutatione disponeret. nam ut nouerint, quos haec mouent, iam hoc fuisse in ratione diuina nec, cum ista noua constituerentur, subito priora displicuisse uelut mutabili uoluntate, sed iam hoc fixum et statutum fuisse in ipsa sapientia dei, cui de maioribus

2 Ps. 15, 2

1 dictum est *post* offeruntur *habent edd.* quo] quod *DIP* (*ras. et corr. m. fortasse 1* quo) qm̃ *C* 2 offerunt *R* deus *DHMICP edd. sec. Vulg.* (*Septuag.* κύριος); *cf. p. 132, 10* 4 cuiusq; *ER* humquam, *in marg.* aliquando *I* 5 diuinitas, *m. 1 corr.* diuinitus *M* impetitarum uel iubendo, *m. 2* impertitarum uel inbuendo *H* 6 animae *E* animae *R* animum *I* salutis *C* sunt *om. D* 7 non deo sed nobis] sed non nobis deo, *m. 2* sed nobis non deo *C* 8 officia exercentur *edd.* 9 est *om. D* 10 pertinent, *m. 2* pertineant *C* 11 deus] homo *edd. praeter a* *alterum* aliud *om., m. 2 ante* mane *add. P* 13 deus *om. DERI* 14 priore—offerri *om. ER* *alterum* aliud *om. D* qui *I* ut *D* 15 conuenientes *D* 16 sine ulla] si nec illa *D* singula *E* 17 disponeret—ratione *om. D* 18 nec] ne *AP* (*m. 2* nec) subito] superbito *D* 19 priora] propria *A* uoluntati *MIACP* uolumptatis *D* hoc iam *DMIP edd.* 20 statutum] statutum tum (tum *m. 1 del.*) *H* statu, *corr.* (*m. 1 ?*) statutum *M* sapientiamtia (tiam *eras.*) *I* cûi (~ *eras.*) *M*

etiam rerum mutationibus eadem scriptura dicit: Mutabis ea et mutabuntur, tu autem idem ipse es, insinuandum est eis mutationem istam sacramentorum testamenti ueteris et noui etiam praedictam fuisse propheticis uocibus. ita enim uidebunt, si poterunt, id, quod in tempore nouum est, non esse nouum apud eum, qui condidit tempora et sine tempore habet omnia, quae suis quibusque temporibus pro eorum uarietate distribuit. nam et in illo psalmo, unde commemoraui aliquid, quo demonstrarem non egere deum sacrificiis nostris, cui dicitur: Dixi domino: 'Dominus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges', paulo post legitur ex persona Christi: Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, hoc est pecorum uictimis, quibus prius congregabantur conuenticula Iudaeorum; et alibi dicit: Non accipiam de domo tua uitulos neque de gregibus tuis hircos; et alius propheta: Ecce dies, inquit, uenient, dicit dominus, et confirmabo super domum Iacob testamentum nouum non sicut testamentum, quod disposui patribus eorum, cum eduxi eos de terra Aegypti. et alia multa sunt de hac re testimonia, quibus hoc deum facturum esse praedictum est, quae commemorare nunc longum est.

8 Hic iam si satis constitit, quod recte alio tempore consti-

1 Ps. 101, 27—28 10 Ps. 15, 2; 4 14 Ps. 49, 9 16 Hier. 31, 31—32 (Septuag. 38, 31—32)

2 ea] eos *E sec. sacr. litt.* 4 praedictum *A* 5 potuerunt *HM* (*m. 2* potuerint) 6 eum] deum *ER* 8 uarietate, *in marg.* diuersitate *I* in *om. E* 9 qđ emonstrarem, *ras. et corr. m. 1* quo demonstrarem *M* quod monstrarem *R* quo monstrarem *E* quod in quo demonstrarem *D* dñm *ER* sacrificium nostrum *D* 10 deus *HMIACP edd.; cf. p. 131, 2* 12 perna, *m. 2* persona *M* 13 peccatorum *H* 14 congregabuntur *DH* (*m. 1 corr.* congregabantur) alibi] abi *R* 15 de domo, *m. 1 supra* ł de manu *M* de manu *DHCP edd.* tuis *om. MI* 16 inquit dies *I edd.* ueniet *D* ueniant *I* ueniunt *A* 18 sicut] secundum *C sec. sacr. litt.* 23 consistit *EM* (*in ras. m. 1*) recte *om. E*

tutum est, itidem recte alio tempore posse mutari mutantis opere non dispositione mutata, quam dispositionem intellegibilis ratio continet, ubi sine tempore simul sunt, quae in temporibus simul fieri non possunt, quia tempora non simul currunt, quispiam fortassis expectet causas a nobis ipsius mutationis accipere, quod ipse nosti quam prolixi negotii sit. uerum tamen breuiter dici potest, quod homini acuto fortassis suffecerit, aliis sacramentis praenuntiari Christum, cum uenturus esset, aliis, cum uenisset, adnuntiari oportuisse, sicut modo nos id ipsum loquentes diuersitas rerum compulit etiam uerba mutare, si quidem aliud est 'praenuntiari' aliud 'adnuntiari' aliud 'cum uenturus esset' aliud 'cum uenisset'.

II 9 Nunc deinde uideamus, quale sit, quod in epistula tua sequitur. adiecisti enim eos dicere, quod Christi praedicatio atque doctrina rei publicae moribus nulla ex parte conueniat, cuius hoc constet esse praeceptum, ut nulli malum pro malo reddere debeamus et percutienti aliam praebere maxillam et pallium dare ei, qui tunicam auferre perstiterit, et cum eo, qui nos angariare uoluerit, ire debere spatio itineris duplicato, quae omnia rei publicae moribus adseruntur esse contraria. 'nam quis', inquiunt, 'tolli sibi ab hoste aliquid patiatur uel Romanae prouinciae depraedatoribus non mala uelit belli iure reponere?'

14—22 = p. 95, 6—15

1 itidem *ras. ex* utidem *P* ididem *I* idem *edd. praeter a* posse, *m. 2* posset *P* mutantis (s *m. 2 in ras.*) *M* mutantes *D* 2 opore, *m. 2* opere *M* dispositionē (~ *eras.*) *P* dispotionem, *m. 2* dispositione *H* disputationem *H* 3 contiṅet *H* contenet *R* simul] simulata *I* 5 exspectat *R* uobis, *m. 2* nobis *H* 6 quod] quo *E* (*m. 2* quod) *R* quam] qua *I* sit negotii *edd.* 7 poteest *I* suffecerit *H* (*m. 2* sufficerit) *M* (*ex* sufficerit *ut uid.*) sufficerit *IA* sufficeret *DER* 8 prenuntiare *ERI* pronuntiari *D* 9 aliis *om., s. u. add. D* adnuntiare *DI* 10 compuli, *m. 3* compulit *H* copulit *I* mutari *ER* 11 prenuntiare *ER* 13 uidemus *D* quod] illud quod *edd. praeter a* 16 constat *P; cf. p. 95, 8* 18 palleum *I* praestiterit *DI* 19 duplicatio *R* 20 re publicae *R* 21 inquiunt *////////* (*ras. 7—8 l.*) *I* patiatur, *in marg.* permittatur *I* 22 uellit *R* reponere *in fine pag. om. I*

haec atque huius modi uerba obtrectantium siue non obtrectando sed quaerendo talia loquentium operosius fortasse refellerem, nisi haec disceptationes haberentur cum uiris liberaliter institutis. unde quid opus est, ut diutius laboremus ac non ipsos potius percontemur, quo modo poterant gubernare atque augere rem publicam, quam ex parua et inopi magnam opulentamque fecerunt, qui 'accepta iniuria ignoscere quam persequi malebant'? quo modo Caesari, utique administratori rei publicae, mores eius extollens Cicero dicebat, quod nihil obliuisci soleret nisi iniurias? dicebat enim hoc tam magnus laudator aut tam magnus adulator; sed si laudator, talem Caesarem nouerat, si autem adulator, talem esse debere ostendebat principem ciuitatis, qualem illum fallaciter praedicabat. quid est autem non reddere malum pro malo nisi abhorrere ab ulciscendi libidine, quod est accepta iniuria ignoscere malle quam persequi et nihil nisi iniurias obliuisci?

10 Haec cum in eorum leguntur auctoribus, exclamatur et plauditur; describi atque praedicari mores uidentur, quibus dignum esset exsurgere ciuitatem, quae tot gentibus imperaret, quod accepta iniuria ignoscere quam persequi malebant'. cum

6 Sall. Cat. 52, 19 7; 20 Sall. Cat. 9, 5 9 Cic. pro Lig. 12, 35

1 obtrectanti *D* non *om.*, *m. 3 add. H* 2 refellerim *R* repellerem *P* 3 hęce *A* hęę, *corr.* heę *H* haeae (*alterum* ae *exp.*) *P* heae *D* ut hee *C* hae *EM edd.* disputationes *ER* dispositiones *A* 5 percunctemur *M* (*m. 2* percontemur) *AP* precontemus *I* atque augere *om. D* 6 egere *I* parua *cum ras. supra postr. l. M* paruam *R* opulentemque *MA* opulent•amqu•e (*fuit* i *et* a) *P* 7 qui] quia *I* 8 malebant, *in marg.* uolebant *I* cae•sari (*fuit* s) *EI* administratori utique *edd. praeter a* amministrari *A* administrare *ER* 9 dicebant (u *eras.*) *I* 10 solebat *I* laudatos, *m. 1 corr. uid.* laudator *H* 11 cessarem (*alt.* s *eras.*) *I* 14 abhorrere] ab errore *A* ab ulciscendi, *sed* ci *ex corr. m. 1; fuit* o *aut* e *M* ab a|duliscenti (ad *eras.; post* l *s. u.* c *add.*) *D* ab adulescendi *R* 15 libidinem *DI* quid *DM* male *R* 16 obliuisci iniurias *D* 18 praedicare *ER* 19 dignum] idoneum *I* esse, *m. 2* esset *P*

uero legitur praecipiente auctoritate diuina non reddendum malum pro malo, cum haec tam salubris admonitio congregationibus populorum tamquam publicis utriusque sexus atque omnium aetatum et dignitatum scholis de superiore loco personat, accusatur religio tamquam inimica rei publicae. quae si, ut dignum est, audiretur, longe melius Romulo, Numa, Bruto ceterisque illis Romanae gentis praeclaris uiris constitueret. consecraret, firmaret augeretque rem publicam. quid enim est res publica nisi res populi? res ergo communis, res utique ciuitatis. quid est autem ciuitas nisi hominum multitudo in quoddam uinculum redacta concordiae? apud eos enim legitur ita: 'Breui multitudo diuersa atque uaga concordia ciuitas facta erat.' quae porro praecepta concordiae in suis templis umquam illi legenda censuerunt, quando quidem miseri quaerere cogebantur, quonam modo sine offensione cuiusquam eorum discordes inter se deos suos colere possent, quos imitari discordando si uellent, rupto concordiae uinculo ciuitas

1 Rom. 12, 17; I Thess. 5, 15; I Petr. 3, 9 8; 12 Cic. de rep. fragm. l. I 25, 39; 40

1 praecepto *D* reddenti *D* 3 atque] ad *A* 4 dignitatem, *m. 2* dignitatum *M* superiori *A* 5 accusator *D* occasator, *corr.* (*m. 1* ?) accusatur *H* inimico *D* 6 si ut, *sed* u *ex* d *E* si.ut (c *eras.*) *P* longe melius] longeq; us *R* romulo num abruto *R* romulo num abru//to (a *disiuncto m. 2 supra add.* bruto) *M* romulo numam bruto *D* romulorum abruto, *m. 2* romulo numa bruto *H* romulo/// (*parua ras.*) .* bruto (a *eras.*), *m. 2* romulo// numa ' *bruto *P* 7 romana *A* gentes preclares, *m. 2* gentis praeclaris *H* generis praeclaris *ER* uiris] utris *R* 8 est enim *M* 9 utique] unq; *A* 10 quod, *m. 2* quid *H* multitudo hominum *P edd.* 11 enim eos *C* ita legitur *edd.* 12 breuis *DHM* (s *eras.*) *ACP a* dispersa *m* 13 facta///// (*ras. 1—2 l.*) *H* 15 cogere querebantur *ER* quoniam *D* quodam *H* qūo (u *m. 2 in ras.*) *E* qm *R* cuius q (= cuius qui) *C* 16 possint *ER* quos] quod si *MACP edd. praeter m* quos si *m* imitare *R* immutare *E* 17 discordando si] discordandos *HACP* (*postr. l. eras.*) discordandes (e *m. 2 in ras.; praeterea m. 2 add.* o *supra* e *et* tes *supra* an) *M* discordando *m* discordantes *cett. edd.* uellint *E* (*m. 2* uellent) *R* rapto *D* ciuitatis *A*

laberetur, quod postea paulatim decoloratis corruptisque moribus agi coepit per bella ciuilia?

11 Quanta uero praecepta concordiae non humanis disputationibus exquisita sed diuina auctoritate conscripta in Christi ecclesiis lectitentur, quis uel ab illa religione alienus ita surdus est, ut ignoret? ad hoc enim et illa pertinent, quae malunt exagitare quam discere, alteram percutienti praebendam esse maxillam, uolenti auferre tunicam dandum etiam pallium, cum angariante duplicandam uiam. hoc quippe fit, ut uincatur bono malus, immo in homine malo uincatur bono malum et homo liberetur a malo non exteriore et alieno sed intimo ac suo, quo grauius et perniciosius quam cuiusuis hostis extrinsecus immanitate uastatur. qui ergo uincit bono malum, patienter amittit temporalia commoda, ut doceat, quam pro fide atque iustitia contemnenda sint, quae ille nimis amando fit malus, ac sic iniuriosus ab eo ipso, cui fecit iniuriam, discat, qualia sint, propter quae fecit iniuriam, atque in concordiam, qua nihil est utilius ciuitati, paenitens adquiratur uictus non saeuientis uiribus sed beniuolentia patientis. tunc enim recte fit,

7 Matth. 5, 39—41 10 Rom. 12, 21

1 lauaretur, *m. 2* laberetur *H* lauaretur, *m. 2* laberetur *M* haberetur *ER* decoloratis (i *ras. ex* u) *M* decoleratis *HAC* descleratis *P* 2 uella *D* pella, *m. 2* bella *M* 3 concordiae (r *ras. ex* n) *E* disputationis, *m. 2* disputationibus *H* 4 conscripta] contributa *D* 7 exagitari *H* prebendum, *m. 2* prebendam *E* 8 dando etiam palleum *D* 9 angariantem *D* angari, *m. 2* angariante *H* duplicandā uiā (-....- *m. 1?*) *E* duplicanda uia *R* uincator, *m. 1 corr.* uincatur *M* uincatura *A* bonos, *m. 1 corr.* bonus *H* 10 malos *H* malis *A* immo in homine malo uincatur bono malum *om. D* homine (*fuit* m) *P* hominē (~ *tenuissimum*) *R* bono *E* malom, *m. 1 corr.* malum *H* 11 exteriorē (~ *eras.*) *M* et *om. MA* ac (h *eras.*) *P* 13 uastetur *A* uicit, *m. 2* uincit *M* malom, *m. 1 corr.* malum *M* 14 ammittit *H* 15 condemnenda (*m. 2* contemnenda) sint *E* contemnendas int *sed corr. M* quae (a *exp.*) *M* 16 sic] si *C* discant *D* 17 quae] q; *sed eras. et supra m. 2* que *E* fecit] fit *H* in *om. H* quam *DP* (m *eras.*) 18 ciuitate/// (*parua ras.*) *E* ciuitate *R* paenitus *A* uicturo *D* seuientes *DR* 19 patientes *D* patentis, *m. 1 corr.* patientis *M* hunc *D*

cum uidetur ei profuturum esse, propter quem fit ad operandam in eo correctionem atque concordiam. hoc certe animo faciendum est, etiam si alius exitus consequatur nec corrigi uelit atque pacari, propter quem corrigendum atque pacandum uelut curandum et sanandum adhibita est ista medicina.

12 Alioquin si uerba adtenderimus eorumque proprietati seruiendum putauerimus, non est praebenda dextera maxilla, si fuerit sinistra percussa, quoniam: Si quis te, inquit, percusserit in maxillam dexteram, praebe illi et sinistram. magis autem sinistra percutitur, quod a dextera ferientis facilior ictus est. sed sic intellegi solet, ac si dictum esset: Si quis in te meliora fuerit persecutus, et inferiora ei praebe, ne uindictae potius quam patientiae studens contemnas aeterna pro temporalibus, cum potius temporalia pro aeternis contemnenda sint, tamquam sinistra pro dextris. haec semper fuit sanctorum martyrum intentio; uindicta enim ultima iusta poscitur, quando nullus iam restat correctionis locus, extremo scilicet summoque iudicio. nunc uero cauendum est, ne uindicandi cupiditate amittatur, ut nihil aliud, ipsa patientia, quae pluris habenda

8 Matth. 5, 39

1 quem] ea *D* operandam *m. 1 ex* operandum *M* 4 pagari, *m. 1 corr.* pacari *H* atque pacandum *om. ER* 6 proprietati seruiendum (ati se *inductum*) *E* proprietate *R* 7 est *om. D* praebendam dextram maxillam *D* maxilla dextera *edd.* dextra *ACP* si] si non *ER* sinistra fuerit *edd.* 9 in *om. MP* (*m. 2 add.*) dexteram *in fine u. om. A* dextram *MCP* drestram *D* praebe. *M* ei *A* 10 quod a dextra *D* quod a. (d *eras.*) dextera *P* qu[illegible] (*ras. 2—3 l.*) ad dextera (*m. 2* dexterā) *E* quod addextera *R* quod ad dexteram *MC l r m* quam dextra quia *A* quod in eam potius partem quam ad dexteram *a e f* facilior ferientis *P* ferientes *D* facilius, *m. 2* facilior *C* 11 intellegi sic *A* 12 fuerit *om. D* prosecutus, *m. 2 ut uid.* persecutus *P* consecutus *E* ei] et *sed eras. R* praebe ne] p̄bene *fortasse ex* p̄bere (ne *m. 2 disiunctum*) *M* prebere *A* 13 patientia (*m. 2* patientiae) • studens *M* patientiae est studens *A* contemnans *D* contempni *A* 14 temporalia potius *M* sint *ras. ex* sunt *R* 15 sinistram *D* 16 iuste *E edd.* 19 admittatur *D* mittatur *M* (*m. 1 corr.* amittatur) *A* ut nihil aliud *exp. M m. 2 del. P* ut nihil aliud dicam *E edd.* plures *D* est habenda *edd.*

est quam omne, quod potest etiam inuito inimicus auferre. namque alius euangelista in eadem sententia nullam fecit dexterae mentionem, sed tantum maxillam et alteram nominauit, ut aliquanto distinctius intellegeretur in alio, ipse autem simpliciter eandem patientiam commendaret. paratus itaque debet esse homo iustus et pius patienter eorum malitiam sustinere, quos fieri bonos quaerit, ut numerus potius crescat bonorum, non ut pari malitia se quoque numero addat malorum.

13 Denique ista praecepta magis ad praeparationem cordis, quae intus est, pertinere quam ad opus, quod in aperto fit, ut teneatur in secreto animi patientia cum beniuolentia, in manifesto autem id fiat, quod eis uidetur prodesse posse, quibus bene uelle debemus, hinc liquido ostenditur, quod ipse dominus Christus, exemplum singulare patientiae, cum percuteretur in faciem, respondit: Si male dixi, exprobra de malo; si autem bene, quid me caedis? nequaquam igitur praeceptum suum, si uerba intuemur, impleuit; neque enim praebuit percutienti alteram partem, sed potius prohibuit, ne, qui fecerat, augeret iniuriam, et tamen paratus uenerat non solum

2 Luc. 6, 29 16 Ioh. 18, 23

1 quod] ꝙ quod *C* aferre *C* 2 alius namque *A* 3 dextrae *M* ñominauit (~ *eras.*) *M* 4 in alio ipse autem *del. uid. M* in alio ipse al*t̄ (*in ras. fuit* i) *P* in altero ipsum alterum *edd. praeter m* 5 similiter *E* eadem, *m. 1 corr.* eandem *M* commendare *MAC* (*m. 2* commendaret) *P edd. praeter m* commodare *D* 6 homo esse *C* patienter] et patienter *ER* malatiam, *m. 1 corr.* malitiam *M* 7 bonus, *m. 1 corr.* bonos *H* 8 quoq; (q; *m. 2 in ras.*) *P* 10 ista] ipse *H* 11 quod *om. H* fit] quit *R* 13 uideꝝ (= uiderunt) *C* prodeesse *D* 14 bene belle debeamus *D* liquido] aliquando *A* 15 Christus] iesus christus *ER* Iesus *edd.* singulare, *m. 2* singulari *H* 16 faciꝫ *sed inductum praeter* ¸ ; *qua re m. 1 fortasse fuit* faciꝫ *E* facie *cett. codd.; cf. p. 139, 1* exproba *D* exprobra me *E* exproba me *R* 17 cedis *DEHMAC* nequaqua *D* ne /////// | quaquam *E* 18 intueamur *edd.* impletum, *m. 2* impletum est *C* 19 percutiendi, *m. 2* percutienti *E* 20 iniuriam augeret *edd.* uenerat non] uenera* ñ (*supra ras. m. 2* t *add.; ~ m. 2*) *E*

in faciem percuti uerum etiam pro his quoque, a quibus haec patiebatur, crucifixus occidi, pro quibus ait in cruce pendens: Pater, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. nec Paulus apostolus praeceptum domini et magistri sui uidetur implesse, ubi etiam ipse percussus in faciem dixit principi sacerdotum: Percutiet te deus, paries dealbate. sedes iudicare me secundum legem et contra legem iubes me percuti. et cum a circumstantibus diceretur: Iniuriam facis principi sacerdotum, inridenter eos uoluit admonere, quid dixerit, ut, qui saperent, intellegerent iam destruendum fuisse aduentu Christi parietem dealbatum, hoc est hypocrisin sacerdotii Iudaeorum; ait quippe: Nesciui, fratres, quia princeps est; scriptum est enim: Principi populi tui non maledices, cum procul dubio, qui in eodem populo creuerat atque ibi lege fuerat eruditus, illum principem sacerdotum nescire non posset nec eos, quibus ita notus erat, ullo modo falleret, quod nesciret.

14 Sunt ergo ista praecepta patientiae semper in cordis prae-

3 Luc. 23, 34 6; 8; 12 Act. 23, 3—5; Exod. 22, 28

1 percuti] per, *postea add.* cuti *D* 2 crucifigi (gi *m. 1 in ras. paulo maiore, cuius prima l. fuit* x) *E* 3 ignos illos, *m. 1 corr.* ignosce illis *E* ignosce illius (u *m. 1 exp.*) *M* 4 et *om. H* 5 facie *HRMACP; cf. u. 1* 6 dominus *HRMACP* sedes (*m. 1 ? corr.* sedens) iudicare *H* sedes iudire (*m. 1 corr.* iudicare) *A* sedens iudicas *M a e sec. Vulg.* sedes iudicans *cett. edd.* (*Gr.* κάθῃ κρίνων) 7 iubis *R* 8 a *om. R* 9 principi sacerdoti sacerdotū (sacerdoti *m. 2 del.*) *M* inridenter, *m. 2* inridendo *E* inridentes *R* ammonere uoluit *HACP edd.* ammone (*m. 1 corr.* ammonere) uoluit *M* 10 qui *D* dixerint *H* saperient *R* sapienter *D* ///intellegerent (*ras. 1—2 l.*) *A* destruendum esse *HMACP a e f m* destructum esse *l r* 11 aduentum *DH* (m *del.*) *M* (m *eras.*) dealbatū (u *ex corr. m. 1; fuisse uid.* e) *M* hypocrisim *e f l m* 12 sacerdoti, *corr.* sacerdotii *H* nescibi *D* quia princeps est *om. DER* quia princeps est sacerdotum *H sec. Vulg.; Gr.* ἀρχιερεύς 13 principem *DE sec. Vulg.* principes, *m. 1 corr.* principi *C* tui *om. M* 14 non maledicis *D* ne maledicas *ER* 15 creberat *D* lege ibi *signis corr. D* eruditas, *corr.* eruditus *H* 17 fallere *R*

paratione retinenda ipsaque beniuolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in uoluntate complenda est. agenda sunt autem multa etiam cum inuitis benigna quadam asperitate plectendis, quorum potius utilitati consulendum est quam uoluntati, quod in principe ciuitatis luculentissime illorum litterae laudauerunt. nam in corripiendo filio quamlibet aspere numquam profecto amor paternus amittitur; fit tamen, quod nolit et doleat, qui etiam inuitus uidetur dolore sanandus. ac per hoc si terrena ista res publica praecepta Christiana custodiat, et ipsa bella sine beniuolentia non gerentur, ut ad pietatis iustitiaeque pacatam societatem uictis facilius consulatur. nam cui licentia iniquitatis eripitur, utiliter uincitur, quoniam nihil est infelicius felicitate peccantium, qua poenalis nutritur impunitas et mala uoluntas uelut hostis interior roboratur. sed peruersa et aduersa corda mortalium felices res humanas putant, cum tectorum splendor adtenditur et labes non adtenditur animorum, cum theatrorum moles extruuntur et effodiuntur fundamenta uirtutum, cum gloriosa est effusionis insania et opera misericordiae deridentur, cum ex his, quae diuitibus abundant, luxuriantur histriones et necessaria uix habent pauperes, cum deus, qui doctrinae suae publicis uocibus contra

1 Rom. 12, 17; I Thess. 5, 15; I Petr. 3, 9 5 Cic. pro Sulla 8, 25

1 malum *om. D* 2 uolumptate *D* est et agenda. Sunt *A* 4 plectendis (ndi *in ras.*) *C* plectendis, *ras. et corr.* plectentis *P* plectentis *MA* utilitate *ER* consolendum *R* 5 quod] quam, *corr.* quod *D* luculentissimae *HRM* (a *exp.*) *P* 6 lauerunt *D* corri*piendo *H* 7 unquam *D* nunqd (= nunquid) *C* admittitur *D* ammittitur *H* sit *A* 8 qui] quae *A* dolere *RP* 9 res *bis R* 10 geruntur *H* gererentur *E* generentur *R* 11 iustitiae quae, *m. 2* iustitiaeq; *E* pacatum, *m. 2* pacatam *H* uictis *ex* uinis *D* uictus *A* consolatur *ERM* (*m. 1 corr.* consulatur) 12 cui] qui *A* utilitatem *R* 14 uolumptas *D* 15 auersa *m; cf. Plaut. Men. 899* hic dies peruorsus atque aduorsus mi obtigit felices—animorum *om. A* 16 cum ceterorum, *m. 1 corr.* cum tectorum *M* contectorum *R* 17 thea[illegible]throrum (*ras. 2—3 l.*) *P* et ei fodiuntur *R* 21 publices *R* publius, *m. 2* publicis *M*

hoc malum publicum clamat, ab impiis populis blasphematur et dii tales requiruntur, in quorum honorem illa ipsa theatrica corporum et animorum dedecora celebrentur. haec si deus pollere permittat, tunc indignatur grauius; haec si inpunita dimittat, tunc punit infestius. cum uero euertit subsidium uitiorum et copiosas libidines inopes reddit, misericorditer aduersatur; misericorditer enim, si fieri posset, etiam bella gererentur a bonis, ut licentiosis cupiditatibus domitis haec uitia perderentur, quae iusto imperio uel extirpari uel premi debuerunt.

10 Nam si Christiana disciplina omnia bella culparet, hoc potius militibus consilium salutis petentibus in euangelio diceretur, ut abicerent arma seque militiae omnino subtraherent. dictum est eis autem: Neminem concusseritis, nulli calumniam feceritis, sufficiat uobis stipendium uestrum. quibus proprium stipendium sufficere debere praecepit, militare utique non prohibuit. proinde, qui doctrinam Christi aduersam dicunt esse rei publicae, dent exercitum talem, quales doctrina Christi esse milites iussit; dent tales prouinciales, tales maritos, tales coniuges, tales parentes, tales filios, tales dominos, tales seruos, tales reges, tales iudices, tales denique debitorum ipsius fisci redditores et exactores, quales esse praecepit doctrina Christiana, et audeant eam dicere aduersam esse rei publicae, immo uero

13 Luc. 3, 14

2 in *om. ER* honorem (e *in ras.*) *H* honore *ERMAC* ea *D edd.* ipse *E* theatrica—indignatur *om. A* 3 coporum, *m. 1 corr.* corporum *M* 4 tunc—dimittat *om.*, *in marg. m. 1 add. M* inputa, *m. 3* inpunita *A* 5 ponit *A* uere uertit *E* uero uertit *H* uero euertet *P* 6 reddet *D* 7 gerentur *DM* (*m. 2* gererentur) geruntur *A* 8 cupiditatis *H* 9 stirpari *D* deprimi *edd. praeter m* 10 christiana (*postr. l. ex corr. m. 1*) *M* 11 consileuit *E* (*m. 2* consilium) *R* diceret *ER* 12 omnino militiae *f l r m* 13 eis autem (*signis corr.* autem eis) *P* autem eis *MA edd.* eis (*om.* autem) *D* calumnia *R* 15 itaque *P* 17 publicae *om. ER* qualis *H* 19 talentes (nte *m. 1 del.*) parentes *H* 20 fisici *A* fieri *R* 21 actores *A* esse quales, *m. 1 corr.* quales esse *H* quales *bis, alterum del. M* christiana *om. H* christianam *E* 22 audient (i *m. 1 del.*) *H* audent *M* (*m. 2* audeant) *ACP* aduersa *R*

dubitent confiteri magnam, si ei obtemperetur, salutem esse rei publicae.

III 16 Ut quid autem ad illud respondeam, quod dicunt, per quosdam imperatores Christianos multa mala imperio accidisse Romano? haec generalis conquestio calumniosa est. nam si apertius certe de praeteritis imperatoribus aliqua commemorarent, possem similia uel fortasse etiam grauiora de imperatoribus non Christianis et ego commemorare, ut intellegerent uel hominum haec esse uitia non doctrinae uel non imperatorum sed aliorum, sine quibus imperatores agere nihil possunt. ex quo enim tempore pessum ire coeperit Romana res publica, satis liquet; litterae loquuntur ipsorum; longe ante, quam Christi nomen eluxisset in terris, dictum est: 'O urbem uenalem et mature perituram, si emptorem inuenerit!' in libro etiam belli Catilinae ante aduentum utique Christi idem nobilissimus historicus eorum non tacet, quando 'primum insueuerit exercitus populi Romani amare, potare, signa, tabulas pictas, uasa caelata mirari, ea priuatim et publice rapere, delubra spoliare, sacra profanaque omnia polluere'. quando ergo nec hominibus nec ipsis etiam, quos deos putabant, morum corruptorum et perditorum auaritia rapacitasque parcebat, tunc coepit perire laudabile illud decus salusque rei publicae. quos deinde uitia

13 Sall. Iug. 35, 10 16 Sall. Cat. 11, 6

1 dubitent, *m. 2* non dubitent *M* non dubitent *DC* non dubitent eam *m* dubitent eam *cett. edd.* ei *om. f l r m* optemperatur *C* 3 illum, *m. 1 corr.* illud *P* 4 accidisse imperio *ER* accedisse *HM* inseri *A* 6 commemorarent, *ras.* commemorarem *P* commemoraret, *m. 1 corr.* commemorarent *H* commemorarentur *A* 8 christiani sed ego commemorari *A* 9 hominem, *m. 2* hominum *M* non *post* uel *om. H* 10 agere] asere *R* possum *R* 11 pessumi recaeperit *C* irae (a *m. 1 exp.*) *M* 12 liquet (*super* et *m. 2* ido) *M* loquantur *ER* locuntur *C* ante qui, *m. 2* ante quam *C* 13 luxisset *ER* 15 catilline (*pr.* i *m. 2 in ras.*) *E* catelenae, *m. 2* catilinae *M* arite, *m. 2* ante *C* 16 storicus *D* insueuerit] his uenerit *A* 17 potare, *m. 2* portare *P* portare *E* pietas *A* 18 cellata (l *del.*) *H* rap•ere (a *fuisse uid.*) *D* delubras *E* (s *fere eras.*) *R* 20 putabunt, *m. 2* putabant *M* corruptorum] corporum *A*

pessima successus habuerint et quanto humanarum rerum malo illa iniquitas prosperata sit, nunc longum est dicere. audiant satiricum suum garriendo uera dicentem:

Seruabat castas humilis fortuna Latinas
quondam nec uitiis contingi parua sinebat
tecta labor somnique breues et uellere Tusco
uexatae duraeque manus et proximus urbi
Hannibal et stantes Collina turre mariti.
nunc patimur longae pacis mala, saeuior armis
luxuria incubuit uictumque ulciscitur orbem.
nullum crimen abest facinusque libidinis, ex quo
paupertas Romana perit.

quid igitur expectas, ut ego exaggerem, quanta mala inportauerit successu prospero iniquitas subleuata, quando quidem et ipsi, qui aliquanto prudentius adtenderunt, plus dolendum uiderunt paupertatem quam opulentiam perisse Romanam? in illa enim morum integritas seruabatur, per hanc autem non muros urbis sed mentes ipsius ciuitatis dira nequitia omni hoste peior inrupit.

17 Gratias domino deo nostro, qui contra ista mala misit nobis adiutorium singulare. quo enim non tolleret, quem non inuolue-

4 Iuuen. 6, 287—295

2 illae *D* 3 garriendo *om. ER* gariando *A* 4 seruabat] *Iuuen.* praestabat castus humiles *D* 5 sinebat, *m. 2 supra* t sinebant *P; Iuuen.* sinebant 6 somnisque *H* brebes *D* belleretusco *D* belle retus quo *R* uelleretus co⁹ (*m. 2 coniunctum*) *M* uellere ¦ ////tusco⁹ (*ras. 3—4 l.;* n *aut* u *eras.*) *P* 7 et] ac *edd. sec. Iuuen.* urbis *H* 8 stans *P* terre, *m. 1 corr.* turre *H* ture *M* in turre *edd.* marini *P* 9 seruior armis *D* seuitiae *ER* 10 luxuriam *R* uictumque, *m. 2* uictamque *MP* uictamque *HA* orbem *om. ER* urbem *HMAP* 11 nullum] et nullum *ER* fanusque, *m. 1 corr.* facinusque *M* 13 ergo *edd.* exagerem, *m. 2* exaggerem *P* 14 successu⁹ (*fuit* s) *C* prospero iniquitas *bis A* 15 aliquando, *m. 1 corr.* aliquanto *H* prudentius (p *ras. ex* p) *M* dolendam *edd. praeter m* 16 periisse *DE m* 17 autem] enim *ER* 18 orbis *R* mentis *DM* (*m. 2* mentes) *AP* di///ra (*ex* dura *?*) *D* 20 deo] dño (n *exp.*) *M* 21 adiutoriam, *m. 1 corr.* adiutorium *H* quo] quem *P* tollerit *R* inuoluerit *R*

ret, in quod profundum non demergeret fluuius iste horrendae nequitiae generis humani, nisi crux Christi in tanta uelut mole auctoritatis eminentius firmiusque figeretur, cuius adprehenso robore stabiles essemus, ne male suadentium uel in mala inpellentium tam uasto mundi huius abrepti gurgite sorberemur? in ista enim conluuie morum pessimorum et ueteris perditae disciplinae maxime uenire ac subuenire debuit caelestis auctoritas, quae uoluntariam paupertatem, quae continentiam, beniuolentiam, iustitiam atque concordiam ueramque pietatem persuaderet ceterasque uitae luminosas ualidasque uirtutes non tantum propter istam uitam honestissime gerendam nec tantum propter ciuitatis terrenae concordissimam societatem uerum etiam propter adipiscendam sempiternam salutem et sempiterni cuiusdam populi caelestem diuinamque rem publicam, cui nos ciues adsciscit fides, spes, caritas, ut, quam diu inde peregrinamur, feramus eos, si corrigere non ualemus, qui uitiis inpunitis uolunt stare rem publicam, quam primi Romani constituerunt auxeruntque uirtutibus etsi non habentes ueram pietatem erga deum uerum, quae illos etiam in aeternam ciuitatem posset salubri religione perducere, custodientes tamen quandam sui generis probitatem, quae posset terrenae ciuitati constituendae, augendae conseruandaeque sufficere. deus enim

1 in] et in *D* dimergeret *A* istae (a *m. 1 exp.*) *M* 2 nequicitiae (ci *exp.*) *P* 3 adpraehensu *R* 4 itauiles *D* mala *HCP* in male *ER* 5 impellentius, *m. 1 corr.* impellentium *H* basto *D* gurgite arrepti *a e* gurgite abrepti *f l r m* abrecti *D* gurgites orberemur *R* gurgites sorberemur *H* 6 conluuione *ER* 7 subbenire *D* 8 q̨, *m. 2 supra* uę *M* 10 luminosus *E* 11 generandam, *m. 2* gerendam *P* 12 ciuitates *R* terrenam *E* 13 propter *om. E* salutem *om. C* 14 sempiterni*i*i (*parua ras.*) *M* 15 adsciscet *E* adscistet *R* adsciuit *A* quam diuine, *m. 1 corr.* quam diu inde *H* 16 * peregrinamur (*fuit* a) *H* feriamus *A* corripere *ER* 17 publicam] per *ER* 18 constiterunt auxerunque, *m. 1 corr.* constituerunt auxeruntque *M* uirtibus, *m. 2* uirtutibus *C* 19 q̨, *ras.* q̨ *M* 20 possit *DER* 21 possit *R* terrena, *m. 2* terrenae *M* aeternae *A* ciuitatis *DE* (s *m. 1 exp.*) 22 constiendae *R* agendae *H* sufficere* *M* sufficeret *A*

sic ostendit in opulentissimo et praeclaro imperio Romanorum, quantum ualerent ciuiles etiam sine uera religione uirtutes, ut intellegeretur hac addita fieri homines ciues alterius ciuitatis, cuius rex ueritas, cuius lex caritas, cuius modus aeternitas.
V 18 Quis autem uel risu dignum putet, quod Apollonium et Apuleium ceterosque magicarum artium peritissimos conferre Christo uel etiam praeferre conantur? quamquam tolerabilius ferendum sit, quando istos ei potius comparant quam deos suos; multo enim melior. quod fatendum est, Apollonius fuit quam tot stuprorum auctor et perpetrator, quem Iouem nominant. ista, inquiunt, fabulosa sunt. adhuc ergo laudent rei publicae luxuriosam, licentiosam planeque sacrilegam felicitatem, quae ista deorum probra confinxit, quae non solum in fabulis audienda posuit, uerum etiam in theatris spectanda proposuit, ubi crimina essent plura quam numina, quae ipsi dii sibi exhiberi habebant libenter, qui in suos cultores uindicare debuerunt, quod ea uiderent saltem patienter. sed non sunt ipsi, inquiunt, qui talium fabularum mendacio celebrantur. qui ergo sunt isti, qui talium turpitudinum celebratione placantur? horum daemonum peruersitatem atque fallaciam, per quos et magicae artes humanas mentes decipiunt, quia prodidit doctrina

1 sic] si *A* 3 intellegetur *H* hac (a *m. 2 in ras.; fuisse uid.* ae) *P* haec *EHRM* (*m. 2* hac) *AC* addita] addita religione *A* 4 cuius lex caritas *om. RM* (*m. 1 ? s. u. add.*) *super* modus *m. 2* uiuendi *A* modos, *m. 1 corr.* modus *M* 5 quas *A* risum *R* risu, *m. 2* non risu *MC* putet] non putet *edd.* 6 maicarum, *m. 2* magicarum *P* |****perissimos (*m. 1 corr.* peritissimos) *P* 7 quamquam—sit *om., m. 2 in marg. add. H* tolerabilis *D* 8 quam conparant *D* 9 meli, *m. 2* melior *H* melius *ER* ē *in ras. m. 1 M* 11 fabulosa sunt] fabula* (s *eras. et supra m. 2* ē) *P* laudant, *m. 1 corr.* laudent *E* 12 licentiosam *om., m. 2 in marg. add. H* 13 probra deorum *P* confixit *D* 15 plura essent *edd.* nomina *ERMA a e* 16 exhibere *ER* habebant, *m. 2* iubebant *CP* qui, *m. 2* que *H* auditores, *m. 1 corr.* cultores *M* 17 quod] qua *E* quam *R* uidere *ER* saltem uiderent *edd.* ipsi inquiunt sunt *edd.* 18 ipsi] sibi *H* 19 istum *H* 20 et] in *D* 21 artis *DH* (i *in ras.; fuit* e) qua *A* christiana doctrina *edd.*

Christiana, quia mundo uniuerso patefecit, quia sanctos angelos ab eorum malignitate distinxit, quia cauendos potius et quem ad modum cauerentur admonuit, rei publicae dicitur inimica, quasi non, si omnino per istos esset temporalis obtinenda felicitas, quaelibet potius fuerat infelicitas eligenda. sed neque hinc deus uoluit dubitari, qui primum populum unum deum uerum colentem deos autem falsissimos contemnentem, quam diu oportuit testamentum uetus, ubi uelamentum testamenti noui est, obumbrari, tanta rerum terrenarum felicitate honestauit, ut quiuis intellegat nec ipsam esse in daemonum potestate sed in illius unius, cui angeli seruiunt, quem daemones contremescunt.

19 Apuleius enim, ut de illo potissimum loquamur, qui nobis Afris Afer est notior, non dico ad regnum sed ne ad aliquam quidem iudiciariam rei publicae potestatem cum omnibus suis magicis artibus potuit peruenire honesto patriae suae loco natus et liberaliter educatus magnaque praeditus eloquentia. an forte ista ut philosophus uoluntate contempsit, qui sacerdos prouinciae pro magno fuit ut munera ederet uenatoresque uestiret et pro statua sibi apud Oeenses locanda, ex qua ciuitate habebat uxorem, aduersus contradictionem quorundam

11 Iac. 2, 19

1 angelos sanctos *edd.* 2 distinsit *D* cauendus *M* (*corr.* cauendos) *P* (*m. 2* cauendos) potis *C* que *D* 3 publicae] p//// (ae *eras. uid.*) *E* 4 per istos] peritos *E* p̄sto (p *ras. ex* p) *M* per ista *A* 5 ptius *A* adlegenda *D* 6 dubitare *ER* uerum deum *ER edd.* 7 uolentem *ER* 8 uetus testamentum *edd.* 9 honustauit *A* 10 ipsa *DER* 11 illis, *m. 2* illius *C* cui] cuius *C* quos *HMACP* 14 notitior *C* ne] nec *ERCP* ali•quam (*fuit* ã) *H* 15 iudicariam *EH* (*corr.* iudiciariam) publicae] p̄ *E* 16 magicis artibus] magestatibus, *m. 2* magistratibus *et a. m. supra* magicis artibus *M* maiestatibus *A* 17 et] est *D* est et *P* ducatus *DE* edocatus, *m. 1 corr.* educatus *M* 18 qui] quia *MA* 19 •ederet (h *eras.*) *P* benatoresque *D* 20 statuas *R* obienses *D* ocensis *ER* | o•ensen (*fuitne* e *?*) *P* Coenses *edd. praeter r* locandam *D* ex qua ciuitatem *E* 21 contradicionem *B* contra ditionem, *m. 1 corr.* contradictionem *M* contradictionē (ē *in ras. m. ut uid. 1*) *P*

ciuium litigaret? quod posteros ne lateret, eiusdem litis orationem scriptam memoriae commendauit. quod ergo ad istam terrenam pertinet felicitatem, fuit magus ille, quod potuit. unde apparet nihil eum amplius fuisse, non quia noluit. sed quia non potuit. quamquam et aduersus quosdam, qui ei magicarum artium crimen intenderant. eloquentissime se defendit. unde miror laudatores eius, qui eum nescio qua fecisse miracula illis artibus praedicant, contra eius defensionem testes esse conari. sed uiderint, utrum ipsi uerum perhibeant testimonium et ille falsam defensionem. illud, si sapiunt, adtendant, qui magicas artes non utique nisi pro felicitate terrena uel damnabili curiositate conquirunt uel ab eis innocentes periculosa tamen eas admiratione conlaudant, et uideant Dauid nostrum sine ullis talibus artibus ex pastore ouium peruenisse ad regiam dignitatem, cuius et peccata et merita fidelis scriptura non tacuit, ut sciremus, et quibus modis non offenderetur deus et quibus modis placaretur offensus.

Quantum autem adtinet ad miracula, quae humanis sensibus stupenda monstrantur, multum errant, qui prophetis sanctis miraculorum magnorum nobilitate praestantibus magos comparant. quanto magis, si eos comparent Christo, quem prophetae illi, quibus magi quilibet nullo modo sunt comparandi, praenuntiauerunt esse uenturum et secundum carnem, quam sumpsit ex uirgine, et secundum diuinitatem, qua numquam separatur a patre!

1 litigarent *D* aposteros *A* lites oratione scribtam *D* 3 fuit *om. C* magnus *EP* (n *m. 2 exp.*) potuit] potuit ille (ille *m. 2 del.*) *M* 4 appareret *DHM* (re *m. 2 del.*) *AP* (re *eras.*) nichil cum *C* eum nihil *edd.* fecisse *D* 7 qua, *m. 2* quae *M* quae *AC edd.* que *sed* e *in ras.* (*m. 1?*) *P* 9 uerum ipsi *edd.* testimonia *H* 11 quia *ER* artis *H* 12 eis] eo *D* 13 et uideant *om. MA* 14 talibus] tabulis *E* pernenire *HM* (*m. 2* peruenisse) *ACP* 15 fideli *R* 16 tacui *D* non *eras. H om. A* 17 placeretur *ER* 18 humani *R* 19 stupenda] et stupenda *H* multum] multum enim *M* (enim *m. 2 del.*) *A* erant, *m. 1 corr.* errant *E* 20 magiorum *A* prantibus *C* 21 conparant, *corr.* conparent *D* quam *E* 22 praenuntiarunt *DER* 23 et] si *R* 2· qua, *m. 2* que *C*

Video me fecisse prolixissimam epistulam nec tamen de Christo dixisse omnia, quae uel eis, qui uel . . . . . tardiore ingenio diuina non ualent adsequi, uel eis, quos, licet acute moueantur, contentiosum tamen studium et praeoccupatio diuturni erroris ab intellegendo impedit, possint utcumque sufficere. uerum tamen cognosce, quid eos contra moueat, atque rescribe, ut uel epistulis uel libris, si adiuuerit deus. ad omnia respondere curemus. sis in domino felix gratia et misericordia eius, domine eximie et merito insignis, carissime ac desiderantissime fili.

CXXXIX.

DOMINO MERITO INSIGNI MULTUMQUE CARISSIMO AC DESIDERANTISSIMO FILIO MARCELLINO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Gesta, quae promisit praestantia tua, uehementer expecto et in ecclesia Hipponiensi iam iamque cupio recitari ac, si

1 uideo] ad ideo *R* ideo *E* proliximam *E* (*m. 2* prolixisimam) *RM* (*m. 2* prolixissimam) *P* (*supra* imam *m. 2* ℓ am) 2 uel *post* qui *m. 2 exp. M om. edd.; lacunam significaui* 3 tardiori *MA* qui *HMACP edd. praeter Mign.* licet] hic et *R* 4 moueatur, *m. 2* moueantur *H* praeoccupati diuturnis (s *m. 1 exp.*) *E* 5 ab] ad *R* possit *ER* sufficere utcumque possint *edd.* 7 si *om. M* (*m. 2 add.*) *A* adiuuaret *R* 8 ad *om. D* sis—fili *om. ER* 9 exime, *m. 2* eximie *H* 10 desiderantissimo, *m. 2* desiderantissime *H* desideratissimae *A* filii *D*

P = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
*P*¹ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
S = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*P*² = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
F' = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P*³ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*P*⁴ = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
R = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

12 *Inscriptio om., in marg. m. 1 add. P* 14 salute *P*⁴ 16 ipponensi *MFA* ypponensi (*l. cum ~ eras.*) *P*³ Hipponensi *edd.* iam *om., m. 2 add. P*³

fieri potuerit, per omnes ecclesias etiam in dioecesi constitutas. ut audiant homines pleneque agnoscant confessores iniquitatis non dei timore extorquente paenitentiam sed iudiciaria diligentia crudelissimorum pectorum aperiente duritiam siue illorum, qui de homicidio et de excaecato ac debilitato presbyteri corpore ....., siue illorum, qui se illa scire potuisse, quamuis sibi dicerent displicere, negare non ausi sunt refugientes catholicam pacem, uelut ne criminibus polluantur alienis, et in illo schismatis sacrilegio inter sceleratorum tam immanium tantam multitudinem perdurantes, siue etiam illorum, qui se inde non recessuros etiam demonstrata sibi catholica ueritate et Donatistarum peruersitate dixerunt. non est leue, quod deus agi uoluit per operam tuam. utinam tales eorum causas crebras sic audias et facinora eorum atque insana pertinacia sic saepe prodatur eademque publicata gesta in omnium notitiam perferantur! quod autem scripsit eximietas tua dubitare te, utrum in Theoprepia debeas eadem gesta iubere proponi, fiat, si potest illuc frequens confluere multitudo; alioquin alius locus celebrior prouidendus est, non tamen ullo modo praetermittendum.

1 etiam per omnes ecclesias PP^1SP^4 *m* diocesi $PP^1SP^2MAP^3R$ diocensi (n *m. 2 exp.*) P^4 odio caesi *F* nostra dioecesi *edd. praeter m* 2 cognoscant PP^1SP^4 4 peccatorum PP^2AP^3 aperiente duritiam siue illorum *om.* P^1 (*m. 2 in marg. add.*) *S* 5 de homicidio—illorum qui *om. R* exaecato, *m. 2* excaecato P^2 corpore confessi siue *edd.; lacunam significaui* 6 qui se] quae si, *m. 2* quai (*sic!*) si *M* q: (= que) si *F* potuisse/// (*parua ras.*) *P* potuisset, *m. 2* potuissent *M* 7 non * P^2 8 catholicam, *m. 2* ad catholicam *S* cum catholicam *R* et] ut P^1 (*m. 2* et) *S* (*m. 1? corr.* et) 9 illos (s *exp.*) *F* 10 tantum multitudinem P^2 tanta multitudine *MFAR* 11 demonstratas ibi. *m. 2* demonstrata sibi P^1 13 opera tua PP^1SP^4 crebas, *m. 1 corr.* crebras *M* crebras et sic (et *del.*) P^2 15 prodatur, *m. 2* prodantur P^4 prodantur *P* prod•atur (i *eras.* ?) P^1 prodiatur, *m. 2* prodatur *S* in *om. MFA* notitia *MFAR* 16 eximia etas, *m. 2* eximietas *M* dubitare te] dubitaret *M* (*m. 1 corr.* dubitare) *F* dubitare (*om.* te) *R* 17 theopropria $MFAP^3R$ *a f r* theopropia *e l* 18 illud, *m. 1 supra* illuc *M* 19 celeberrior P^2 nullo *MFAR* praetermittendum, *m. 2* praetermittendus P^1

2 Poena sane illorum quamuis de tantis sceleribus confessorum rogo te ut praeter supplicium mortis sit et propter conscientiam nostram et propter catholicam mansuetudinem commendandam. ipse enim fructus ad nos peruenit confessionis illorum, quia inuenit ecclesia catholica, ubi suam erga atrocissimos inimicos seruet atque exhibeat lenitatem. in tanta quippe crudelitate, quaecumque praeter sanguinem uindicta processerit, magna lenitas apparebit. quod etsi modo quibusdam nostris illa atrocitate commotis uidetur indignum et quasi dissolutionis et neglegentiae simile, transactis tamen motibus animorum, qui recentioribus factis solent turbulentius excitari, egregie luculenta bonitas apparebit et ob hoc magis eadem gesta legere atque ostendere delectabit, domine merito insignis multumque carissime ac desiderantissime fili. ibi est sanctus frater et coepiscopus meus Bonifatius et per diaconum Peregrinum, qui cum illo perrexit, commonitorium direxi; sic habe tamquam praesentiam meam et, quod uobis in commune pro ecclesiae utilitate placuerit, hoc adiuuante domino fiat, qui potens est misericorditer opitulari in tantis malis. modo Macrobius, episcopus eorum, stipatus cuneis perditorum utriusque sexus hac atque illac circuit, aperuit sibi basilicas, quas possessorum quantuluscumque timor clauserat. praesente autem procuratore

2 roga *P* propter et *PP*^{1} (*m. 2* et propter) *SP*^{2}*P*^{4} 3 propter *om. PP*^{1} (*m. 2 add.*) *SP*^{2}*P*^{4} mansuetudinem *om. P*^{1} (*m. 2 post* commendandam *add.*) *S* (*m. 2* fidem *add.*) 4 ipse, *m. 2* iste *S* 6 in tanta quippe credulitate *M* (*m. 2* crudelitate) *FA* in tantam quippe crudelitatem *P*^{2}*P*^{4} in tantum (*m. 2* tantam) quippe crudelitatem *P*^{1}*S* in tantam quippe credulitatem *P* 11 solent** *A* egregiae *P*^{2}*MFAR* egregia et *PP*^{1}*SP*^{4} 12 ab, *m. 2* ob *P*^{1} relegere *A* 13 delectauit. *m. 2* delectabit *P*^{1} inmerito (in *m. 2 del.*) *M* 14 ac] atque *PP*^{4} desiderantissimi *A* 16 sic] quod sic *edd.* habe** (*fuit* re) *A* habete *PSP*^{4} habeto, *m. 2* habeto illum *P*^{1} tamquam, *m. 2* tamquam ante *P*^{4} tamquam ante *P* 17 quod et, *m. 2* et quod *P*^{1}*S* quod et *PP*^{4} 19 modo / (*parua ras.*) *P*^{2} 20 eorum, *m. 2* eorum qui *P*^{3} stipatus *P*^{2} cũ eis, *m. 2* cuneis *M* huc atque illuc *PP*^{4} hac atque hac illa *FA* 21 circũit (~ *m. 2 ?*) *P*^{3} circumit *P*^{1} (*m. 2* circumiens) *R edd.* aperuitque *f l r m* 22 autem *om., m. 1 add. R*

uiri clarissimi Celeris Spondeo, quem tuae dilectioni commendaui multumque commendo, utcumque eorum frangebatur audacia. nunc uero, posteaquam Carthaginem profectus est, etiam in fundis ipsius basilicas aperuit, populos congregat. cum ipso est etiam ille Donatus, diaconus rebaptizatus, cum fuerit colonus ecclesiae, qui uersatus est in illa caede praecipuus. qui tales non cum eo sunt, quando et ille cum ipso est? si pro consule uel simul ambo in illos estis sententiam prolaturi et forte ille persistit uelle gladio uindicare, quamquam sit Christianus et, quantum aduertere potuimus, non sit ad haec cruenta procliuis, tamen, si necesse fuerit, etiam gestis iubete allegari epistulas meas, quas de hac re singulas uobis mittendas putaui. soleo enim audire in potestate esse iudicis mollire sententiam et mitius uindicare quam leges. si autem nec litteris meis ad hoc consenserit, hoc saltem praestet, ut in custodiam recipiantur. atque hoc de clementia imperatorum impetrare curauimus, ne passiones seruorum dei, quae debent esse in ecclesia gloriosae, inimicorum sanguine deho-

1 uiri clarissimi, *m. 2* uiro clarissimo P^1 uir⁎ clarissim (*sic!*) P uc P^2 Celeris Spondeo] aetegi spes in dō PSP^4 etegi spes in dō P^1 tua dilectionis P^1 (s *eras. m. 2* tuae) S (*m. 2* tuae dilectioni) 2 frangebatur eorum R 3 carthagine PP^1 (*m. 2* carthaginē) P^4 4 apparuit, *m. 1 corr.* apperuit M congregat, *m. 2 supra* congregauit P^1 5 etiam est *edd.* baptizatus A 7 talis M (*corr.* tales) F com P^1 (*ras.* cum) F (*m. 1 corr.* cum) ille] ipse M 8 pro consule (e *exp.*) P^1 pro consul⁎ P^3 proconsul *edd.* in illo estis sententiam PP^1 (*m. 2* illū) P^4 de illo estis sententiam P^2 in illū estis sententiā P^3 in illos est essentia MF in illorum essentia A essentia in illos est R 9 p////// (*ras. 2—3 l.*) || laturi P^3 illi F persistit, *m. 2* persistet P^1 gaudio (u *eraso m. ut uid. 1* gla⁎dio) P^2 uindicare, *m. 2* uindicari P^4 uindicari PMF^1A 11 cruciamenta PP^1SP^4 *m* procliuus A 12 ⁎allegari P^2 allegari, *m. 2* alligari P alligari $MFAP^3$ (*m. 2* allegari) R 13 mittendas uobis M putaui] putendas (*m. 1 del.*) putaui F solo A 14 leges] iubeant leges $f\,l\,r\,m$ 15 litteras, *m. 2* litteris M 16 in custodia R recipiantur (n *m. 2 exp.*) P^4 recipiatur P utque P^1 (*m. 2 ?* atque) S (*m. 2* atque) hoc *om. A* per hoc P^3 imperatoris *edd. praeter m* 17 curauimus, *m. 2* curabimus P^1S curabimus P^3R *edd.* curamus MF^1A nec (c *m. 1 exp.*) F 18 in ecclesia *om. R* głae R

nestentur. scio enim in causa clericorum Anaunensium, qui occisi a gentilibus nunc martyres honorantur, imperatorem rogatum facile concessisse, ne illi, qui eos occiderant et capti iam tenebantur, poena simili punirentur.

3 Libros de baptismo paruulorum, cum iam codicem ipsum praestantiae tuae misissem, cur abs te rursus acceperim, oblitus sum, nisi forte, cum inspicerem, mendosos eos repperi et emendare uolui, quod mirabiliter impeditus adhuc usque non feci. epistulam quoque ad te scribendam et his adiungendam, quam, cum ibi essem, iam dictare coeperam, paulo addito sic esse inperfectam scias. si autem rationem omnium dierum et lucubrationum aliis necessitatibus inpensarum tibi possem reddere, grauiter contristatus mirareris, quanta me distendant. quae differri omnino non possunt, nec agere illa permittant, in quae me petendo et admonendo urgues uolentem et ineffabiliter, quia non possum, dolentem. cum enim ab eorum hominum necessitatibus aliquantulum uaco, qui me sic angariant, ut eos nullo modo liceat euitare nec contemnere oporteat, non desunt, quae dictanda praepono sic in articulis temporum constituta, ut dilationem non ferant, sicut mihi fuit breuiatio

1 anabnensium PP^1SP^4 amunensium A 2 nunc] nec M imperatorem *sed* rem *in ras.* (*m. 1 ?*) P^3 imperatorem, *m. 2* imperatorum P 3 capti iam] captiuam F captiuos A 4 tenebant A 6 prorsus, *m. 2* rursus P^1S prorsus PP^4 8 emendare, *m. 1 corr.* emendari F emendari P^2P^4 (*m. 2* emendare) cum emendare R mirabiter, *m. 1 corr.* mirabiliter F imperitus M (*m. 1 corr.* impeditus) FAP^3 (*corr.* impeditus) R 9 feci. (t *eras.*) P^2 caepi MFA adiungendum, *m. 2* adiungendam M 10 essē (~ *m. ut uid. 2*) P^1 essem (m *m. 1 del. uid.; m. 2 supra* e *add.* ~) P^4 paululo P^1SP^4 paululum P audito P^2 11 inperfectum P ratione A derum, *m. 1 corr.* dierum M 12 inpensarum | ut tibi P^2 possim, *m. 2* possem P^4 14 nec agere] negare MFR 15 urgues (*post.* u *exp.*) P^1 urges P^3 argues $PMAP^4$ arguis F uolentes MA 16 quia non] qui cogi non A possum (m *ras. et corr.; fuitne* nt *?*) P^3 possunt A 17 angarizant P^2 18 oporte at (*parua ras.*) P^3 19 praepono. *m. 2* ł propono P^3 repono PP^1SP^4 20 dilectionem PA nō. f.erant (u *eras.*) P^2

gestorum conlationis nostrae satis operosa, cum uiderem neminem se uelle tanto aggeri litterarum legendo committere, sicut mihi fuit etiam epistula ad ipsos laicos Donatistas de hac eadem conlatione nostra, quam modo aliquot lucubrationibus terminaui, sicut epistulae duae non breues, una ad dilectionem tuam, altera ad uirum inlustrem Volusianum, quas uos accepisse iam credo, sicut nunc in manibus habeo librum ad Honoratum nostrum de quaestionibus quibusdam quinque, quas mihi proposuit et per litteras intimauit, cui non continuo respondere uides quam minime oporteat. caritas enim, quae tamquam nutrix fouet filios suos, non ordine amandi sed ordine subueniendi infirmiores fortioribus anteponit, quos tales uult esse, quales iam illi sunt, quos non contemnendo sed de his confidendo interim praeterit. tales ergo mihi necessitates dictandi aliquid, quod me ab eis dictationibus impediat, quibus magis inardesco, deesse non possunt, cum paululum spatii uix datur inter aceruos occupationum, quibus nos alienae uel cupiditates uel necessitates angariatos trahunt, et, quid faciam, prorsus nescio.

Audisti, unde mecum dominum depreceris; sed etiam quod tam instanter et tam crebro me admones, nolo cesses non

1 gestolorum *MFA* consolationis P^3 operiosa *R* 2 uelle• (t *eras.*) P^3 uel *MFA* 4 consolatione P^3 quam] quo *MFA* aliquot, *m. 2* aliquod *P* aliquod *S* aliquid *MFA* 5 tuae P^1S (*m. 2* duae) 6 inlustrem] in P^2 quam PP^1SP^4 uos *ras. et corr. ex* nos P^1 nos, *m. 2* uos *S* 9 per *om.* PP^1SP^4 litteras, *m. 2* litteris P^4 litteris P^1S cui ut non continuo responderem P^1S cui ut continuo responderem PP^4 (*post.* c *m. 2 corr. aut inductum*) 11 non *exp. A* amandi sed ordine *om. A* 12 infirmores, *m. 1 corr.* infirmiores P^1 13 illi iam P^3 contemnendos P^2 14 confitendo, *m. 2* confidendo P^1SAP^3 confitendo $PMFP^4R$ *a e* interit (*postr. l. exp.*) *M* praeteriit PP^4 ego P^3 15 dictanti P^3 quod] quo PP^1S (*m. 1 ? corr.* quae) P^4 impediant PP^1SP^4 quibus] qui dū *M* 17 alieni. *corr.* aliene *M* alienam *F* 18 cupiditates (e *ex corr. m. 2*) *P* cupitates *F* angariatus (*m. 1 corr.* angariatos) trahunt P^1 angariato• (s *eras.*) strahunt *F* 20 mecum] cum, *m. 2* mecum P^1S cum P^4 tum P^3 21 ammones• (s *in ras.*) *F* nolo//// (*ras. 1—2 l.*) *A*

nihil agens. commendo etiam ego excellentiae tuae ecclesiam in Numidia constitutam, propter cuius necessitates sanctus frater et coepiscopus meus Delphinus a fratribus et coepiscopis meis ibi conlaborantibus et compericlitantibus missus est. nec de hac re plura scribo, cum ipsum praesentem sis auditurus. cetera in commonitoriis inuenies. quae ad presbyterum misi siue modo siue per diaconum Peregrinum, ne mihi ea totiens iterare necesse sit. semper in Christo cor tuum uigeat et gaudeat, domine merito insignis multumque carissime ac desiderantissime fili. filium nostrum Rufinum, Cirtensem principalem, commendo eximietati tuae.

1 ages, *m. 2* agens P^1 agis PSP^4 2 numidiă M (~ *eras.*) F numidiam PAP^4 4 mei, *m. 2* meis P^1 periclitantibus PP^4 ne, *m. 2* nec P^1S 5 scribam PP^1 (*m. 2* scribo) SP^4 ipso praesentem MA ipso praesente F 6 communitoriis, *corr.* commonitoriis M commutoriis, *m. 1 corr.* commonitoriis P^1 ad *om.*, *m. 2* per *add.* P msi, *m. 2* misi P^1 8 et gaudeat *om.* $MFAP^3R$ *edd.* 10 circensem M certensem A 11 eximiaeti, *m. 1 corr.* eximiaetati M eximietate F (*m. 1 corr.* eximietati) P^4 (*m. ut uid. 1 corr.* eximietati)

CXL.

LIBER DE GRATIA NOVI TESTAMENTI AD HONORATUM.

1 Quinque mihi proposuisti pertractandas quaestiones atque soluendas, dilectissime mi frater Honorate, hinc inde raptas, sicut te uel legentem mouere uel cogitanti tibi in mentem uenire potuerunt, et in conspectum meum fusas quodam modo. quarum solutionem si uelim disserendo ordinare, non ut carptim, sicut propositae sunt, de singulis disseram, sed uno quodam tenore sermonis eas inter se conectam atque contexam, difficile

L = *cod. Laudunensis 129 s. IX.*
O = *cod. Audomaropolitanus 254 s. IX—X.*
R = *cod. Reginensis 331 s. X; deest initium usque ad p. 164, 25* (eam).
G = *cod. Sangallensis 148 s. XI.*
N = *cod. Atrebatensis 945 (350) s. XII; desunt:*
initium usque ad p. 167, 11 (carnis);
p. 170, 3 (cordibus) — *172, 20* (quando);
p. 193, 2 (enim) — *195, 26* (polli.....);
p. 199, 3 (sed time) — *201, 22* (a tuo);
p. 202, 20 (id est) — *204, 21* (castus);
p. 219, 7 (psalmo) — *222, 7* (deus)
T = *cod. Trecensis 201 s. XII.*

Eugippi excerpta (ed. P. Knoell):
p. 1080, 9 — 1082, 8 = p. 175, 5—177, 16;
p. 696, 21 — 701, 7 = p. 200, 5 (timore) *— 204, 23;*
p. 701, 12 — 705, 8 = p. 207, 23 (merito) *— 212, 6* (gaudentium)

Liber beati augustini de gratia noui testamenti ad honoratum. incipit prologus *L* incipit liber sancti augustini de gratia noui testamenti ad honoratum *O* incipit liber augustini episcopi de gratia noui testamenti ad honoratum *G* incipit liber aurelii augustini episcopi de gratia noui testamenti ad honoratum *T; in L et G deinceps sequitur atque praemissum est ipsi epistulae Retract. l. II c. 36*

Eugippius: Ex libro de gratia noui testamenti ad honoratum

Inscriptio epistulae deest, nisi quod G habet: Augustinus episcopus Honorato 5 uelle gentem. *m. 2* uel legentem *G* tibi cogitanti *T* mente *LO* 8 positae *GT* 9 contextam *O*

opus uidetur. et tamen puto facilius eas solui, si hoc fecero. inuicem quippe adiuuabunt, si altera pendebit ex altera, donec omnes ueniant in seriem disputationis non singillatim separatis locis, quasi unaquaeque in sua priuata intentione habitet, sed unum aliquid intuentes et unum conlaborantes sociali ratione et indiuidua ueritate.

Voluisti ergo et scripto commonuisti exponi atque aperiri tibi, quid sibi uelit uox illa domini: Deus meus, deus meus, ut quid me dereliquisti? et quid sit, quod ait apostolus: Ut in caritate radicati et fundati praeualeatis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo et longitudo et altitudo et profundum, et quae sint quinque uirgines stultae quaeue sapientes et quae sint tenebrae exteriores et quo modo intellegendum sit: Verbum dei caro factum est. hae sunt certe quinque tam breuiter a me commemoratae quam abs te propositae quaestiones. proinde, si placet, addamus et sextam et illud potissimum requiramus, quae sit gratia testamenti noui. hanc illae omnes intueantur et in hanc, ut opportune quaeque potuerit, opus suum conferat nobis non eo scilicet ordine, quo eas et tu proposuisti et ego recolui, sed unaquaeque cum fuerit necessaria, uelut uocata respondeat et officium sui operis impleat. ergo ita nascatur exordium.

II 3 Est quaedam uita hominis carnalibus sensibus implicata, gaudiis carnalibus dedita, carnalem fugitans offensionem uoluptatemque consectans. huius uitae felicitas temporalis est, ab

8 Ps. 21, 2; Matth. 27, 46; Marc. 15, 34 10 Eph. 3, 18 12 Matth. 25, 2 13 Matth. 8, 12; 22, 13 14 Ioh. 1, 14

5 ut *G* 6 caritate *O* 7 admonuisti *G* aperire, *corr.* aperiri *L* 9 apostolus ait *edd.* 11 compraehende, *m. 2* compraehendere *L* latitudo longitudo altitudo *edd.* 12 sunt *T* 13 uirgines quinque *edd.* 15 dei *om. T l r m sec. sacr. litt.* hae sunt *T* 18 sit *L* noui testamenti *edd.* omnes illae *edd.* 19 intuantur, *m. ut uid. 1 corr.* intueantur *O* potuerit *om. O* 22 operis *om. T* 23 ergo] et eis *O* 24 sensibus] fas sibus *O*

hac uita incipere necessitatis est, in ea persistere uoluntatis. in hac quippe ex utero matris infans funditur, huius offensiones, quantum potest, refugit, huius appetit uoluptates, nihil amplius ualet. sed posteaquam uenerit in aetatem, qua in eo rationis usus euigilet, poterit adiuta diuinitus uoluntate eligere alteram uitam, cuius in mente gaudium est, cuius interna atque aeterna felicitas. inest quippe homini anima rationalis, sed interest, eiusdem rationis usum quonam potius uoluntate conuertat, utrum ad bona exterioris et inferioris an ad bona interioris superiorisque naturae, id est, utrum ut fruatur corpore et tempore, an ut fruatur diuinitate atque aeternitate. in quadam quippe medietate posita est infra se habens corporalem creaturam supra se autem sui et corporis creatorem.

4 Potest igitur anima rationalis etiam temporali et corporali felicitate bene uti, si non se dederit creaturae creatore neglecto, sed eam potius felicitatem fecerit seruire creatori, qui et ipsam suae bonitatis abundantissima largitate donauit. sicut enim bona sunt omnia, quae creauit deus, ab ipsa rationali creatura usque ad infimum corpus, ita bene in his agit anima rationalis, si ordinem seruet et distinguendo, eligendo, pendendo subdat minora maioribus, corporalia spiritalibus, inferiora superioribus, temporalia sempiternis, ne superiorum neglectu et appetitu inferiorum, quoniam hinc fit ipsa deterior, et se et corpus suum mittat in peius, sed potius ordinata caritate se et corpus suum conuertat in melius. cum enim sint omnes substantiae naturaliter bonae, ordo in eis laudatus honoratur, peruersitas culpata damnatur. nec efficit anima peruerse utens

1 uoluntas ē in *G* 2 hāc *T* offensionē | *O* 3 appetat *O* 5 in|uigilet *O* 7 felicitas ē inest *T* homini racionalis uis sed *T* 8 usu quonam potius uoluntatem *edd.* 10 superiorisue *G* utrum ut] utrum *T* 16 eam *ras.*, *fuit* etiam *L* 17 largite, *m. 2* largitate *L* 18 creaui, *m. 2* creauit *L* 19 agit anima rationalis in his *G* agit in his anima rationalis *T edd.* 20 rationalis (alis *in ras. m. ut uid. 2*) *L* 21 maiora minoribus *G* 22 neglectu, *m. 2* neglecto *L* 24 in peius] impeius *O* 25 sint omnes *bis*, *alterum del. T* 27 damnatur] laudatur *G*

creaturis, ut ordinationem effugiat creatoris, quoniam, si illa male utitur bonis, ille bene utitur etiam malis ac per hoc illa peruerse bonis utendo fit mala, ille ordinate etiam malis utendo permanet bonus. qui enim iniuste se ordinat in peccatis, iuste ordinatur in poenis.

5 Volens itaque deus ostendere etiam terrenam temporalemque felicitatem suum donum esse nec aliunde nisi ab ipso sperari oportere prioribus saeculi temporibus dispensandum iudicauit testamentum uetus, quod pertineret ad hominem ueterem, a quo ista uita necesse est incipiat. sed illae felicitates patrum dei beneficio concessae praedicantur quamuis ad istam uitam transitoriam pertinentes. illa quippe terrena munera in manifesto promittebantur et tribuebantur; in occulto autem illis omnibus rebus nouum testamentum figurate praenuntiabatur et capiebatur intellegentia paucorum, quos eadem gratia prophetico munere dignos fecerat. dispensabant ergo illi sancti pro congruentia temporis testamentum uetus, pertinebant uero ad testamentum nouum. nam et quando temporalem felicitatem agebant, aeternam ueram et praeferendam intellegebant et istam ministrabant in mysterio, ut illam consequerentur in praemio. et si quando patiebantur aduersa, ad hoc patiebantur, ut euidentissimo diuino adiutorio liberati glorificarent deum bonorum omnium largitorem non solum sempiternorum, quae pie sperabant, uerum etiam temporalium, quae prophetice gubernabant.

III 6 Cum autem uenit plenitudo temporis, ut gratia, quae occultabatur in uetere testamento, iam reuelaretur in nouo, misit deus filium suum factum ex muliere, quo nomine proprietate Hebraicae linguae omnis femina nuncupatur siue

26 Gal. 4, 4

7 illo *GT* 9 pertinet *O* 14 figurare, *m. 1 (?) corr.* figurate *T* 15 prophetia, *m. 1 (?) corr.* prophetię *G* 17 temporis testamentum uetus *om. O* 19 praeferendam] proferebant *O* 20 mysterio (ys *in ras. m. 1*) *L* ministerio *GT a* 22 liberati adiutorio *G* 23 omnium bonorum *edd.* 27 ueteri *GT edd.* 29 haebraeicae *L*

uiro intacta siue iam mixta. quem autem filium miserit fierique ex muliere uoluerit, quantus ille deus sit, qui hanc humilitatem pro salute fidelium suscipere dignatus fuerit, ut agnoscas, nunc adtende euangelium: In principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum; hoc erat in principio apud deum. omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil, quod factum est. in ipso uita erat et uita erat lux hominum et lux in tenebris lucet et tenebrae eam non comprehenderunt. hic ergo deus, uerbum dei, per quod facta sunt omnia, filius dei est incommutabiliter manens, ubique praesens, nullo clausus loco nec partiliter per cuncta diffusus, tamquam minorem partem habeat in minore loco et in maiore maiorem, sed ubique totus atque ita non absens etiam mentibus impiorum, quamuis eum non uideant, sicut nec ista lux uidetur oculis praesentata caecorum. lucet ergo et in tenebris talibus, quales apostolus significat, ubi dicit: Fuistis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino; sed eam tales tenebrae non comprehenderunt.

7 Suscepit itaque hominem, quem uidere homines poterant, ut sanati per fidem postea uiderent, quod tunc uidere non poterant. sed ne homo Christus eo ipso, quo uisibiliter apparebat, non crederetur et deus tantumque illi tribueretur quantum homini excellentissimae gratiae atque sapientiae, ideo fuit homo missus a deo, cui nomen erat Iohannes. hic uenit, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per eum. non erat ille lumen, sed ut testimonium perhiberet de lumine. tantus enim homo debuit

4 Ioh. 1, 1—5 17 Eph. 5, 8 24 Ioh. 1, 6—8

2 hanc humilitate *O* 11 ubique] et ubique *T* 12 particulariter *T* pro cuncta *O* 13 minori *edd.* in *om.*, *m. 2 add. L* maiori *edd.* 15 lux ista *G* 16 uideatur *OG* (a *del.*) et *om. G* 17 enim *om. G edd.* 21 sči (= sancti) *T* 23 et] ut *O* 25 homo *om. O* 26 uenit in testimonium ut testimonium *G edd. sec. sacr. litt.* 27 per illum *edd. sec. Vulg.* lux *G sec. Vulg.*

perhibere testimonium de illo, qui non tantum homo uerum etiam deus erat, ut in natis mulierum nemo exsurgeret maior Iohanne Baptista; sic enim ille, cui maior Iohannes testimonium perhibebat, intellegeretur hoc esse maior, quo non tantum homo sed etiam deus erat. lumen ergo et Iohannes sed tale lumen, quale testimonium perhibet ipse dominus dicens: Ille erat lucerna ardens et lucens, quod et discipulis suis dixit: Vos estis lumen mundi; atque ut ostenderet quale lumen. secutus adiunxit: Nemo accendit lucernam et ponit eam sub modio sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt; sic luceat lumen uestrum coram hominibus. istae similitudines datae sunt, ut, quantum possumus, intellegamus uel, si hoc nondum possumus, sine ulla dubitatione credamus animam rationalem non esse naturam dei — illa quippe incommutabilis est —, sed tamen eam posse participando inluminari; lucernae quippe accendi indigent et extingui possunt. ideo, quod dicitur de Iohanne: Non erat ille lumen, ad illud respicitur lumen, quod non participatione inluminatur, sed eius participatione inluminantur, quae ab illo inluminantur.

8 Denique sequitur: Erat lumen uerum, et tamquam quaereremus, quo modo discerneretur lumen uerum a lumine inluminato, id est Christus a Iohanne: Erat, inquit, lumen uerum, quod inluminat omnem hominem uenientem

2 Matth. 11, 11 7 Ioh. 5, 35 8 Matth. 5, 14—16 21; 23 Ioh. 1, 9

1 testimonium perhibere *T* 2 *post* ut *antiqua manus in marg. add.* de illo diceret *L* ut de illo diceretur quod *edd. praeter a e* 3 maiori *G m; om. cett. edd.* iohanne *T* 4 hoc esse intellegeretur *G* intelligetur, *m. 1 corr.* intelligeretur *L* maior *om. T* 5 et *om. T* 6 quali *G edd. praeter a e* 9 accendat, *m. 1 corr.* accendit *L* 10 ponet *O* supra *G* 11 lux uestra *G sec. Vulg.* 12 quoram (*sic!*) *L* 17 et *om. G* (*add. m. 2*) *T* 18 respiciatur (a *exp.*) *T* respicit *G edd. praeter l r* lumen *om. T* 19 non *om.*, *post* participatione *in marg.* (*m. 1 ?*) *add. T* participando *edd.* inluminatur (ur *exp.*) *L* eius, *m. 2* cuius *G*

in hunc mundum. si omnem hominem, ergo et Iohannem. atque ut magis ostendat huius diuinitatem longe praestantiore distantia: In hoc mundo, inquit, erat et mundus per eum factus est et mundus eum non cognouit. non mundus, qui per eum factus est, eum non cognouit, neque enim habet uim cognoscendi eum nisi rationalis creatura, quamuis etiam mundus iste uisibilis per eum factus sit, hoc est caelum et terra, sed mundum non cognoscentem increpando significauit infideles constitutos in mundo.

9 10 Deinde adiungit: In sua propria uenit et sui eum non receperunt, siue quia et ipsi infideles, in quantum homines sunt, eius sunt, per quem creati sunt, siue suos proprie Iudaeos intellegi uoluit, ex quibus naturam carnis adsumpsit. nec tamen omnes eum non receperunt; sequitur enim et dicit: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri credentibus in nomine eius, qui non ex sanguinibus neque ex uoluntate carnis neque ex uoluntate uiri sed ex deo nati sunt. haec est gratia noui testamenti, quod in uetere latuit nec tamen figuris obumbrantibus prophetari praenuntiarique cessauit, ut intellegat anima deum suum et gratia eius renascatur illi. haec quippe natiuitas spiritalis est, ideo non ex sanguinibus, non ex uoluntate uiri nec ex uoluntate carnis sed ex deo.

V 10 Haec etiam adoptio uocatur. eramus enim aliquid ante, quam essemus filii dei, et accepimus beneficium, ut fieremus, quod non eramus, sicut, qui adoptatur, ante, quam adoptaretur, nondum erat filius eius, a quo adoptatur, iam tamen erat, qui adoptaretur. et ab hac generatione gratiae discernitur

3 Ioh. 1, 10 10; 15 Ioh. 1, 11—13

2 ut magis] ut magis ut *O* 3 hoc (o *ex corr. m. ut uid. 1*) *L* per ipsum *O sec. Vulg.* 8 terram *LO* 11 et *om., m. 2 (?) add. T* 12 eius sunt *bis L* 19 ueteri *G* 20 pronuntiarique *T f l Mign.* anima] anima ei' (ei' *m. ut uid. 1 del.*) *T* 22 *pr.* non] ñee (ee *exp.*) *T* 23 nec] non *O* neque *edd.* 28 discernitur (*del.*) gratie discernitur *T* gratia *LG*

ille filius, qui, cum esset filius dei, uenit, ut fieret filius hominis donaretque nobis, qui eramus filii hominis, filios dei fieri. factus est quippe ille, quod non erat, sed tamen aliud aliquid erat et hoc ipsum aliquid uerbum dei erat, per quod facta sunt omnia, et lumen uerum, quod inluminat omnem hominem, et deus apud deum. nos quoque per eius gratiam facti sumus, quod non eramus, id est filii dei; sed tamen aliquid eramus et hoc ipsum aliquid multo inferius, hoc est filii hominum. descendit ergo ille, ut nos ascenderemus, et manens in sua natura factus est particeps naturae nostrae, ut et nos manentes in natura nostra efficeremur participes naturae ipsius, non tamen sic; nam illum naturae nostrae participatio non fecit deteriorem, nos autem facit naturae illius participatio meliores.

11 Misit itaque deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. nam legis sacramenta percepit, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, id est quos lex reos tenebat occidente littera, dum praeceptum non impleretur, antequam uiuificaret spiritus, quia caritas dei, quae praeceptum implet, diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. proinde cum dixisset: Ut eos, qui sub lege erant, redimeret, continuo subiunxit: Ut adoptionem filiorum reciperemus, ut uidelicet huius gratiam beneficii discerneret ab illa filii natura, qui missus est filius non adoptione factus sed semper genitus filius, ut participata natura filiorum hominum ad participandam etiam suam naturam

15; 21 Gal. 4, 4—5 18 II Cor. 3, 6 19 Rom. 5. 5

2 filii hominum *edd.; cf u. 9; 26; p. 163, 1* 3 quippe est *GT* aliquid aliud *OT edd.* 6 hominem uenientem in hunc mundum et deus *edd.* 7 non quod *O* 8 multo inferius aliquid *sed punctis corr. G* multo aliquid inferius *T* 9 uti *O* 10 natura sua *edd.* particeps factus est *O* princeps, *in marg. m. 1 corr.* particeps *T* 11 et *om. edd.* particeps *G* 13 facit] fecit *GT* 15 itaque *om. GT* muliere *T* 25 non per adoptionem *edd.* participata (ta *in ras. m. 2*) *T* 26 naturam suam *T*

adoptaret filios hominum. quapropter etiam cum dixisset: Dedit eis potestatem filios dei fieri, modumque adiunxisset, ne carnalis intellegeretur natiuitas, quod scilicet eis id praestiterit, qui credunt in nomine eius et per gratiam renascuntur spiritalem non ex sanguinibus neque ex uoluntate uiri neque ex uoluntate carnis sed ex deo, mox commendauit huius quasi uicissitudinis sacramentum. tamquam enim mirati tantum bonum non auderemus optare, statim subiunxit: Et uerbum caro factum est et habitauit in nobis, quod unum est ex quinque illis, quae tibi exponi uoluisti, tamquam diceret: O homines! nolite desperare uos fieri posse filios dei, quia et ipse filius dei, hoc est uerbum dei caro factum est et habitauit in nobis. reddite uicem, efficimini spiritus et habitate in illo, qui caro factus est et habitauit in nobis. neque enim iam desperandum est participatione uerbi fieri posse homines filios dei, quando filius dei participatione carnis factus est filius hominis.

12 Nos itaque mutabiles in melius commutandi participes efficimur uerbi; uerbum autem incommutabile nihil in deterius commutatum particeps carnis effectum est rationali anima mediante. neque enim homo Christus, ut Apollinaristae haeretici putauerunt, aut non habuit animam aut non habuit rationalem; sed more suo scriptura, ut Christi humilitatem magis ostenderet, ne carnis nomen quasi indignum aliquid refugisse uideretur, carnem pro homine posuit. neque enim, quia scriptum est: Videbit omnis caro salutare dei, animae ibi non sunt intellegendae. nihil proinde aliud dictum est: Verbum caro

2; 4; 9 Ioh. 1, 12—14 26 Es. 40, 5 sec. Septuag.; Luc. 3, 6

7 quasi huius *edd.* 9 habitauit *ex ras.*, *fuit* habitabit *T* 11 o *om. T* posse uos fieri *T* 13 reddite—in nobis *om. O* redite, *m. 2* reddite *T* 14 efficimini *G* 15 uobis *edd. praeter a r* 18 commutati *m* 20 participes *L* effectūs (s *exp.*) *T* 21 in, *m. 2* ut *T* 22 animum *O* 25 carne *L* 26 uidebit *ex corr. m. 1, fuit* uidit *L* 27 nihil proinde, *punctis corr.* proinde nihil *G* *post* est *ras. 20 fere l., quarum extremae erant* est *L*

factum est, quam si diceretur: Filius dei filius hominis factus est. qui cum in forma dei esset, sicut dicit apostolus, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo: neque enim usurpationis erat, ut rapina diceretur, sed naturae inerat, ut esset aequalis; semet ipsum tamen exinaniuit non formam dei amittens sed formam serui suscipiens; humiliauit semet ipsum factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis. uide, quem ad modum eundem hominem quem deum commendat, ut persona una sit, ne non trinitas sed quaternitas inducatur. sicut enim non augetur numerus personarum, cum caro accedit animae, ut sit unus homo, sic non augetur numerus personarum, cum homo accedit uerbo, ut sit unus Christus. legitur itaque: Verbum caro factum, ut intellegamus huius personae singularitatem, non ut suspicemur in carnem mutatam diuinitatem.

V 13 Itaque Christus homo, ut per eum reuelaretur noui gratia testamenti, quae non ad temporalem sed ad aeternam uitam pertinet, non utique terrena felicitate commendandus fuit. inde subiectio, inde passio, inde flagella, sputa, contumeliae, crux, uulnera et tamquam superato subiectoque mors ipsa, ut fideles eius discerent, quale pietatis praemium ab illo. cuius filii facti essent, petere atque sperare deberent, ne ad hoc pro magno seruiretur deo, ut terrenam felicitatem adipisci quaererent, qui seruirent ipsi, abicientes et conculcantes fidem suam aestimando eam mercede uilissima. unde beneficentissima prouidentia omnipotens deus terrenam felicitatem concessit et

2; 5; 6 Phil. 2, 6—8

3 rapina *LO* esse se aequalem deo *GT sec. Vulg.* 4 enim *om. m. 2 add. T* 5 exinaniuit tamen *G* 6 ammittens *LO* serui] di serui (di *del.*) *T* 8 uides *edd. praeter a e* 10 sit etiam filium hominis protestetur ne non *edd. praeter m* 11 accedit caro *edd.* 12 accedit homo *edd.* 14 factum est ut *GT edd.* 16 gratia noui *T* 18 ē fuit (ē *m. 1 del.*) *T* 20 etiāquam (iā *expuncto in marg. m. ut uid. 1* et tanquam) *T* 21 discernant *T* 23 quaerent, *m. 2* quaererent *L* 24 ipsi qui seruirent *G* ipsi qui seruirent ipsi *T* et] eam *T* 25 estimantes *T*

impiis, ne pro magno quaereretur a bonis. hinc ille psalmus septuagesimus et secundus inducit hominem paenitentem, quod aliquando corde non recto pro hac deo mercede seruierit, qua cum pollere atque excellere impios uideret, turbatus coeperat cogitare, quod deus humana non curet. et cum ab ista cogitatione eum sanctorum ad deum pertinentium reuocaret auctoritas, suscepit atque intendit agnoscere tam grande secretum, quod ei laboranti non patefactum est, donec intraret in sanctuarium dei et intellegeret in nouissima, hoc est donec accepto spiritu sancto disceret desiderare potiora et prospiceret, quae poena futura sit impiis, etiam qui faenea quadam temporaliter felicitate floruissent. hunc psalmum septuagesimum et secundum nocte, qua inlucescebat sollemnitas beatissimi Cypriani, per ministerium nostrum expositum lege et diligenter aduerte.

14 Proinde homo Christus idemque deus Christus, cuius misericordissima humanitate atque in cuius forma seruili discere deberemus, quid in hac uita contemnendum et quid in alia sperandum esset, in ipsa passione, in qua sibi eius inimici magni uictoresque uidebantur, suscepit uocem infirmitatis nostrae, qua simul crucifigebatur uetus homo noster, ut euacuaretur corpus peccati, et dixit: Deus, deus meus, ut quid me dereliquisti? et hoc unum de quinque propositis tuis. sic incipit psalmus uicesimus et primus, qui de passione ipsius et reuelatione gratiae, quam

3 Ps. 72, 1 8 Ps. 72, 17 21 Rom. 6, 6 22 Ps. 21, 2; Matth. 27, 46; Marc. 15, 34

3 deo pro hac *edd. praeter a e, in quibus* deo *deest* deseruerit, *m. 2* deseruierit *T* 8 intraret sanctuarium *edd.* 11 fęnea, *m. 2* fęnorata *G* 12 felicitate temporaliter *edd. praeter a e* 13 et *om. edd.* 14 misterium, *m. 2* ministerium *T* 16 idem (*om.* que) *T* 17 seruile, *m. 1 (?) corr.* seruili *L* serui *GT* 18 quia in hac, *m. 1 corr.* quid in hac *L* 22 euacueretur *R* et dixit] qua dix *m. 2, fuisse uid.* et dixit *O* deus meus deus meus *R edd.* 23 unum ẽ de *T* 24 propositis questionibus tuis *T* uicesimus primus *GT edd.*

fidelibus faciendis liberandisque adtulit, in prophetia tanto ante cantatus est.

VI 15 Proinde eundem psalmum, cuius prophetiam dominus ad se pertinere demonstrans primum uersum eius exclamauit, cum penderet in ligno, commemorando exponendoque percurram, ut ex hoc intellegas, quem ad modum gratia testamenti noui nec eo tempore tacebatur, quando in uetere uelabatur. dicitur enim ex persona Christi, quod ad formam serui adtinet, in qua nostra portabatur irfirmitas. dixit enim de illo et Esaias: Ille infirmitates nostras portat et pro nobis in doloribus est. ex huius igitur infirmitatis uoce, de qua Paulus in eo. quod petebat, non exauditus et ideo quodam modo derelictus audit tamen a domino: Sufficit tibi gratia mea; nam uirtus in infirmitate perficitur, ex uoce ergo huius infirmitatis nostrae, quam in se transfigurauit caput nostrum, dicitur in hoc psalmo: Deus, deus meus, respice me; quare me dereliquisti? in eo quippe derelinquitur deprecans, in quo non exauditur. hanc in se uocem transfigurauit Iesus, uocem scilicet corporis sui, hoc est ecclesiae suae a uetere homine in nouum hominem reformandae, uocem scilicet infirmitatis humanae, cui deneganda fuerant bona ueteris testamenti, ut bona noui testamenti optare atque sperare iam disceret.

16 In illis autem ueteris testamenti bonis ad ueterem hominem pertinentibus praecipue concupiscitur uitae huius productio temporalis, ut aliquanto diutius teneatur, quia semper non

9 Es. 53, 4 13 II Cor. 12, 9 16 Ps. 21, 2

1 tanto ante in prophetia *G* 2 cantantus *T* 3 prophetiam (a *ex ras. et corr. m. 1*) *L* 4 eius primum uersum *edd.* 9 nostra portatur *a e* portatur nostra *f l r* portabatur nostra *m* et de illo *edd.* 10 nostras] multorum *G* portauit *T sec. Vulg.* 12 non ẽ exauditus *T* 15 infirmitates, *m. 1 corr.* infirmitatis *L* 16 deus meus deus meus *edd. praeter a* me] in me *G edd. sec. Vulg.* 17 me *om., m. 2 add. G* 20 hominem *om. edd.* 21 humanae] nostrae *G T* suae humanae *edd.* 26 non semper *G T*

potest. ideo mortis diem omnes quidem adfuturum sciunt et eum tamen omnes aut paene omnes differre conantur, etiam qui post mortem se beatius credunt esse uicturos; tantam habet uim carnis et animae dulce consortium. nemo enim umquam carnem suam odio habuit et propterea non uult anima uel ad tempus ab eius etiam infirmitate discedere, quamuis eam se sine infirmitate in aeternum recepturam esse confidat. proinde mente seruiens legi dei carne autem trahens desideria peccati, quibus oboedire uetat apostolus, mentis quidem ratione concupiscit homo pius dissolui et esse cum Christo, sed id sensu carnis recusat et refugit et, si fieri possit, non uult expoliari sed superuestiri, ut absorbeatur mortale a uita, id est ut ab infirmitate ad inmortalitatem etiam ipsum corpus sine morte media transferatur.

17 Sed haec uerba, quibus humanus dies et uitae huius prolixitas concupiscitur, uerba sunt delictorum et longe sunt ab ea salute, cuius nondum rem sed iam spem gerimus, de qua scriptum est, quia spe salui facti sumus; spes autem quae uidetur, non est spes. ideoque et in isto psalmo cum dixisset: Deus, deus meus, respice me; quare me dereliquisti? continuo subiungit: Longe a salute mea uerba delictorum meorum, id est haec uerba delictorum meorum sunt et longe sunt ab illa salute mea, quam mihi non ueteris sed noui testamenti gratia pollicetur. quamquam etiam sic distingui potest: Deus, deus meus, respice me; quare

4 Eph. 5, 29 8 Rom. 7, 25 10 Phil. 1, 23 12 II Cor. 5, 4 18 Rom. 8, 24 20 Ps. 21, 2

1 mortis quidem diem omnes *GT* diem mortis omnes quidem *edd.* 3 qui *om.*, *m. 2 add. T* uicturos esse *G* tantum, *m. 1 corr.* tantam *G* 7 se in fine sine *m* 8 traens desidera, *m. 2 (?) corr.* trahens desideria *L* 9 oboediri *RT* 12 semper (*m. 2* super) uestiri *G* 13 mortale] quod mortale est *N m sec. Vulg.* ut *om. O* inmortalitatem] infirmitatem (in *exp.*) *T* 14 mor, *m. 1 (?) corr.* morte *L* 17 ea] illa *GT* 19 que *om.*, *m. 2 add. T* in *om.*, *m. 1 (?) add. G* 20 deus meus deus meus *edd. praeter a* me] in me *edd. sec. Vulg.* 21 subiecit *N* 23 ab illa salute mea sunt *edd.* 25 deus meus deus meus *edd. praeter a* me] in me *edd. sec. Vulg.*

me. dereliquisti longe a salute mea? tamquam diceret: Relinquendo me, hoc est non me exaudiendo longe factus es a salute mea praesenti scilicet salute huius uitae, ut alius sensus sit 'uerba delictorum meorum', id est ista, quae dixi, uerba sunt delictorum, quia uerba sunt carnalium desideriorum.

18 Haec Christus ex persona sui corporis dicit, quod est ecclesia; haec ex persona dicit infirmitatis carnis peccati, quam transfigurauit in eam, quam sumpsit ex uirgine, similitudinem carnis peccati; haec sponsus ex persona sponsae loquitur, quia uniuit eam sibi quodam modo. et apud Esaiam, ubi dicit: Sicut sponso alligauit mihi mitram et sicut sponsam ornauit me ornamento, 'alligauit mihi' et 'ornauit me' tamquam unius uox est et tamen sponsum et sponsam Christum intellegimus et ecclesiam. sed erunt duo in carne una. sacramentum magnum, dixit apostolus, in Christo et in ecclesia; igitur non iam duo sed una caro. si ergo caro una, profecto competenter etiam uox una. quid hic quaeris, humana infirmitas, uocem uerbi, per quod facta sunt omnia? audi potius uocem carnis, quae facta est inter omnia, quoniam uerbum caro factum est et habitauit in nobis; audi potius medicinae uocem, qua sanaris, ut uideas deum, quem tibi uidendum distulit, hominem autem uidendum adtulit, occidendum obtulit, imitandum contulit, credendum transtulit,

9 Rom. 8, 3 12 Es. 61, 10 sec. Septuag. 15 Eph. 5. 31—32: Matth. 19, 5 17 Matth. 19, 6 19 Ioh. 1, 3 21 Ioh. 1, 14

1 tamquam si diceret *G* 3 salute *om.*, *m. 2 add. T* uitae huius *N* 5 delictorum sunt *T* delictorum meorum quia *edd.* carnalium sunt *GT* 7 ex persona sui corporis Christus *edd.* 8 haec] et haec *G* 9 de *T* 10 loquitur sponsae *G* 14 uox est] uxorē *G* 15 et *om.*. *m. 2 add. G* 16 magnum] magnum ·ē· *N sec. Vulg.* dicit *T edd. praeter a e* et in *om. G* et (*om.* in) *T* 17 iam] sun, *m. 1 corr.* sunt *T* 18 competentur *R* quod, *m. 2 corr.* quid *L* 19 quod] quā *T* 22 medicine· *T* sanaris, *m. 2* saneris *G* 24 ··imitandum (*fuit* in) *T* distulit, *in marg.* (*m. 1 ?*) transtulit *N*

ut ista fide ad uidendum deum mentis oculus sanaretur. quid ergo dedignamur audire uocem corporis ex ore capitis? ecclesia in illo patiebatur, quando pro ecclesia patiebatur, sicut etiam ipse in ecclesia patiebatur, quando pro illo ecclesia patiebatur. nam sicut audiuimus ecclesiae uocem in Christo patientis: Deus, deus meus, respice me; quare me dereliquisti? sic audiuimus etiam Christi uocem in ecclesia patientis: Saule, Saule, quid me persequeris?

II 19 Cum itaque non exaudimur ad temporalia bona retinenda uel adipiscenda, quando pro his deprecamur deum, in eo, quod nos non exaudit, derelinquit nos; sed ad potiora, quae uult, ut intellegamus et praeferamus et concupiscamus, non nos derelinquit. unde sequitur psalmus et dicit: Clamaui ad te per diem nec exaudies et nocte — etiam hic subauditur 'nec exaudies' —: sed uide, quid adiungit: et non ad insipientiam mihi. hoc ergo dicit: Non me quidem exaudies clamantem per diem, id est in rebus prosperis, ut eas non amittam, et nocte, id est in rebus aduersis, ut prospera, quae amissa sunt, redeant, uerum hoc non mihi ad insipientiam facies, sed potius ut sapiam, quid iam per noui testamenti gratiam a te expectare, quid desiderare, quid poscere debeam. clamo quippe ego, ut mihi bona temporalia non auferantur, tu autem in sancto habitas, laus Israhel. nolo, ut derelinquas concupiscentiam meam, qua carnalem felicitatem requiro; uerum haec est in sordibus uetustatis, tu autem quaeris munditiam

6 Ps. 21, 2 8 Act. 9, 4 13 Ps. 21, 3 22 Ps. 21, 4

1 oculis, *m. ut uid. 1 corr.* oculus *G* oculis *L* 2 dedignantur *G* 3 ecclesia] peccatis *N* sicut—pro illo ecclesia patiebatur *om. O* 4 in ecclesia patiebatur ipse *edd.* 6 deus deus—patientis *om. O* respice me quare me dereliquisti longe a salute sic *T* respice etc. sic *edd.* 7 etiam audiuimus *N edd.* ecclesiam *LR* 11 dereliquit *NT* 14 nec *in ras. m. ut uid. 1, fuisse uid.* non *L* hic] sic *T* 15 adiungat *N* 16 non me] nonne *O* 17 omittam *O* 18 ammissa sunt *L* sunt amissa *T* 19 mihi non *edd.* 20 per *om. T* ad te *R* 21 clamabo *GT* 22 g, *in marg. m. 1* ego *T* 24 requiro *om. O*

nouitatis; non exaudiendo istam cupiditatem relinquis, quia caritatem, in qua habites, quaeris; caritas autem dei diffunditur in cordibus nostris sed per spiritum sanctum, qui datus est nobis. ideo in sancto habitas, laus Israhel, laus uidentium te, quia non in se laudantur sed in te; quid enim habent, quod non acceperunt, ut, qui gloriatur, in domino glorietur?

Haec est gratia testamenti noui. nam in uetere testamento quando commendabas nonnisi a te peti sperarique debere etiam ipsam terrenam temporalemque felicitatem, in te sperauerunt patres nostri, sperauerunt et eruisti eos; ad te clamauerunt et salui facti sunt; in te sperauerunt et non sunt confusi. illos quippe patres inter inimicos suos uiuentes et diuitiis implesti et ab hostibus eruisti gloriosasque uictorias reportare fecisti et de diuersis eos mortibus liberasti. pro alio subiecisti, ne feriretur, arietem; alium de putredine sanum et ei dupla, quae amiserat, reddidisti; alium inter leones esurientes inlaesum integrumque seruasti; aliorum inter flammas deambulantium grata uoce laudatus es. tale aliquid in Christo expectabant fieri Iudaei, unde probarent, si uere filius dei esset. ex eorum persona et in libro sapientiae dicitur: Morte turpissima condemnemus eum; erit enim respectus in sermonibus ipsius. si enim uerus filius dei est. suscipiet eum et liberabit eum de manibus contrario-

2 Rom. 5, 5 5 I Cor. 4, 7 6 I Cor. 1, 31 10 Ps. 21, 5—6 15 Gen. 22, 13 16 Iob 42, 10 17 Dan. 14, 30—40 18 Dan. 3, 24 21 Sap. 2, 20; 18; 21

1 relinquas *O* 2 habitas *O* requiris *edd. praeter a e* autem *om. T sec. sacr. litt.* diffusa est *T sec. sacr. litt.* 3 sed *om. GT sec. sacr. litt.* 5 te *om. T* dñe *G* laudatur, *m. 2* laudantur *G* 6 gloriantur *R* 8 noui testamenti *GT edd.* ueteri *GT edd.* 9 eiã *L* 11 liberasti *GT sec. Vulg.* 14 eripuisti *G* 15 de *om. L* 17 ammiserat *LO* 18 inter *bis, alterum eras. L* 19 gratia *O* 20 dei filius *L* 21 eorum, *m. 2* quorum *G* quorum *R* in *om., m. 2 (?) add. L* 22 eum, *m. 2 (?) corr.* illum *L* illum *OR edd.* 23 dei filius est *LR f l r m* est filius dei *GT* 24 liberabit (bi *ex corr. m. 1 T* liberauit *L*

rum. haec, inquit, cogitauerunt et errauerunt; excaecauit enim eos malitia eorum. adtendentes quippe tempus ueteris testamenti et illam patrum etiam temporalem felicitatem, in qua illis exhibenda demonstrauit deus etiam talia dona sua esse, non uiderunt iam esse tempus, quo reuelaretur in Christo bona aeterna proprie deum praestare iustis, qui bona temporalia praestat et impiis.

III 21 Denique cum dixisset: In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt et eruisti eos; ad te clamauerunt et salui facti sunt; in te sperauerunt et non sunt confusi, uide, quid adiunxerit: Ego autem sum uermis et non homo. quod uidetur quidem ad commendandam humilitatem simpliciter dictum. ut se in oculis persequentium abiectissimum quiddam et contemptissimum demonstraret; sed non est contemnenda altitudo secreti profunditasque mysterii praesertim in eis uerbis, quae tanto saluatori in prophetiae praedicatione coaptantur. dictus est hinc sensus elegantissimus a prioribus, ideo se hoc nomine Christum praenuntiari uoluisse, quia uermis de carne sine concubitu nascitur. sicut natus est ille de uirgine. sed in libro suo Iob cum de creaturis caelestibus loqueretur, quod in dei conspectu etiam ipsa uix munda sint: Quanto magis, inquit, homo putredo et filius hominis uermis. putredinem pro mortalitate posuit. quae iam uelut conceptam gerit moriendi necessitatem, in quam peccando contrusus est

8 Ps. 21, 5—7 17 cf. Orig. in Lucam hom. XIV (Migne patrol. gr. XIII p. 1837, 6—17); Hieron. breu. in ps. XXI (Migne patrol. lat. XXVI p. 880, 29—37) 21 Iob 25, 5—6

2 enim *om. G* eorum, *m. ut uid. 2* illorum *L* illorum *ORG* 3 et] ad *T* 4 suae esse *O* 5 *post* iam *ras. 2—3 l. L* quo *om.. m. 2 add. T* 8 sperauerunt patres nostri *bis, alterum del. L* 9 liberasti *GT sec. Vulg.* 11 adiunx̄ *GT'* 13 dicitur, *m. 2* dici *G* 14 contentissimum *L* 16 praedicatione prophetiae *edd.* 17 dictus, *m. 1 corr.* ductus *R* hic *GT* hoc se *GT* 18 homine *O* praenuntiare *OR* 19 ille natus est *edd.* 21 deo *R* ipsa uix munda, *m. 2* ipsae uix mundae *G* uix ipsae mundae *edd.* 24 moriendo, *m. 2* moriendi *T*

homo, et filium hominis uermem natum de putredine quasi putrem, hoc est de mortalitate mortalem. ac per hoc in his uerbis psalmi alium sensum nos quaerere admonuit illo quidem saluo neque reprobato, ut non solum scrutemur, quod ait: Ego autem sum uermis, sed etiam illud, quod addidit: et non homo, secundum illud, quod de libro Iob commemoraui, tamquam diceret: Ego autem sum filius hominis et non homo, non quod homo non sit Christus, de quo apostolus dicit: Unus et mediator dei et hominum homo Christus Iesus — omnis enim filius hominis homo est —, sed ad quendam respicit sensus iste, qui homo sic fuerit, ut non esset filius hominis, id est Adam. forte ergo sic dictum est: Ego autem sum uermis et non homo, id est ego autem sum filius hominis et non homo, tamquam diceretur: Ego autem sum Christus, in quo omnes uiuificantur, non Adam, in quo omnes moriuntur.

22 Ac per hoc discite, homines, per gratiam testamenti noui iam uitam concupiscere sempiternam. quid pro magno ita uos uultis a domino de morte liberari, sicut liberati sunt patres nostri, quando commendabat deus etiam terrenae felicitatis praeter se non esse alium largitorem? illa felicitas ad ueterem hominem pertinet, quae uetustas ab Adam coepit. ego autem sum uermis et non homo; Christus, non Adam. a ueteri ueteres fuistis, a nouo noui estote; ab Adam homines.

9 I Tim. 2, 5 15 I Cor. 15, 22

1 uermen *T* putredine• (*fuit* m) *L* 3 sensum nos] se summos *O* 4 saluo] psalmo *O* atque, *m. 2* neque *T* 5 addit, *m. 1* (*?*) *corr.* addidit *L* 8 de quo (o *in ras. m. ut uid. 1*) *L* dicit apostolus *edd.* 9 unus et] unus est *G edd.* 11 quandam, *m. 2 add.* aliā figurā *G* q̄ndam *T* iste qui] iste quod *G* iste distantiam quis *T* sic homo *edd.* 12 hominis homo est id est adam (est id est adam *humore corruptum sed satis certum*) *O* adă, *m. 2* adę *G* est dictum *edd.* 13 id est *om. O* 15 oms (*fuit* i) *T* 17 ac] hac *O* homines discite *edd.* noui testamenti *edd.* 18 s;, *m. 2* iă *T* uitam conspicere *T* conspicere uitam *G* 20 uestri *edd.* 23 autem *om. T* 24 noui *bis, alterum eras. L*

a Christo filii hominum. non enim sine causa familiarissime dominus in euangelio se filium hominis dicit magis quam hominem nec sine causa in alio psalmo: Homines, inquit, et iumenta saluos facies, domine, sicut multiplicata est misericordia tua, deus. abs te quippe etiam ista salus hominibus iumentisque communis. sed habent aliam homines noui propriam quandam et a iumentorum consortio separatam, quae ad nouum pertinet testamentum, habent omnino; nam de illa ibidem sequitur et dicit: Filii autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt; inebriabuntur ab ubertate domus tuae et torrente uoluptatis tuae potabis eos, quoniam apud te fons uitae, in lumine tuo uidebimus lumen. certe et hic, cum superius dixisset 'homines', posterius dixit 'filii autem hominum' tamquam distinguens ab hominibus filios hominum. in illa quippe felicitate eius salutis, quae communis est hominibus et iumentis, eo nomine illos appellare uoluit, quo demonstrarentur ad illum primum hominem pertinere, quo uetustas coepit et mors, qui sic fuit homo, ut non esset filius hominis; istis autem posterioribus, qui sperant aliam felicitatem et fontis uitae ineffabilem uoluptatem et sempiterni luminis lumen, hoc nomen inposuit, quo se familiarius appellari uoluit dominus eorum, in quo talis gratia reuelata est, eosque filios hominum potius quam homines appellauit.

2 Matth. 17, 9; 12; 22 al. 3; 9 Ps. 35, 7—10

2 filium se *N* quam hominum (*corr.* hominem) *L* 3 inquit *om. N* 4 saluos facies] saluabis *N sec. Vulg.* multiplacita, *m. 1 corr.* multiplicata *T* 6 communis] est communis *T* alia *LO* 7 ad (d *exp.*) *T* 10 .....buntur—in lumi.. *in ras. breuioribus litteris in unum uersiculum m. 1 compressa O* 11 uoluntatis *OT* 12 potabis eos *om. O* te est fons *OGN edd. sec. Vulg.* uote, *m. 1 corr.* uite *L* in] et in *GNT edd. sec. Vulg.* 13 *post* et *ras. 2—3 l. L* cum *om., m. 2 add. T* 14 dicit *O* 15 tamquam—hominum *om. O* tamque *R* 18 quo, *m. 2* a quo *G* 21 fontē *N* 23 illorum *G* in quos *edd.* 24 hominis *O* quam] q; *R*

23 Non autem existimes quasi locutionis regulam figi perpetua lege seruandam, ut, ubicumque legeris 'homines' aut 'filios hominum', secundum hanc distinctionem semper intellegas, sed ut se habuerit circumstantia lectionis, unde sensus, si patet, hauritur, si latet, eruitur; sicut in hoc loco psalmi huius quem non moueat distinctionis intentio, cum ille, qui dixerat: In te sperauerunt patres nostri et eruisti eos; ad te clamauerunt et salui facti sunt; in te sperauerunt et non sunt confusi, subiungit: Ego autem? non enim ait sic: Et ego, sed: Ego autem. quid ergo iste, qui se ita distinguit? ego autem, inquit, sum uermis et non homo, tamquam illis, quos exaudisti et eruisti, eam commendares felicitatem, quae ad uetus pertinens testamentum homini ueteri tribuenda esset, qui coepit ab Adam, ego autem sum uermis, hoc est filius hominis, non homo sicut ille homo, qui non fuit filius hominis.

IX 24 Ac per hoc 'ego' et quod sequitur: Opprobrium hominum et abiectio plebis; omnes, qui conspiciebant me, subsannabant me et locuti sunt labiis, mouerunt caput: Sperauit in deum, eruat eum, saluum faciat eum, quoniam uult eum. hoc in labiis, non in corde dixerunt insultando, quod non fieret, non credendo, quod futurum esset. factum est autem et hoc, sed sicut fieri oportebat in filio hominis, in quo spes aeternae uitae fuerat reuelanda ad

7 Ps. 21, 5—7 17 Ps. 21, 7—9

3 distinctionem hanc *N* 5 eruitur] hauritur, *m. 1 corr.* eruitur *N* 7 et] sperauerunt et *RN sec. sacr. litt.* 8 ad] at *L* 9 subiunxit *OR* 10 ait sic] sic dixit *T* iste *om. GT* qui se, *m. 2* si quis ea *G* 11 distinguit, *m. 2* distinguat *G* sum uermis et non homo inquit *G* sum uermis inquit et non homo *edd.* 12 eam] ut eam *N; in T* ut *est post* eam *s. u. sed exp. et del.* commendaret (t *in ras.*) *N* 13 pertinet *T* 15 sum *om. T* 17 ac *L* ego *om. G edd.* g *T* 19 subsanabant *T* me et] me *N sec. sacr. litt.* mouerunt] et mouerunt *GNT edd. sec. Vulg.* 20 in domino *NT sec. Vulg.* eruet *N* eripiat *T sec. Vulg.* faciet *LN* 23 esset (t *in ras. m. 2; fuitne* d*?, L* et *om. G* (*m. 2 add.*) *T* 24 reuelanda (*fuit* l) *L*

nouum pertinens testamentum, non sicut illi expectabant. et quia fieri non uidebant, tamquam superato insultabant pertinentes ad testamentum uetus et hominem. in quo omnes moriuntur, non ad filium hominis, in quo omnes uiuificabuntur. mortem quippe intulit homo sibi filioque hominis; uitam uero adtulit homini moriens et resurgens filius hominis, opprobrium hominum et abiectio plebis usque ad mortem. hoc enim uoluit in conspectu inimicorum pati, quo eum tamquam derelictum putarent, ut gratia commendaretur testamenti noui, qua disceremus aliam quaerere felicitatem, quae nunc est in fide, postea uero erit in specie. quam diu enim sumus in corpore, ait apostolus, peregrinamur a domino; per fidem enim ambulamus, non per speciem et ideo nunc in spe, tunc in re.

Denique resurrectionem suam, quam non sicut nostram in longum differri oportebat, ut in exemplo carnis eius disceremus, quid in nostra sperare deberemus, noluit alienis demonstrare sed suis; alienis dico non natura sed uitio, quod semper contra naturam est. mortuus est ergo in conspectu hominum, resurrexit autem in conspectu filiorum hominum, quia mors ad hominem pertinebat, resurrectio ad filium hominis; sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes uiuificabuntur. ut igitur exemplo suae carnis exhortaretur fideles suos temporalem pro aeterna felicitate contemnere. usque ad mortem pertulit persequentes atque saeuientes et quasi uicto et oppresso superbe inludentes. quod autem carnem suam

3 I Cor. 15, 22 11 II Cor. 5, 6—7 21 I Cor. 15, 22

1 illum *R* 2 qui *O* quid *N* 3 homine *L* ad hominem *T* 4 uiuificantur *N* 7 plebis. usque ad mortem enim hoc *edd. praeter m* 8 pati in conspectu inimicorum *edd.* tamquam (uam *ex corr. m. 2*) *R* taquam *T* 9 testamenti noui commendaretur *N* commendaretur noui testamenti *edd.* 10 qua] qui, *m. 2* qua *T* 16 differre *L* (*m. 2* differri) *N* 17 alienis *ex ras., fuit* alienus *L* 18 est contra naturam *edd.* 19 resurrexit—hominum *om. G* 21 enim *om. Eugippi codd. Knoelliani* 24 temporalem salutem pro *Eugippi codd. Knoelliani* felicitatem *R m* 26 atque *T*

resuscitauit et discipulorum aspectibus atque contactibus reddidit eisque uidentibus ascendit in caelum, ipsos aedificauit et, quid expectare, quid praedicare deberent, euidentissima ueritate monstrauit. illos autem, a quibus tanta mala usque ad mortem pertulerat, quasi de illo superato et extincto gloriantes in ea opinione dereliquit, ut, quisquis eorum salute aeterna saluus fieri uellet, hoc de illius mortui resurrectione crederet, quod hi, qui uiderunt, signis contestantibus praedicauerunt et pro ea praedicatione similia perpeti non dubitauerunt.

X26 Quapropter etiam Iacobus, unus ex apostolis eius, in epistula sua, cum exhortaretur fideles, qui post passionem et resurrectionem Christi adhuc in ista uita tenebantur, dispensationem testamenti ueteris nouique distinguens: Sustinentiam, inquit, Iob audistis et finem domini uidistis, ne ideo patienter sustinerent temporalia mala, ut sibi hoc restitueretur, quod recepisse Iob legimus. nam et ab illo uulnere atque putredine saluus est factus et ei cuncta, quae amiserat, duplicata sunt restituta. ubi etiam commendata est resurrectionis fides. nam filii non in duplum sed totidem redditi etiam illos, quos amiserat, resurrecturos significarunt; sic ipsi quoque illis prioribus iuncti a restitutione dupli non inuenirentur alieni. ut

13 Iac. 5, 11 16 Iob 42, 10

1 conspectibus et *edd.* contractibus (r *exp.*) *T* 3 ueritate] ratione *N* 4 demonstrauit *edd.* pertulerat usque ad mortem *G* 6 salute aeterna *om. N* 7 mortei, *m. 1 corr.* mortui *L* 8 hi *m. 2 (?) supra ras., fuit* i *L* ii *edd. praeter a e* 9 eadem *Eugippi cod. Vat.* 10 quapropter (*fuit* i) *L* 11 hortaretur *edd.* christi et resurrectionem *R* 13 ueteris testamenti *edd.* distingens, *m. 2* distinguens *T* sustinentia *O* 14 sustinerent patienter *G* patienter *om. T* 16 recipisse *L* legimus Iob *edd.* 17 factus est *N edd. Eugippi codd. Knoelliani* ammiserat *L* duplicia *NT m sec. Vulg.* dupla *Eug.* 18 restituta *om. R* resurrectionis fides commendata est *T* 19 in duplum] duplum *LORGT* (*m. 2* in duplum) *a e* dupli *N cett. edd.* 20 ammiserat *LT* significauerunt *T edd. praeter m* sic, *m. 2 supra* si *G* si *T* sic, *m. 1 corr.* ut sic *R* ut sic *m* 21 a restitutionibus *O* a resurrectione *T*

ergo non talem remunerationem speraremus, quando mala temporalia pateremur, non ait: Sustinentiam et finem Iob audistis, sed ait: Sustinentiam Iob audistis et finem domini uidistis, tamquam diceret: Mala temporalia sicut Iob sustinete, sed pro hac sustinentia non temporalia bona sperate, quae illi aucta redierunt, sed aeterna potius, quae in domino praecesserunt. Iob ergo de illis patribus erat, qui exclamauerunt et salui facti sunt. cum enim dicit: Ego autem, satis insinuat, qua salute illos saluos esse factos uelit intellegi, in qua ipse utique derelictus est, non quo illi a salute aeterna fuerint alieni, sed in occulto tunc erat, quod in Christo fuerat reuelandum. in uetere quippe testamento uelamen est, quod tunc auferetur, cum ad Christum quisque inde transierit. quo crucifixo uelamen etiam templi scissum est, ut significaretur, quod apostolus de uelamine ueteris testamenti dixit: Quoniam in Christo euacuatur.

27 Nam et in illis patribus quamuis rarissima tamen fuerunt et usque ad mortem exempla patientiae a sanguine Abel usque ad sanguinem Zachariae, quorum sanguinem dicit dominus Iesus et ab eis exigendum, qui in patrum suorum, a quibus illi occisi sunt, iniquitate persisterent, et in nouo testamento nec defuit nec deest bonorum fidelium multitudo, qui etiam ista temporali felicitate praepolleant et in ea largitoris dei bonitatem misericordiamque experiantur tenentes tamen, quod dispensator noui testamenti diuitibus huius saeculi

8 Ps. 21, 6—7 14 Matth. 27, 51 16 II Cor. 3, 14 18 Matth. 23, 35; Luc. 11, 51

1 speremus, *m. 1 (?) corr.* speraremus *G* quanto, *m. ut uid. 1 corr.* quando *L* mali, *m. 2* mala *G* 3 ait *om. T* ait—et *om. G* 4 taquam *T* 5 bona *om. Eug.* 6 sperate *om. T* 9 qui *O* factos esse *N* 10 utique ipse *G* quod *edd.* 11 fuerant, *m. 2* fuerint *G* occulto *L* 12 ueteri *GNT edd.* 13 aufertur *GT* 15 apostolus ait de *N* 16 dixit *om. N* 17 in *om. GT* 20 et *om. R* exiendum, *m. 1 (?) corr.* exigendum *L* 21 occisi sunt] occisunt *O* 23 largioris, *m. 2* largitoris *T* 25 diuinitatibus (nita *del.*) *O*

apostolus praecipit, non superbe sapere neque sperare in incerto diuitiarum sed in deo uiuo, qui praestat nobis omnia abundanter ad fruendum; ut bene faciant, diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut adprehendant ueram uitam, qualis in Christi non tantum spiritu uerum etiam carne manifestata est, cum resurrexit a mortuis, non qualem Iudaei in illo peremerunt. quando eum de manibus eorum deus non eruit eumque dereliquisse uisus est exclamantem: Deus, deus meus, ut quid me dereliquisti? ut eo modo in se transfiguraret martyres suos, qui, etsi mori nollent, quod etiam Petro dixit: 'Alter te cinget et feret, quo tu non uis', significans. qua morte glorificaturus erat deum, et ob hoc a deo suo derelicti uiderentur ad tempus, cum eis nollet praestare, quod uellent, illam uocem cordis emitterent illumque adhiberent pietatis affectum, quem passione inpendente ore proprio dominus expressit eos in se identidem transfigurans: Verum non quod ego uolo, sed quod tu uis, pater.

XI 28 In quo enim primitus nisi in ipso capite nostro debuit apparere, propter quam uitam Christiani sumus? propterea non ait: Deus meus, dereliquisti me, sed causam commonuit requirendam, cum addidit: ut quid dereliquisti me? id est quare, propter quid, quam ob causam? profecto enim erat

1 I Tim. 6, 17—19 10; 23 Ps. 21, 2 13 Ioh. 21, 18—19 18 Matth. 26, 39; Marc. 14, 36

1 praecepit *ORG edd.* 3 omnia *om. R* 6 prehendant *R* christo. *m. 1 corr.* christi *L* christo *GT* 7 uerum] sed *R* 8 surrexit *T* non] n *G* peremerunt, *corr.* perimerunt *L* 9 eum *om. T* eum quē *T* 10 deus meus deus meus *edd. praeter a* 12 nollet, *m. 1 corr.* nollent *L* 13 tu *om. N* 14 clarificaturus *GNT edd. praeter a sec. Vulg.* esset *GNT sec. Vulg.* ob (o *ex corr. m. 2*) *R* 15 at, *m. 1 corr.* ad *L* praestare nollet *edd.* nollent (*post.* n *del.*) *N* 17 impende, *m. 2* impendente *T* 20 enim *om. T* apparere debuit *edd.* 21 uitam] causam *edd. praeter m* 22 deus deus meus *a* deus meus deus meus *cett. edd.* admonuit *N* 23 addit *R* 24 quid (id *ex corr. m. 2*) *R*

aliqua causa eaque non parua, ut Noe liberaret de diluuio. Loth de caelesti incendio, Isaac de imminenti gladio, Ioseph de calumnia mulieris et custodia carceris, Moysen ab Aegyptiis, Raab de excidio ciuitatis, Susannam a testibus falsis, Danihelem a leonibus, tres uiros ab ignibus aliosque patres, qui exclamauerunt et salui facti sunt, et Christum non liberaret de manibus Iudaeorum eumque in potestate saeuientium usque ad mortis exitum derelinqueret. ut quid hoc? propter quid hoc nisi propter illud, quod paulo post in eodem psalmo dicit: Non ad insipientiam mihi, hoc est corpori meo, ecclesiae meae, minimis meis? nam et in euangelio: Quando uni ex minimis meis fecistis, inquit, mihi fecistis. sic itaque dictum est 'et non ad insipientiam mihi', quo modo dictum est 'mihi fecistis', et sic dictum est 'quare dereliquisti me', quo modo dictum est: Qui uos recipit, me recipit, et, qui uos spernit, me spernit. non ergo ad insipientiam nobis, sed ut sapiamus non propter istam uitam, in qua nos deus aliquando usque ad mortem persequentium manibus derelinquit sed propter illam sempiternam nos debere esse Christianos, quia hoc in illo praecessisse intuemur, ex cuius nomine sic uocamur.

29 Ecce ita factum est. tamen tam multi non ob aliud uolunt esse Christiani, nisi ut huius uitae felicitate perfruantur, ideo-

1 Gen. 6, 5—7, 23; 19, 12—25; 22, 1—13; 39, 7—18; 41, 14; Ex. c. 3—14; Ios. 6, 16—25; Dan. 13, 1—61; 14, 27—39; 3, 8—94 5 Ps. 21, 6 9 Ps. 21, 3 11 Matth. 25, 40 15 Luc. 10, 16

1 et, *m. 1 corr.* ut *L* de *om. G* 2 imminente *G* 3 et de custodia *T* 4 de] ab *edd.* a falsis testibus *T* 5 alios *m. 2* aliosque *T* qui et clamauerunt *GT* 6 de manibus Iudaeorum non liberaret *edd.* 7 seruientium, *m. 2* sęuientium *G* 8 noctis *G* exitium *G* excidium *T* 9 paulo post *om. LN* 11 ministris *T* ex] de *N* 12 meis *om., m. 2 add. L* fecistis *om. G* inquit *om., m. 2 add. L* sic itaque dictum est *om. O* 14 mihi—modo dictum est *om. T* est *om. G* me dereliquisti *N edd. sec. Vulg.* 16 me| et me *m* 18 dereliquit, *m. 2* derelinquit *G* 20 hoc *om. N* intuemur praecessisse *G* 23 felicitatem *LO; cf. ep. CLVIII 11 med.* (*Euodius*) perfruamur, *m. 2* perfruantur *G*

que illa deficiente deficiunt. quid, si non in ipso nostro capite tam insigne constitueretur exemplum, quo disceremus pro caelestibus terrena contemnere non respicientes, quae uidentur, sed quae non uidentur? quae enim uidentur, temporalia sunt, quae autem non uidentur, aeterna. quos in se illis uocibus transfigurare dignatus est? nam quantum ad ipsum adtinet, quo modo uellet liberari ab illa hora, qui propterea uenerat in illam horam? aut quo modo sic loquebatur, quasi ei, quod nollet, accideret, cum potestatem habuerit ponendi animam suam et iterum sumendi eam nec eam quisquam tolleret ab illo, sed eam ipse poneret et resumeret, sicut in euangelio dicit? sed procul dubio nos in illis uocibus nostris eramus et caput pro suo corpore loquebatur non disiuncta significatione uocis, ubi conexio non disiungitur unitatis.

XII 30 Denique in psalmo sequitur et orans aduerte quid dicat: Quoniam tu, inquit, extraxisti me de uentre, spes mea ab uberibus matris meae. in te iactatus sum ex utero; de uentre matris meae deus meus es tu, tamquam diceret: De alia re et ab alia re in aliam rem me traiecisti, ut tu sis mihi bonum pro terrenis bonis mortalitatis huius, quam in matris uentre sortitus sum, quia ubera suxi. haec enim uetustas est, de qua tu me extraxisti, et illa carnalis natiuitatis bona sunt, a quibus tu spes mea es; inde enim ad te conuersus sum. et ex utero, id est ex his, quae

3 II Cor. 4, 18 7 Ioh. 12, 27 9 Ioh. 10, 18 17 Ps. 21, 10—11

1 deficiant *LN* 4 quae *post* sed *ex corr. m. 2* (*fuitne* q; *?*) *R* 5 aeterna] aeterna sunt *N* 6 uocibus illis *edd.* 8 sic *bis, alterum del. T* 9 quod nollet ei *edd.* accederet, *m. 1 corr.* accideret *L* 11 quisquem, *m. 1 corr.* quisquam *L* 13 nostris *om. G edd.* tunc *N* 14 distincta *N* 15 distinguitur *T* 16 animaduerte *N* 17 tu *om. m* spes mea] deus meus *LOR* (*m. 2* spes mea) *GT* 20 aliam] alia *L* 21 transtulisti *GT* 22 quia] cuius *N edd. praeter a e* 23 me tu *f l r m* me (*om.* tu) *a e* et in illa *G* 25 ad] at *L* et *om. T* quae ex his *L* qui ex his *N m*

in utero inchoaui, in te iactatus sum ad te scilicet transiens, totum me tibi committens. ideoque de uentre matris meae, id est de bonis carnis, quam sumpsi in uentre matris meae, deus meus es tu, ut de his tu sis bonum meum. ea locutione dictum est, ac si diceretur uerbi gratia: De terra caelum habito, hoc est hinc illo emigraui; et ista nostra in illum transfiguratio est, qui per gratiam testamenti noui mutamus uitam transeuntes de uetere ad nouam. nam ille hanc rem sacramento suae passionis resurrectionisque significans carnem mutauit de mortalitate ad inmortalitatem, uitam uero non mutauit de uetustate in nouitatem, qui numquam fuit in impietate, unde transiret ad pietatem.

31 Quamquam non defuerunt, qui hoc, quod dictum est: De uentre matris meae deus meus es tu, ideo ad ipsum caput nostrum pertinere sentirent, quoniam pater in tantum est deus eius, in quantum homo est in forma serui, non in quantum illi aequalis est in forma dei, ideo: De uentre matris meae deus meus es tu, ac si diceret: Ex eo, quod homo factus sum, deus meus es tu. sed quid est: Tu extraxisti me de uentre, si ad ipsum Iesum de uirgine procreatum refertur? quasi alios non deus extrahat, in cuius prouidentia est omnis ordo nascendi; an inde significare uoluit uirginis partum seruata uirginitatis integritate mirabili, cum ait: Tu extraxisti me de uentre, ut quod illic mirabiliter factum est, cum deus fecisse dicitur, nemini incredibile uideatur? quid ergo est et illud: Spes mea ab uberibus matris

13 Ambros. de fide I 92 (Migne patrol. lat. XVI p. 550, 15—18)

1 inquoaui *R* adj at *L* 3 carnalibus *R* 4 meam, *m. 1 corr.* meum *L* 5 locutione] uidelicet ratione *T* diceret *GT* 7 qui] in quo *G* 8 uitamus *LOR* de ueteri in nouam *N* de uentre ad nouam *G* 9 hoc *T* rem *om. GT* 11 non mutauit] nominauit *O* 17 in forma dei est *edd.* 18 ex quo homo *T* 19 quid est] quidem *O* 20 si] sed *G* (*m. 2* seu) *T* 21 deus non *N edd.* 22 an, *m. 2* aut *G* inde *om. N* partum uirginis *edd.* uirginis] uirginita- | tis, *sed* tis *del.* (*m. 2 ?*) *et radendo restitutum T* 23 tu] qui *GT* 24 uentre matris meae ut *edd.*

meae? quo modo et hoc ad ipsum caput ecclesiae referri potest, quasi spes eius, quae in deo est, a matris uberibus ei coeperit, non et ante in ipso utero? neque enim spes alia intellegenda est, nisi qua futurum erat, ut deus eum exaltaret a mortuis; totum quippe hoc secundum id, quod homo factus est, dicitur. an forte, quia ubera feminarum ab ipso conceptu in ubertatem promoueri perhibentur, sic intellegi uoluit 'ab uberibus', tamquam diceret: Ex quo carnem sumpsi, cui carni fuerat speranda inmortalitas, ut non ante spes ei esset, cum in forma dei esset, in qua nihil in melius mutandum esset, sed ab uberibus matris, id est ab ipsa susceptione carnis, quae concipiebatur in spe, cuius spei res futura erat, cum ad inmortalitatem de morte transiret?

32 Sed quod dictum est: In te iactatus sum ex utero, quo modo coaptari capiti possit, ignoro, quasi, in utero cum esset, non in deo fuit, in quo uiuimus, mouemur et sumus, aut illius infantis anima rationalis, ex quo caro processit ex utero, deum sperare coeperit. nisi forte credendum est iam nato animam rationalem accessisse, quae intra uiscera matris adhuc ei defuisset, et, quoniam eadem anima, quae carni iam natae addita est, deo inhaerebat, ideo secundum eandem carnem dictum esse existimandum est: In te iactatus sum ex utero, tamquam diceret: Eam sortitus sum animam ex utero, quae tibi cohaereret. sed quis audeat in hanc se temere praecipitare sententiam, cum ratio de aduentu uel exortu

16 Act. 17, 28

1 ipsum ad *N* 2 ei *ex ras. et corr. m. ut uid. 1; fuit* et *L om. T* 3 in *om. O* alia spes *T* 4 quia *RT* quod *N* 5 hoc quippe *edd.* id] hoc *N* 6 quod *N* u••bera (*fuit* er) *N* concepto, *m. 1 corr.* conceptu *L* 7 promouere *LORG* (*m. 2 ?* promoueri) *N* prohibentur *RNT* uoluit *ex ras., fuit* uolunt *L* 8 tamquam diceret *om. N* 9 carni *om. N* 10 in qua, *m. 2* qua in *G* in *om. G* mutandum, *m. 2* mutandus *G* .nutandus *N* 12 concipieba•tur (*fuit* n) *L* 15 possit capiti *N* posset *LOR* 16 fuerit *edd. praeter a; cf. ep. XXI p. 53, 20; XXXVI p. 53, 24 al.* 18 cepit *T* 21 eadem *T* 24 coheret, *m. 1 corr.* cohereret *L* hac, *add.* (*m. 1 ?*) n *L*

animae in tanto naturae profundo sic lateat, ut satius sit eam semper quaerere, quam diu in hac uita sumus, quam aliquando inuenisse praesumere? ex illa uero in se ipsum transfiguratione nostra quem ad modum possent haec accipi, dictum est. si quid autem conuenientius dici potuit uel potuerit, nullius praeiudicamus ingenio, doctrinae nullius inuidemus.

II 33 Iam illud, quod sequitur: Ne discedas a me, quoniam tribulatio proxima est, uide, ut inluminet, quem ad modum dictum sit: Quare me dereliquisti? quo modo enim dereliquit, cui dicitur: Ne discedas, nisi quia dereliquit uitae ueteris temporalem felicitatem? rogatur autem, ne discedat et deserat spem uitae aeternae. sed quid est 'quoniam tribulatio proxima est'? quasi ei passio adhuc immineret, cum in ipsa media passione ista dicere intellegatur, quae de illo in hoc psalmo prophetata sunt. hic enim dicturus est etiam, quae in euangelio apertissime scripta sunt: Diuiserunt sibi uestimenta mea et super uestem meam miserunt sortem, quod factum est. cum iam penderet in ligno. quid est ergo 'tribulatio proxima est', in qua media loquebatur? sed nimirum illud uult intellegi, quia, cum caro in doloribus est et in poenis, profecto anima tunc habet magnum agonem patientiae, in quo ne deficiat, laborandum et orandum est. nihil est autem animae sua carne propinquius. ideo mundi huius quilibet magnus perfectusque contemptor cum alibi patitur, nihil patitur. potest enim adhibere uigilem rationem, cum amittit bona, quae extrinsecus sunt et ab animo sapientis, qui ex cupiditate non haeret. sine dubio longe sunt, et non curare, quod patitur, quia nec patitur. cum uero

7 Ps. 21, 12 16 Ioh. 19, 24; Ps. 21, 19

4 possunt *R* 5 dici potuit conuenientius *edd.* 7 aliud *G* 10 derelinquit *N* discedas a me nisi *NT edd.* derelinquit *N* 13 ei] et *GT* 14 intellegatur, *m. fortasse 1 corr.* intellegantur *G* 16 apertissima *L* 20 quod *N* 21 est in doloribus et penis *N* 24 profectusque *O* 25 enim] etiam *T* 26 ammittit *L* ab hac animo *L* 27 quę *G* (*m. 2* quia) *T* ex cupiditatem *L* haerent *G* habentur *T* 28 quia] quod *N*

amittit praecipua corporis bona, id est corporis uitam ac salutem, iam tribulatio proxima est animi bonis, quibus ipse intus tamquam corporis dominus est. quid facit qualibet ratione, ut non doleat, cum corpus uulneratur aut uritur, cui tanto implicatur consortio, pati possit, dolere non possit?

34 Ideo et diabolus hunc nocendi ordinem tenens illius magni uiri, quem postulauerat temptandum, prius externa bona accepit in potestatem. quibus ablatis et perditis cum illum inconcussum uideret — dixerat enim: Dominus dedit, dominus abstulit; sicut domino placuit, ita factum est; sit nomen domini benedictum —, etiam carnem cruciandam uulnere postulauit tali cum eo confligens certamine, ut bona proxima inuaderet, hoc est corporis bona. quibus ille perditis si forte succumberet atque ad impietatem cor inclinaret, etiam bona animi deperirent, quibus perdendis iam in corpore saeuiens uicinus temptator instabat. denique ille uir in tanta temptatione, ubi erat animi bonis proxima tribulatio, quamuis multa prophetice loquatur, longe tamen aliter loquitur, quam cum illa externa deperissent bona, in quibus filios non amiserat, sed praemiserat.

35 Clamat ergo martyris anima transfigurata in Christum, cum iam in carne tribulari coeperit. et dicit deo, a quo derelicta est in terrena felicitate, sed quae cum illo est in spe uitae aeternae: Ne discedas a me, quoniam tribulatio proxima est; non est in agro meo, non in auro, non in pecore,

9 Iob 1, 21 18 Iob 3 sqq. 24 Ps. 21, 12

1 ammittit *LT* (m *eras.*) mittit *N* ac] ad, *m. 2* aut *G* 2 animo *O* 3 quid, *m. 2* qui *G* faciet *N edd. praeter a e* 4 doceat *O* 5 pati. *m. 2* ut pati *G* pati, *m. 1 corr.* ut pati *N* ut pati *T edd.* *ante* dolere non *stilo cerussato* ñ *adpictum* *N* non dolere non *m; cf. p. 185, 3* 10 dō *T* 11 cruciendam, *corr.* cruciandam *N* 14 ad *om., m. uix 1 add. T* 16 uicinius *edd.* 17 multa *om. G* 18 loquitur aliter *edd.* 19 bona deperissent *edd.* ammiserat *LT* 21 clamet, *m. 1 (?) corr.* clamat *L* *super* martyris *m. 2* cuiusque *G* 22 coeperat, *m. 1 (?) corr.* coeperit *L* 24 tribulao *T* 25 est *post* non *om. G* meo *om., m. 2 add. T*

non in tectis atque parietibus, non in meorum orbitatibus, sed in carne mea est, cui copulor, cui conector, cuius sensum non habere non possum; unde me de proximo urget, ut a patientiae uirtute deficiam. ne discedas a me, quoniam non est, qui adiuuet neque amicus neque propinquus neque humana laus neque praeteritae recordatio uoluptatis neque aliquid eorum, quo terrenae felicitatis ruina fulcitur, neque ipsa, quae in animo meo est humana uirtus, quia, si tu deseris, quae hominis uirtus? quid est enim homo, nisi quod memor es eius?

IV 36 Circumdederunt me uituli multi, hoc est minores in plebe. tauri pingues obsederunt me, hoc est superbi ac diuites, principes plebis. aperuerunt in me os suum — clamando: Crucifige, crucifige — quasi leo rapiens et rugiens; rapuerunt enim comprehensum adducentes ad praesidem et rugierunt petendo eius mortem. sicut aqua effusus sum, tamquam ut in me lapsi caderent persecutores mei. dispersa sunt omnia ossa mea; quid sunt ossa nisi corporis firmamenta? corpus autem Christi ecclesia; firmamenta ergo ecclesiae qui nisi apostoli, qui etiam columnae alibi appellantur? hi utique dispersi sunt, cum ad passionem ipse duceretur uel cum esset passus et mortuus. factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio uentris mei. hoc sane quem ad modum capiti nostro, ipsius corporis saluatori coaptetur, inuenire difficile est. neque enim nisi magno pauore contingit, ut cor

9 Ps. 8, 5; Hebr. 2, 6 11 Ps. 21, 13—14; Luc. 23, 21 17; 23 Ps. 21, 15 21 Gal. 2, 9

1 atque] aut *N* 5 es, *m. 1 corr.* est *L* 6 uoluptati⁎ (*super ras. m. 1 add.* s) *T* 7 qui *O* 8 est meo *edd.* qua, *m. 1 corr.* quia *L* 9 enim *om. T* 12 me *om. LO* 13 in] super *T* 14 clamando—effusus sum *om. T* clamantes *edd.* 15 conprehesum *O* 17 ut *om. GT* 18 dispersi *O* 19 corporis nisi *T* fundamenta *LORG* 20 ergo] autem *m* 21 apellantur alibi *G* nuncupantur *edd.* hii *T* 23 et] uel *O* est ergo cor *L edd.* 25 capiti (*postr. l. m. 2 in ras. 1—2 l.*) *O* corpis *T* saluatori⁎ (*fuit* s) *N*

uelut cera liquescat humanum. quod unde in illo fieri posset, qui potestatem habebat ponendi et recipiendi animam suam? sed profecto aut infirmorum suorum in se transtulit causam siue illorum, qui mortis metu pauescunt sicut ipse Petrus ex egregio praesumptore tam creber negator effectus, siue illorum, qui tristitia salubri contabescunt sicut idem ipse Petrus, cum amare fleuit — nam et tristitia quasi soluit cor, unde dicitur etiam Graece quod appellata sit λύπη —, aut certe profundum sacramentum nos intellegere uoluit, ut cordis sui nomine significaret scripturas suas, ubi eius utique latebat consilium, quod tunc apertum est, cum ea, quae de illo prophetata fuerunt, passus impleuit. solutae sunt ergo scripturae eius in his, quae perfecta sunt aduentu eius, natiuitate, passione, resurrectione, glorificatione. quis enim ea iam nǫn intellegit in prophetis, quando usque ad intellectum etiam carnalis multitudinis peruenerunt? quam fortasse significauit medio uentris sui, ut in eius corpore, quod est ecclesia, quasi uentris locum habeat carnalis et infirmior multitudo, aut, si uentris nomen magis interioribus competit, ad eos potius perfectiorem scripturarum intellectum pertinere monstratum est, cum cor eius, id est scripturae eius, quae continent consilium eius, in medio eorum, hoc est in cogitatione eorum tamquam cera dissoluitur, hoc est feruore spiritus aperitur, disputatur, exponitur.

2 Ioh. 10, 18 5 Matth. 26, 69—75 7 Matth. 26, 75; Luc. 22, 62

1 ue..|lut (*fuit* ra) *T* cera *om. LORG* possit, *m. 2 corr. uid.* posset *G* potest *T* 2 habeat *OT* 3 in se suorum *T* 4 metu mortis *T edd.* 5 creb.. negator factus *N* 7 ipse Petrus *om. N* 8 dissoluit *N* dicetur *L* quod] quod hinc *ORG* appellata—nos *om. T* 9 lype *LRG* lyppe *O* lipe *N* terte *G* 11 utique *ex ras.*, *fuit* utrique *T* 12 fuerant *NT* 13 ergo sunt *T* iis *f l r m* 15 iam ea *edd.* 17 in *om. T* 18 habebat *T* et] etiam *N* 20 ad eos] a'deo *G* perfectiorem] perfectionem *RT* ad perfectiorem *G* qui perfectiores sunt *N f l r m* scripturarum et intellectum *T* 23 hoc est] hoc q' *G* 24 aperitur disputatur *om. N*

V 37 Exaruit uelut testa uirtus mea. testa igne firmata est; sic et uirtus corporis Christi non sicut faenum igne consumitur, sed sicut testa passione uelut igne firmatur; uasa enim figuli probat fornax, sicut alio loco scriptura dicit, et homines iustos temptatio tribulationis. et lingua mea adhaesit faucibus meis. potest quidem silentium eius significatum uideri, quod et alius propheta commendat, cum dicit: Sicut agnus coram tondente fuit sine uoce; sed si linguam eius eos in eius corpore, quod est ecclesia, intellegamus, per quos suum loquitur euangelium, tunc eius faucibus adhaerent, cum a praeceptis eius non recedunt.

38 Quod uero sequitur: Et in puluerem mortis deduxisti me, quo modo capiti coaptabitur, quando quidem corpus eius, quod tertio die resurrexit, non est utique in puluerem dissolutum? nec aliter exposuerunt apostoli, quod in alio psalmo positum est: Neque dabis sanctum tuum uidere corruptionem, nisi quia eius caro non est corrupta, quae tam celeriter resurrexit. unde item in alio psalmo dicit: Quae utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? numquid confitebitur tibi puluis aut adnuntiabit ueritatem tuam? hoc scilicet dicens, quod, si eo modo, quo et ceteri, mortuus dimitteretur in puluerem et caro eius resurrectioni ultimae seruaretur, nulla esset utilitas

1 Ps. 21, 16 3 Eccli. 27, 6 5 Ps. 21, 16 8 Es. 53, 7 13 Ps. 21, 16 17 Ps. 15, 10; Act. 2, 27; 31 19 Ps. 29, 10

1 firmatur sic *N* 2 corporis *om. T* corp'oris *G* ignea sumitur, *m. 2* igne absumitur *G* 3 firmetur. *m. 1* (*?*) *corr.* firmatur *G* 6 ling, *m. ut uid. 1 corr.* lingua *L* quidem (*fuit* d) *L* 7 et *om. O* 8 totendente, *m. 2* tondente *G* tondente se *N sec. Vulg.* 9 si *om. GT* lingua *LORN* os, *m. 2* et os *G* os *LOR a e* 10 *ante* intellegamus *m. 2 add.* eos *G* quod *LOR a e* 11 tunc, *m. 2* qui tunc *G* qui tunc *T* faucibus eius *T* faccibus, *m. fortasse 1 corr.* faucibus *L* 15 tertia *edd.* 16 apostoli exposuerunt *T* quam, *m. 1 corr.* quod *T* 17 positum] dictum *T* 18 caro eius *NT* 20 discendo *L* descendi *G* 23 et *om. NT* mortui *T*

in sanguine eius, quia nihil prodesset mors eius nec adnuntiaretur ueritas dei, quae illum continuo resurrecturum esse praedixerat. quid sibi ergo uult, quod hoc loco ait: Et in puluerem mortis deduxisti me, nisi corpus eius accipiamus ecclesiam, in qua illi, qui pro eius nomine passi sunt uel patiuntur, non ita ut ipse cito resurgunt, sed in mortis puluerem deducuntur tunc resurrecturi, cum illud tempus uenerit, de quo in euangelio dicit: Veniet hora, quando omnes, qui sunt in monumentis, audient uocem eius et procedent? aut certe tropice puluerem mortis ipsos Iudaeos intellegi uoluit, in quorum manus deductus est; scriptum est enim: Non sic impii, non sic; sed tamquam puluis, quem proicit uentus a facie terrae.

XVI39 Denique sequitur: Quoniam circumdederunt me canes multi, concilium malignantium circumdederunt me, tamquam ipsos dixerit puluerem mortis, in quem deductus est, quos dixit canes multos et concilium malignantium canes uidelicet eos appellans, qui plerumque contra innocentes latrant, cum quibus non habent consuetudinem. iam uero in his, quae subiungit, tamquam euangelium recitatur. crucifixio quippe eius exprimitur in eo, quod dicit: Foderunt manus meas et pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea; ipsi uero considerauerunt et conspexerunt me. fossae sunt enim clauis manus et pedes eius et, cum extenderetur in ligno, quodam modo numerata sunt ossa

8 Ioh. 5, 28—29 12 Ps. 1, 4 14 Ps. 21, 17 21 Ps. 21, 17—18

1 prodeest (*sic!*) *R* 3 ergo sibi uult *T* sibi uult ergo *edd.* puluere *L* 7 tum *f l m* 8 dicitur *G* 9 in monumentis sunt *GNT edd. sec. Vulg.* 10 resurgent *GT* mortis *om. GT* 15 consilium *N* circumdedit *ORGT* obsedit *N edd. sec. Vulg.* (*Septuag.* συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με) 16 et ipsos (et *exp.*) *N* 18 uidelicet illos *T* eos uidelicet *edd.* 20 iis *f l r m* 21 dicit//// (*ras. 1—2 l.*) *L* foderun, *m. 2* foderunt *L* 22 manus *bis, alterum m. 2 del. L* meos *om. OR* 23 considerrunt, *m. 2* considerauerunt *L* inspexerunt *T*

eius. consideratus est autem atque conspectus, quid illi futurum esset et utrum ueniret Helias et liberaret eum.

40 Iam illud, quod sequitur, nullius expositionis indiget: Diuiserunt sibi uestimenta mea et super uestem meam miserunt sortem. uerba deinde, quae subtexuntur, orantis sunt tam ex persona capitis, id est hominis mediatoris, quam ex persona corporis, quod est ecclesia, quam dicit etiam unicam suam. tu autem, domine, inquit, ne longe feceris auxilium tuum. hoc ad eius carnem pertinet, cuius resurrectio non in longum missa est ut aliorum. in defensionem meam aspice, ne quid noceant inimici, qui sibi uidentur aliquid potuisse carnem perimendo mortalem. non autem nocent, si defendente gratia dei non eis ad malum anima superata consentiat; sicut enim et alibi prophetatum est, terra tradita est in manus impii, hoc est caro terrena.

41 Erue a framea animam meam. framea gladius est; nec utique tali ferro sed cruce occisus est Christus nec latus eius gladio sed lancea percusserunt. translato ergo uerbo frameam linguam dixit persequentium, sicut in alio psalmo dicitur: Et lingua eorum gladius acutus. unde, quia in eius carne lingua praeualuit malignorum, orat, ut animae nihil noceat, cum dicit: Erue a framea animam meam, ut haec in prophetia oratio, si ad caput corporis referas, non

2 Matth. 27, 49 4 Ps. 21, 19 7 Ps. 21, 21 8; 10 Ps. 21, 20 15 Iob 9, 24 17 Ps. 21, 21 21 Ps. 56, 5

2 esset utrum *GT* 4 uestimentimentimenta *L* 6 id est *om. N* 7 ecclesia cum dicit *LOR* etiam dicit *T* 8 unicam suam *om.*, *m. ut uid. 1 s. u. add.* tunicam suam (t *exp.*) *L* tunicam suam *ORNT* tonicam suam *G* inquit *om. N* 9 facias *O edd.* 10 non *om. R* missa (*m. 2* omissa) est *G* missa non est *R* est missa *edd.* 11 a*spice *T* 12 canem *L* 14 sicut] sic *T edd.* 15 tradita * in manus impii est *T* tradita in manus impii est *G* 17 a* (f *eras. ?*) *T* 18 Christus occisus est sed cruce *edd.* ociosus, *m. 1 corr.* occisus *T* Christus *om. N* 20 psalmo] loco *N* 21 quia *ex corr. m. 1, fuit* quod *N* 24 nou, *m. 1 corr.* non *O*

uideatur uelut indigentis petitio sed potius rei futurae figurata praedictio. aut certe, quia corpus eius, hoc est ecclesia graues persecutiones fuerat perpessura, frameam dixit, qua maxime trucidati sunt martyres; unde uult eorum animas erui, ne timeant eos. qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere, et consentiant ad inlicita. aut etiam in ipsorum passionibus inimicorum linguam frameam dicit. unde animam suam, hoc est animam corporis sui, animam sanctorum suorum uult erui.

42 Quod autem sequitur: Et de manu canis unicam meam, nihil aptius quam unica ecclesia mihi uidetur intellegi. canem uero mundum appellauit non ratione sed consuetudine contra insolitam ueritatem latrantem. haec est enim canum natura, ut, cum quibus habent consuetudinem, siue illi boni siue mali sint, non ad eos latrent, insolitorum autem personis uisis etiam innocentibus inritentur. manu autem canis potestatem mundi significauit, cuius etiam regnum infestum futurum corpori suo, id est ecclesiae suae leonis nomine figurauit in eo, quod adiunxit: Saluum me fac de ore leonis. unde scriptum est: Nihil interest inter minas regis et iram leonis, quamquam et diabolum apostolus Petrus leoni comparet rugienti et quaerenti circumeundo, quem deuoret. superbosque huius mundi Christianis humilibus aduersaturos ostendens consequenter dicit: Et a cornibus uni-

4 Matth. 10, 28 10 Ps. 21, 21 19; 24 Ps. 21, 22 20 Prou. 19, 12 21 I Petr. 5, 8

2 quia *ex corr. m. 1, fuit* quod *N* hoc] id *N* 3 maximi, *per errorem corr.* maxemi *L* 5 occidunt corpus *G* 6 occidere non possunt *edd.* occidere *om. N* ad *om. LN* (*m. ut uid. 2 add.* in) licita, *m. 3* inlicita *R* 7 dixit *GT* 8 animas sanctorum *R* 11 mihi *om. N* 12 appellauit mundum *edd.* 13 enim *om., s. u.* (*m. 1 ?*) *add. G* 14 siue illi—sint *om. N* 15 sunt *O* uisis personis *T* 17 significauit mundi *N* 19 ////in (*ras. 1—2 l.*) *N* saluum me fac] salua me *O* 20 est scriptum *edd.* 22 comparat, *m. 1 corr.* comparet *T* compararet *L* quaerendi *R* circuiendo *G* (*cum parua ras. super* u) *T* 23 aduersarios *T* 24 unicorniorum *ex ras., fuit* unicornuorum *N* unicornium *T edd. sec. Vulg.*

cornuorum humilitatem meam. ideo quippe in unicornibus superbi intelleguntur, quia superbia odit consortium et, quantum in ipso est, solus cupit eminere omnis superbus.

VII 43 Iam nunc adtende, ubi sit fructus, uel quod derelictus est, ne exaudiretur pro terrena felicitate non ad insipientiam, sed ut saperemus. quid noui testamenti gratia desiderare debeamus. uel quod non est derelictus sed exanditus in eo, quod ait: Ne discedas a me, qui dixerat: Quare me dereliquisti? quod utique contrarium est, nisi illud ad aliud, hoc ad aliud referatur. adtende et audi, quantum sapis, hauri, quantum capis quantumque ipse rem tantam eloqui ualeo, immo quantum tribuit ille, qui nos exaudit, et in Christo, in quantum homo mediator est inter nos et deum, et cum Christo, in quantum deus est aequalis deo et potens est facere, ut ait apostolus, supra, quam petimus aut intellegimus, uide in hoc psalmo testamenti noui gratiam. uide, illius derelictionis, tribulationis, deprecationis fructu quid agatur, quid insinuetur, quid commendetur, quid inlustretur. intuere, quid legamus tanto ante prophetatum, quid iam cernamus impletum. narrabo, inquit, nomen tuum fratribus meis; in medio ecclesiae cantabo te. fratres illi sunt, de quibus in euangelio ait: Vade et dic fratribus meis. ecclesia illa est, quam modo dixit unicam suam; haec

5; 8 Ps. 21, 3; 12; 2 13 I Tim. 2, 5 14 Phil. 2, 6; Eph. 3, 20 20 Ps. 21, 23 22 Ioh. 20, 17 23 Ps. 21, 21

2 quia] quod *N* 3 iminere, *m. 1 (?) corr.* eminere *L* imminere *R* omnibus *GT* 6 saparemus *O* saperem *R* noui gratia testamenti *edd.* 9 ad ***** (*fortasse fuit* illud) *T* 10 hoc ad aliud *om. N* hoc ad illud *G* referatur ad aliud *T* et *in fine u. om. T* 11 quantum capis *om. T* cupis, *m. 2* capis *O* quantumcumque *T* ipse *om. GT* 12 in christum *L* 13 est mediator *N* est *om. T* deum et nos *N* 15 ut ait apostolus *om. N* 17 unde *OG* (*m. 2* uide) illis, *m. 1 corr.* illius *L* derelictionem *LN* 18 agatur quid *om. N* 20 cernimus *N* nomen tuum inquit *edd.* 21 laudabo *OGN sec. Vulg.* 22 illius *T* ait] dicit *N* 23 est illa *G* tunicam suam *LOGN* suam *unicam (fuit* t) *T*

est unica catholica, quae toto orbe copiosa diffunditur, quae usque ad ultimas gentes crescendo porrigitur, unde in euangelio dicit: Et praedicabitur hoc euangelium in uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus et tunc ueniet finis.

44 Quod autem ait: Cantabo, hoc est illud canticum nouum, de quo in alio psalmo dicitur: Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. habes hic utraque, et quo cantico cantaturum se dixerit et in cuius ecclesiae medio; illud pertinet ad canticum nouum, haec ad omnem terram. ipse quippe cantat in nobis, cuius gratia cantamus. sicut dicit apostolus: An uultis experimentum eius accipere, qui in me loquitur Christus? medium uero ecclesiae uel ad eminentiam licet referas et ipsam manifestationem, quia omnia quanto clarius nota sunt, tanto magis in medio esse dicuntur, uel certe ad interiores ecclesiae, quia interiora sunt media. neque enim omnis, qui labiis personat, cantat canticum nouum, sed qui eo modo cantat, ut apostolus admonet dicens: Cantantes et psallentes in cordibus uestris domino. intus est enim hoc gaudium, ubi uox laudis et canitur et auditur; qua uoce laudatur, qui gratis amandus est toto corde, tota anima, tota mente ama-

3 Matth. 24, 14 7 Ps. 95, 1 12 II Cor. 13, 3 19 Eph. 5, 19 22 Matth. 22, 37; Luc. 10, 27; Deut. 6, 5

1 *unica *T* tunica *LOGN* quae—porrigitur *om. N* 3 praedicatur *N* 5 eueniet *T* 6 canticum illud *G* 8 cantate domino omnis terra *om. N* habes—terram *om. T* habes] habes utique *N* 9 quo (o *ex ras. et corr. m. 1*) *L* quo, *m. 2* quod *R* canticum *R* dixit *N* 10 nouum canticum *edd.* 12 apostolus dicit *T* ait *N* 14 uel *om. edd.* inminentiam, *m. 2* eminentiam *R* scilicet *m* refertis, *m. 2* referri *G* ipsa *R* ipsam, *m. 2* ad ipsam *G* ad ipsam *edd. praeter a c* 15 quia] que *N* 16 ** esse (*fuit* es) *L* quia] que *N* 17 cantat personat *G* 18 cantat *om. et post* nouum *in initio insequentis u. m. 2 add. N* 19 dicens *om. N* et psallentes *om. N* 20 enim est *ORGT edd.* 21 *post* laudis *m. 2 add.* est *N* et auditur *om. N* quia (i *del.*) *R* 22 tota anima tota mente *om. N*

toremque suum accendit in se gratia spiritus sui sancti; quid enim aliud est canticum nouum quam laus dei?

II 45 Denique sequitur et euidentius hoc demonstrat. cum enim dixisset: Narrabo nomen tuum fratribus meis, quia deum nemo uidit umquam, sed unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit, atque adiunxisset: In medio ecclesiae cantabo te, quo modo cantauit, id est quia in nobis cantauit, cum proficimus in nomine, quod narrauit fratribus suis, et quia laudem dei cantauit in nobis, continuo manifestauit dicens: Qui timetis dominum, laudate eum. quis autem ueraciter laudat, nisi qui sinceriter amat? tantundem est ergo, ac si diceret: Qui timetis dominum, amate eum. dixit enim homini, sicut scriptum est, 'ecce pietas est sapientia'. porro pietas cultus dei est nec colitur ille nisi amando. summa igitur et uera sapientia est in praecepto illo primo: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua, ac per hoc sapientia est caritas dei nec diffunditur in cordibus nostris nisi per spiritum sanctum, qui datus est nobis. initium autem sapientiae timor domini et timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem. proinde praemissus timor in cor nostrum pellit inde consuetudinem malorum operum et seruat caritati locum, qua tamquam domina ueniente, ut illa insidat, abscedit.

4 Ps. 21, 23 5 Ioh. 1, 18 10 Ps. 21, 24 13 Iob 28, 28 16 Matth. 22, 37; Luc. 10, 27; Deut. 6, 5 18 Rom. 5, 5 20 Ps. 110, 10 21 I Ioh. 4, 18

1 sancti spiritus sui *R* spiritus sancti sui *T* spiritus sancti *N* 2 nouum *bis, alterum del. L* 3 hoc euidentius *edd.* 6 narrauit *R* 7 te *om. GT* id est *om. O* 8 qui. *m. 1 corr.* quia *T* profecimus *T* 9 in nobis continuo manifestauit in nobis dicens *T* 12 ergo est *RT flrm* 17 ac] hac *L* 19 uestris *R* 20 autem *om., m. 2 add. L* 22 praemissus *ex corr.* (*m. 1 ?*), *fuit* promissus *L* 23 malorum *L* seruet, *m. 2* seruat *L* 24 caritate *L* insideat *GT* inscidat *O* 25 abscedat *O*

46 Ergo, qui timetis dominum, laudate eum. ut deum non seruiliter sed libere colatis, amare discite, quem timetis, et poteritis laudare, quod amatis. timentes enim deum homines ueteris testamenti propter litteram terrentem et occidentem nondum habentes spiritum uiuificantem currebant cum sacrificiis ad templum et quamuis in figuram futuri sanguinis, quo redempti sumus, tamen nescientes, quid per eas praefiguraretur, cruentas uictimas immolabant. nunc uero in gratia testamenti noui qui timetis dominum, laudate eum. ipse quippe in alio psalmo mutanda illa praenuntians, quae tunc in umbra futuri offerebantur: Non accipiam, inquit, de manu tua uitulos neque de gregibus tuis hircos. et paulo post, ut ostenderet sacrificium noui testamenti, quando illa fuerant cessatura: Immola, inquit, deo sacrificium laudis et redde altissimo uota tua. et in fine eiusdem psalmi: Sacrificium, inquit, laudis glorificabit me et illic uia est, qua ostendam illi salutare meum. salutare dei Christus est, quem infantem Symeon senex cum agnouisset in spiritu eumque sumpsisset in manus: Nunc dimittis, inquit, domine, seruum tuum secundum uerbum tuum in pace, quoniam uiderunt oculi mei salutare tuum.

XIX 47 Qui ergo timetis dominum, laudate eum; uniuersum semen Iacob, magnificate eum. non uacat. quod ei non sufficit dicere 'semen Iacob', nisi adderet 'uniuersum'.

1 Ps. 21, 24 4 II Cor. 3, 6 10 Col. 2, 17 11 Ps. 49, 9 14 Ps. 49, 14 16 Ps. 49, 23 19 Luc. 2, 29—30 23 Ps. 21, 24

1 ego, *m. 1 corr.* ergo *L* 2 colitis *G* co*latis (*fuit* l) *T* amare' eum amare *edd.* 3 a////matis (*ras. 1—2 l.*) *L* dñm *GT* homines (e *ex corr. m. 2*) *R* 5 uiuificatem (*sic!*) *G* 7 eos *LOR* 8 cruentes. *m. 1 corr.* cruentas *L* immolabant *in ras. m. ut uid. 1 T* noui testamenti *G edd.* 10 illa mutanda *edd.* 11 futuri (i *in ras. m. 1, fuit* futura) *T* manu] domo *OGT sec. sacr. litt.* 12 hircus, *m. 1 corr.* hircos *O* 14 ***laudis (*fuit* lau) *L* 15 in *om., s. u.* (*m. 1 ?*) *add. T* 20 ait *G* seruum tuum domine *GT sec. sacr. litt.* 23 timetis ergo *edd.* 25 adderet] diceret *T*

ne in solis eis intellegeretur, qui ex Israhelitis fuerant crediturí. semen enim Iacob ipsum est semen Abrahae; omnibus autem in Christum credentibus, non solis qui ex Israhel fideles erant, apostolus dicit: Ergo Abrahae semen estis, secundum promissionem heredes. ibi namque commemorauit praefigurationem noui testamenti in eo, quod scriptum est: In Isaac uocabitur tibi semen, non utique in Ismahel, ancillae filio. in quibus duobus filiis Abrahae, seruo et libero, et duabus mulieribus, ancilla et libera, scribens ad Galatas duo testamenta dicit in allegoria praefigurata. unde dicit: Non hi, qui filii carnis, hi sunt filii dei, sed filii promissionis deputantur in semen. promissionis enim uerbum hoc est: Ad hoc tempus ueniam et erit Sarrae filius.

48 Multum est et nimis longum diligenter enucleare, cur filii promissionis pertinentes ad Isaac noui testamenti gratiae deputentur. breuiter tamen adtingam, unde tanto fructuosius cogitabis, quanto magis pie cogitaueris. non omnia deus, quae praedicit, promittit; praedicit enim etiam illa, quae non ipse facit, quia est omnium praescius futurorum. praedicit ergo et peccata hominum, quae potuit praescire, non facere. promittit autem, quae ipse facturus est, nec ea mala sed bona. quis enim promittat mala? quamuis itaque mala inferat malis, non peccata sed supplicia, minatur tamen ea potius, quam promittit. omnia largitur et praescit, sed peccata praedicit, supplicia minatur, beneficia pollicetur. filii ergo promissionis filii sunt beneficii. haec est gratia, quae gratis datur non meritis operantis sed miseratione donantis. hinc gratias agimus domino

4 Gal. 3, 29 7 Gen. 21, 12; Rom. 9, 7 8 Gal. 4, 22—24 11 Rom. 9, 8—9; Gen. 18, 10 15 Gal. 4, 28 27 Eph. 2, 8—9

4 habrae *T* 6 eo] hoc *T* 7 non utique *bis, alterum m. 1 del. T* 11 hi] hii *T om. edd. praeter a* hi] hii *T* ii *edd. praeter a e* 12 in semine *edd. sec. Vulg.* (*Gr.* εἰς σπέρμα); *cf. ep. CXCIV, 37* 15 enudare *G* 17 deputantur *T* tanto] tã *GT* 20 facit, *m. 2* fecit *G* praecius, *m. 1 corr.* praescius *L* 23 enim *om. T* promittit *edd.* 25 *ex* largitur et *ras.* igitur *R* 28 agamus *N*

deo nostro, quod est magnum sacramentum in sacrificio noui testamenti, quod et ubi et quando et quo modo offeratur. cum fueris baptizatus, inuenies.

XX 49 Deinde sequitur et dicit: Timeat eum omne semen Israhel. quia Iacob ipse et Israhel unus homo erat habens duo nomina, non in paruo sacramento — sed uno libro non possumus dicere omnia, in quo iam multum progressi sumus et nondum de aliis tribus quaestionibus aliquid diximus, hoc est de tenebris exterioribus et latitudine, longitudine, altitudine ac profundo et de quinque et quinque uirginibus —, quod ergo supra dixit 'uniuersum semen Iacob', hoc consequenter ait 'omne semen Israhel'. sed quare superius 'magnificate eum' et posterius 'timeat eum'? magnificatio laudi congruit, de qua dixerat: Qui timetis dominum, laudate eum, unde iam multa disserui. ibi quippe amor uel caritas dei, quae perfecta foras mittit timorem. cur ergo iterum: Timeat eum omne semen Israhel? non enim accepistis, inquit apostolus, spiritum seruitutis iterum in timore. sed idem ipse apostolus oleastro inserto in oliua timorem praecipit, hoc est gentibus additis radici Abraham, Isaac, Iacob, ut et ipsae fierent Israhel, id est pertinerent ad semen Abrahae.

50 Quam insertionem oleastri amputatis propter infidelitatis

4 Ps. 21, 25 15 I Ioh. 4. 18 18 Rom. 8, 15 19 Rom. 11, 17—20

1 deo nostro *om. N* 2 et ubi] ut ubi *L* ubi *ORGT edd.* 5 qui *N f l r m* ipse *om. G* 6 non possumus dicere *om. N* non possumus dici *LOR* non possunt dici *edd.* 7 in quo—sumus *om. N* 8 aliquid *om. N* disseruimus *N* 9 et latitudine et longitudine *edd.* altitudine *om. R* 10 ac] et *GT edd.* profundum, *m. 1 (?) corr.* profundo *L* 11 dixit supra *edd.* hic *edd.* 13 timet-, *m. ut uid. 1 corr.* timeat *N* 15 uel caritas *om. N* 16 cū *R* 17 omnis Israel *edd. praeter m* 19 iterum *om. N* ipse *om. G edd.* 20 oliuam *N f l r m* praecepit *G* 21 isaac et iacob *R* et *om., s. u. (m. 1 ?) add. T* 23 inserti omnem *L* miserationem *GT* amputatis *om. O* iam putatis *l r* iam amputatis *m* infidelitatem *N*

superbiam naturalibus ramis etiam ipse dominus in euangelio praedixit occasione illius centurionis, qui in eum ex gentibus credidit. tunc enim ait: Amen dico uobis; non inueni tantam fidem in Israhel, et adiunxit: Ideo dico uobis, quia multi ab oriente et occidente uenient et recumbent cum Abraham, Isaac et Iacob in regno caelorum; filii autem regni ibunt in tenebras exteriores; illic erit ploratio et stridor dentium. ita significans inseri oleastrum propter humilitatem — dixerat quippe ille centurio: Non sum dignus, ut sub tectum meum intres, sed tantum dic uerbo et sanabitur puer meus —, confractionem autem ramorum naturalium propter superbiam eorum scilicet. qui ignorantes dei iustitiam et suam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti. de his quippe uana elatione tumentibus dictum est, quod ibunt in tenebras exteriores, quia iactantes se de semine Abrahae semen Abrahae fieri noluerunt, ut essent filii promissionis; quia fidem noui testamenti non receperunt, ubi dei iustitia commendatur, suam constituere uolentes, id est tamquam de suis meritis et operibus praefidentes spreuerunt esse filii promissionis, hoc est filii gratiae, filii misericordiae, ut, qui gloriatur, in domino glorietur credens in eum, qui iustificat impium, hoc est qui ex impio facit pium, ut deputetur fides eius ad iustitiam et impleatur in eo. non quod

3 Matth. 8, 10—12 10 Matth. 8, 8; Luc. 7, 6—7 13 Rom. 10, 3 22 I Cor. 1, 31 23 Rom. 4, 5

1 superbiam *om. N* naturalis, *m. 1 corr.* naturalibus *L* 2 centurionis *om. T* credidit ex gentibus *T* 3 tunc *bis, alterum eras. L* 5 quod *N* uenient ab oriente et occidente *N* 6 isaac] et isaac *NT sec. sacr. litt.; cf. p. 200, 17* 9 oleastrom, *m. ut uid. 1 corr.* oleastrum *L* 13 scilicet eorum *edd.* 15 iis *f l r m* 17 qui *NT m* iactentes, *m. 1 corr.* iactantes *L* 18 promissionis hoc est filii gratiae quia *G* quod *N* 19 suam] sed suam *T* 20 de ////// | suis (*ras. 2—3 l.*) *L* 21 perfidentes *O* 24 hoc—pium *om. N* 25 **** et impleatur (*fuit* et im) *L* quod non *G*

postulabat eius meritum, sed quod a domino promissum est beneficium.

51 Cum his igitur agens apostolus, qui oliuae per gratiam inserebantur: Dicis, inquit, 'fracti sunt rami, ut ego inserar'. bene; propter incredulitatem fracti sunt. tu autem fide sta, noli altum sapere, sed time. dei est enim beneficium, non meritum tuum; quod et alibi dicit: Gratia salui facti estis per fidem et hoc non ex uobis, sed dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae praeparauit deus, ut in illis ambulemus. in hoc itaque intellectu gratiae inest timor, de quo dicitur: Noli altum sapere, sed time. timor autem iste alius est; non est ille seruilis, quem caritas foras mittit. illo enim timetur, ne incidatur in tormentum supplicii, isto autem, ne amittatur gratia beneficii.

XXI 52 Quapropter quamuis fidelibus ad nouum testamentum pertinentibus dicat apostolus, quod paulo ante commemoraui: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: 'Abba, pater', id est ut fides in nobis sit, quae per dilectionem operatur, non tam timendo poenam quam amando iustitiam, tamen, quia non fit anima iusta nisi participatione melioris, qui iustificat impium — quid enim habet, quod non accepit? —.

4 Rom. 11, 19—20 8 Eph. 2, 8—10 15 I Ioh. 4, 18 20 Rom. 8, 15 23 Gal. 5, 6 26 I Cor. 4, 7

1 quod ab ipso domino *G* 3 is *L* iis *f l r m* apostolus agens *T* 5 facti (*m. 1 corr.* fracti) sunt rami tu autem *L* 6 stas *NT sec. sacr. litt.* 7 enim est *N* enim *om. GT* 8 facti *om. N* 10 fingmentum *O* 11 Iesu Christo *edd.* 13 timor inest *N* 14 est alius *T* non ille (*om.* est) *N* 17 ammittatur *L* dimittatur *R* 20 iterum *om. N* 21 in timore *RGNT edd. praeter f r sec. Vulg.* (*Gr.* εἰς φόβον) sed—pater *om. N* 25 quia *ex corr. m. ut uid. 1; fuit* quod *N*

non debet sibi tribuendo, quod dei est, ita gloriari, tamquam non acceperit. ob hoc ei dictum est: Noli altum sapere, sed time. et timor iste praecipitur etiam his, qui ex fide uiuentes heredes sunt noui testamenti atque in libertatem uocati. altum enim sapere dictum est superbire, quod alio loco e contrario satis ostendit, ubi ait: Non alta sapientes sed humilibus consentientes. ex hoc, quod ait 'humilibus consentientes', utique aperuit nihil aliud se dixisse 'alta sapientes' quam superbientes.

53 Timor ergo non est in caritate, quia perfecta caritas foras mittit timorem sed illum seruilem, illum, quo, cum se quisque ab opere malo abstinet, poena terretur, non iustitia delectatur; hunc foras caritas mittit, quam non delectat iniquitas, etiamsi proponatur impunitas, non illum, quo timet anima, ne amittat ipsam gratiam, qua in illa factum est, ut eam non peccare delectet, quo timet, ne deus eam deserat, etiamsi nullis dolorum cruciatibus puniat. hic timor castus est; non eum eicit caritas, sed adsciscit. de illo quippe scriptum est: Timor domini castus, permanens in saeculum saeculi. nequaquam istum diceret permanentem nisi sciens alium, qui non permaneret; et bene istum castum dixit, hoc enim non caret amor, quo anima inhaeret deo, quae dicit in alio psalmo: Perdidisti omnem, qui fornicatur abs te; mihi autem adhaerere deo bonum est. nam et coniunx, quae adulterinum animum gerit, etiamsi timore uiri

4 Rom. 1, 17; Gal. 3, 11; Hebr. 10, 38; Hab. 2, 4 Gal. 5, 13 6 Rom. 12, 16 10 I Ioh. 4, 18 19 Ps. 18, 10 23 Ps. 72, 27—28

2 dictum est ei *G* * noli (*fuitne ē ?*) *L* 3 his etiam *O ae* iis etiam *cett. edd.* 4 uiuentes sunt heredes sunt *O* 6 alio] in alio *GT* 7 ex hoc—consentientes *om. GT* 10 ergo *om. GT* est perfectus in *T* 12 bono *G* 13 caritas foras *edd.* 14 illum *ex ras.; fuit* ullum *L* 15 ammittat *L* 16 delectat *O* 17 nullis* *T* est castus *G* 18 caritas eicit *R edd.* absciscit *OT* (b *m. 1 del.*) 20 sciret *f l r m* 21 castam, *m. 1 (?) corr.* castum *G* 23 fornicantur, *sed sub post.* n *punctum uid. eras. T; cf. Vulg.* omnes qui fornicantur 25 con* iunx (*fuit* u) *T* adulterum *OGT* (*ex ras.; fuit* adulterium)

postulabat eius meritum, sed quod a domino promissum est beneficium.

51 Cum his igitur agens apostolus, qui oliuae per gratiam inserebantur: Dicis, inquit, 'fracti sunt rami, ut ego inserar'. bene; propter incredulitatem fracti sunt. tu autem fide sta, noli altum sapere, sed time. dei est enim beneficium, non meritum tuum; quod et alibi dicit: Gratia salui facti estis per fidem et hoc non ex uobis, sed dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae praeparauit deus, ut in illis ambulemus. in hoc itaque intellectu gratiae inest timor, de quo dicitur: Noli altum sapere, sed time. timor autem iste alius est; non est ille seruilis, quem caritas foras mittit. illo enim timetur, ne incidatur in tormentum supplicii, isto autem, ne amittatur gratia beneficii.

XXI 52 Quapropter quamuis fidelibus ad nouum testamentum pertinentibus dicat apostolus, quod paulo ante commemoraui: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: 'Abba, pater', id est ut fides in nobis sit, quae per dilectionem operatur, non tam timendo poenam quam amando iustitiam, tamen, quia non fit anima iusta nisi participatione melioris, qui iustificat impium — quid enim habet, quod non accepit? —.

4 Rom. 11, 19—20 8 Eph. 2, 8—10 15 I Ioh. 4, 18 20 Rom. 8, 15 23 Gal. 5, 6 26 I Cor. 4, 7

1 quod ab ipso domino *G* 3 is *L* iis *f l r m* apostolus agens *T* 5 facti (*m. 1 corr.* fracti) sunt rami tu autem *L* 6 stas *NT sec. sacr. litt.* 7 enim est *N* enim *om. GT* 8 facti *om. N* 10 fingmentum *O* 11 Iesu Christo *edd.* 13 timor inest *N* 14 est alius *T* non ille (*om.* est) *N* 17 ammittatur *L* dimittatur *R* 20 iterum *om. N* 21 in timore *RGNT edd. praeter f r sec. Vulg.* (*Gr.* εἰς φόβον) sed—pater *om. N* 25 quia *ex corr. m. ut uid. 1; fuit* quod *N*

non debet sibi tribuendo, quod dei est, ita gloriari, tamquam non acceperit. ob hoc ei dictum est: Noli altum sapere, sed time. et timor iste praecipitur etiam his, qui ex fide uiuentes heredes sunt noui testamenti atque in libertatem uocati. altum enim sapere dictum est superbire, quod alio loco e contrario satis ostendit, ubi ait: Non alta sapientes sed humilibus consentientes. ex hoc, quod ait 'humilibus consentientes', utique aperuit nihil aliud se dixisse 'alta sapientes' quam superbientes.

53 Timor ergo non est in caritate, quia perfecta caritas foras mittit timorem sed illum seruilem, illum, quo, cum se quisque ab opere malo abstinet, poena terretur, non iustitia delectatur; hunc foras caritas mittit, quam non delectat iniquitas, etiamsi proponatur impunitas, non illum, quo timet anima, ne amittat ipsam gratiam, qua in illa factum est, ut eam non peccare delectet, quo timet, ne deus eam deserat, etiamsi nullis dolorum cruciatibus puniat. hic timor castus est; non eum eicit caritas, sed adsciscit. de illo quippe scriptum est: Timor domini castus, permanens in saeculum saeculi. nequaquam istum diceret permanentem nisi sciens alium, qui non permaneret; et bene istum castum dixit, hoc enim non caret amor, quo anima inhaeret deo, quae dicit in alio psalmo: Perdidisti omnem, qui fornicatur abs te; mihi autem adhaerere deo bonum est. nam et coniunx, quae adulterinum animum gerit, etiamsi timore uiri

4 Rom. 1, 17; Gal. 3, 11; Hebr. 10, 38; Hab. 2, 4 Gal. 5, 13 6 Rom. 12, 16 10 I Ioh. 4, 18 19 Ps. 18, 10 23 Ps. 72, 27—28

2 dictum est ei *G* * noli (*fuitne ē ?*) *L* 3 his etiam *O ae* iis etiam *cett. edd.* 4 uiuentes sunt heredes sunt *O* 6 alio] in alio *GT* 7 ex hoc—consentientes *om. GT* 10 ergo *om. GT* est perfectus in *T* 12 bono *G* 13 caritas foras *edd.* 14 illum *ex ras.; fuit* ullum *L* 15 ammittat *L* 16 delectat *O* 17 nullis* *T* est castus *G* 18 caritas eicit *R edd.* absciscit *OT* (b *m. 1 del.*) 20 sciret *flrm* 21 castam, *m. 1 (?) corr.* castum *G* 23 fornicantur, *sed sub post.* n *punctum uid. eras. T; cf. Vulg.* omnes qui fornicantur 25 con*iunx (*fuit* u) *T* adulterum *OGT* (*ex ras.; fuit* adulterium)

non perpetret adulterium, tamen, quod deest operi, inest uoluntati; casta uero aliter timet, nam et ipsa timet uirum sed caste. denique timet illa, ne uir infestus adueniat, ista, ne offensus abscedat; non amanti enim praesentia uiri molesta est, amanti autem absentia. timore itaque casto, permanenti in saeculum saeculi timeat deum omne semen Israhel: timeant. quem diligunt, non alta sapiendo sed humilibus consentiendo; cum timore et tremore suam ipsorum salutem operentur; deus est enim, qui operatur in eis et uelle et operari pro bona uoluntate.

XXII 54 Haec est iustitia dei; hoc est, quod deus donat homini, cum iustificat impium; hanc dei iustitiam ignorantes superbi Iudaei et suam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti; hac superbia deiciuntur, ut humilis inseratur oleaster. et illi ibunt in tenebras exteriores, de quibus inter alia requisisti, uenientibus ab oriente et occidente multis, qui recumbant cum Abraham, Isaac et Iacob in regno caelorum. sunt enim modo in exteris tenebris, unde correctio desperanda non est; quam si contempserint, ibunt in tenebras exteriores, ubi correctionis locus non erit, quoniam deus lux est et tenebrae in eo non sunt ullae sed lux cordis, non istorum, qui in carne sunt, oculorum, nec omnino talis, qualis huius uisibilis lucis phantasia cogitatur; quamquam et ibi est uidere, sed longe aliter, longe dissimiliter. qualis enim lux est ipsa caritas, quis uerbis explicat? quis earum rerum, quae

7 Rom. 12, 16 8 Phil. 2, 12—13 12 Rom. 10, 3 15 Matth. 8, 11—12 21 I Ioh. 1, 5

1 petret *R* adulterium (*fuit* n) *L* adulterium perpetrat *edd.* inest] non est *R* 5 permanente *GT* 6 timeat] timete *G* 10 eis] nobis *T* 14 superbi *GT* et, *m. 1 corr.* ut *L* 16 alias *G* 17 recumbunt *G* recumbent *m* Isaac] et isaac *T Eug. sec. sacr. litt.*; *cf. p. 197, 6* 18 exteris] interioribus *G* 19 correptio *T* quam] quas *G* 21 erat, *m. fortasse 1 corr.* erit *L* 23 qualis *om. Eug.* 24 uisibilis lucis *bis, alterum eras. L* lucis uisibilis *edd.* 26 explicet *edd. praeter a*

sensibus corporis adiacent, ullo demonstrat exemplo? an forte lux caritas non est? audi apostolum Iohannem; ipse quippe dixit, quod modo commemoraui: Quoniam deus lux est et tenebrae in eo non sunt ullae, qui rursus dicit: Deus caritas est. ac per hoc, si deus lux est et deus caritas est. profecto caritas lux ipsa est, quae diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. item dicit: Qui odit fratrem suum, in tenebris est usque adhuc. istae sunt tenebrae, in quas diabolus et angeli eius multum superbiendo progressi sunt. caritas enim non aemulatur, non inflatur; ideo non aemulatur, quia non inflatur; ubi enim praecedit inflatio, continuo sequitur aemulatio, quoniam superbia mater est inuidentiae.

55 Diabolus igitur et angeli eius a luce atque feruore caritatis auersi et nimis in superbiam inuidiamque progressi uelut glaciali duritia torpuerunt. et ideo per figuram tamquam in aquilone ponuntur. unde, cum generi humano diabolus incubaret, uentura gratia saluatoris dicitur in cantico canticorum: Exsurge, aquilo, et ueni, auster, et perfla hortum meum et fluent aromata. exsurge, qui inruisti. qui subditis incumbis, qui possessos premis; exsurge, ut a tuo pondere releuati erigantur, quorum animas premendo curuasti; et ueni, auster, inquit spiritum inuocans gratiae flantem de meridie uelut a parte feruida et luminosa, ut fluant

5 I Ioh. 4, 8 6 Rom. 5, 5 8 I Ioh. 2, 11 11 I Cor. 13, 4 20 Cant. 4, 16

1 carnis *edd.* demonstret *edd. praeter a* 2 caritas lux non est *R* lux non est caritas *edd.* apostolum dicentem Iohannem *Eugippi cod. Vat.* ipse ē qui p̄dixit *T* 3 quoniam] quod *GT* 4 non sunt in eo *edd.* rursum *edd.* 5 ac] hac *L* 8 fratre *L* 11 non inflatur ideo non aemulatur *om. R* 12 praecedet *Eugippi cod. Vat.* 13 continuo *om. T* 14 inuidiae *GT* 17 duritia] inuidia *T* 18 aquilonem *LOR* genere *R* 20 et *ante* perfla *om. edd. sec. Vulg.* ortum *LGT* 21 qui• (*fuitne* a *?*) irruisti *T* 22 ut *om., m. 2 add. T* a] at *L* 24 gratiae *om. Eugippi cod. Vat.* flante *LOR* 25 a parte] aperte *LO*

aromata. unde apostolus dicit: Christi bonus odor sumus in omni loco. hinc etiam dicitur in quodam psalmo: Conuerte. domine, captiuitatem nostram sicut torrens in austro, captiuitatem scilicet, qua sub diabolo tamquam sub aquilone tenebantur, ubi abundante iniquitate friguerant et quodam modo congelauerant. hinc enim et euangelium dicit: Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet caritas multorum. at uero flante austro glacies resoluitur et torrentes fluunt, id est peccatis remissis populi ad Christum caritate concurrunt. hinc et alibi scriptum est: Sicut glacies in sereno ita soluuntur peccata tua.

XXIII 56 Proinde rationalis creatura siue in angelico spiritu siue in anima humana ita facta est, ut sibi ipsa bonum, quo beata fiat, esse non possit, sed mutabilitas eius, si conuertatur ad incommutabile bonum, fiat beata; unde si auertatur, misera est. auersio eius uitium eius et conuersio uirtus eius est. natura ergo non est mala, quia creatura spiritus uitae rationalis etiam priuata bono, cuius participatione beatificatur, id est etiam uitiosa melior est corpore, quod summum est in corporibus, id est hac luce, quae sentitur oculis carnis, quia et ipsa corpus est, omni autem corpore quaelibet incorporea natura praestantior non mole, quia nonnisi corporum est moles, sed ui quadam, qua supergreditur omnem phantasiam, quam uolutat animus haustam de sensibus corporis. sed quem ad modum

1 II Cor. 2, 14—15 3 Ps. 125, 4 7 Matth. 24, 12 11 Eccli. 3, 17

1 dixit *T* 6 frigerant, *m. 1 corr.* friguerant *L* enim et] etenim *N* enim *T* in euangelium *L* in euangelio *NT* 7 dicitur *T* abundauit *LONT* requiescet, *in marg. m. 1* refrigescet *N* refrigescit *Eug.* 8 at] aut *L* 9 fluent *Eug.* 10 christi *T* caritate, *m. 2* in caritate *G* caritatem *T* 11 soluentur *N f l r m sec. sacr. litt.* 13 bona *N* 14 fiat ***** (*fuit* a fiat) *L* 16 conuersio] conuersio eius *edd.* 17 uitae] uita est *N f m* uitae * (*fuisse uid.* è) *R* uitae est *LGT cett. edd.* 18 etiam] quae etiam *N f l r m* 19 corpore] eo corpore *N f m* 20 ac *LG* (*m. 2* hac) sentiatur (a *m. 1 dcl.*) *T* 21 est corpus *T edd.* omnia *O* qualibet *LOR* 22 praestantior, *m. 2* est praestantior *G* praestantior est *T m* male, *m. 2* mole *G* moles. *L*

in ipsis corporibus ea, quae inferiora sunt, sicut terra et aqua et ipse aer, meliora fiunt participatione melioris, id est cum luce inluminantur et feruore uegetantur, sic incorporeae creaturae rationales ipsius creatoris fiunt participatione meliores, cum ei cohaerent purissima et sanctissima caritate; quam omni modo si caruerint, tenebrescent et obdurescent quodam modo.

57 Proinde infideles homines tenebrae sunt. qui per fidem conuersi ad deum quadam praemissa inluminatione lux fiunt. in qua proficiendo si ex fide ad speciem peruenerint, ut id, quod credunt, etiam conspicere. sicut tantum bonum potest conspici, mereantur, perfectam recipient imaginem dei; talibus enim dicit apostolus: Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. porro diabolus et angeli eius tenebrae sunt infidelibus hominibus exteriores; plus enim ab illa caritate auersi et in suum fastum obstinationemque progressi sunt. et quoniam extremo iudicio dicturus est Christus eis, quos ad sinistram discernet: Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius, his malignis spiritibus coniungendos simulque damnandos dicet ituros in tenebras exteriores, id est in societatem poenalem diaboli et angelorum eius. huic poenae contrarium est. quod bono seruo dicitur: Intra in gaudium domini tui, ut, quanto sunt istae tenebrae exteriores, tanto sit lumen illud interius. non haec per locorum interualla inani phantasmate cogitanda sunt; localia spatia non occupant nisi corporum moles. non est hoc

13 Eph. 5, 8 18 Matth. 25, 41 23 Matth. 25, 23

2 ar, *m. 1 corr.* aer *L* melioris—participatione *om. O* 3 luce *om. T* incorpore *GT* 4 me | meliores *G* 5 qua *ORGT* (*ex corr. m. ut uid. 1; fuit* quia) *edd. Eugippi codd. nonnulli; cf. p. 74, 14* 6 omni modo] omnino *R* tenebrescunt et obdurescunt *T edd. praeter a* 11 prospicere *Eug.* 13 enim *om. T* 15 deteriores *edd. praeter m* 16 et *om. L* factum *GT Eugippi cod. Ambr. et Vat.* 17 Christus dicturus est *edd.* 18 discernit *Eug.* 20 dicit *m Eug.* 21 angeli, *m. 1 (?) corr.* angelorum *L* 23 tui (t *m. 2 inductum aut corr.*) *O* quando, *stilo cerussato corr.* quanto *L* 26 est *om. T*

spiritus uitae, non est hoc anima rationalis, multo minus deus omnium benignissimus conditor et iustissimus ordinator. uoluntatibus et affectibus ista uel propinquare uel longe fieri uel intrare uel exire dicuntur.

58 Sed quia malo opere, id est tenebroso delectantur facientes, secutura est autem poena, quae torqueat, ideo dominus ubi dicit 'tenebras exteriores', addit etiam 'ibi erit ploratus et stridor dentium', ne talibus oblectationibus. qualibus hic iniqui perfruuntur, quando infidelitate atque iniustitia tenebrescunt, etiam in illo supplicio se usuros dementer existiment: quia enim uolentes iniuste utuntur bonis, iuste nolentes cruciabuntur malis. unde possunt etiam tenebrae exteriores intellegi poenae corporales — corpus quippe est animae exterius —. ut sint animae mala, quibus a caritatis lumine auersa in peccatis oblectatur, exterae tenebrae. corporis autem mala, quibus aeternis in finem torquebitur, exteriores tenebrae. quas solas timent, qui seruili adhuc timore detinentur. nam si eis liceret in illis exteris, quae sunt in peccatis, impune semper uolui et inuolui, profecto numquam uellent accedere ad deum et inluminari et inhaerere illi per caritatem, ubi est timor castus, permanens in saeculum saeculi, qui timor non cruciat. sed tenaciorem facit animam boni illius. quod si dimiserit, cadit.

XXIV 59 Timeat eum omne semen Israhel. et uide causam, quam coniungit: Quoniam non spreuit, inquit, neque

7 Matth. 8, 12 19 Ps. 33, 6 21 Ps. 18, 10 24 Ps. 21, 25

2 et iustissimus ordinator *om. T* 5 id est] uel *R* tenebrosae *Eugippi cod. Vat.* 6 autem *m. 2 del. uid. G* 7 dixit *edd.* tenebras *om. T* addidit *LR f l r m* ubi *R* fletus *edd. Eugippi codd. nonnulli sec. Vulg.; cf. p. 197, 8* 8 delectationibus *f l r m* iniqui hic *G* 9 infelicitate *O* iusticia *T* tenebrae sunt *Eugippi cod. Vat.* 10 illos *R* se ussuros *R* sessuros, *m. 2* se usuros *G* clementer *G* 11 utentur, *m. 1 corr.* utuntur *L* 12 malis] penis *T* 14 a caritatis luce auersa mens in *edd.* 16 in fine *T Eug.* 21 pertinens *O* 23 cadat *L* cadet *N f l r m Eugippi codd. nonnulli* 25 coniunxit *R* contingit *O* inquit *om. GT*

despexit precem pauperis. pauperem humilem dicit; hinc est: Noli altum sapere, sed time. timeat ergo eum omne semen Israhel, quoniam non despexit eius precem, qui non altum sapuit, sed timuit. potest hoc et capiti coaptari, quia ipse saluator corporis propter nos pauper factus est, cum diues esset, ut eius paupertate ditaremur. ex forma enim serui pauper factus est, ex qua et precem fudit; in ea quippe humiliauit semet ipsum factus oboediens usque ad mortem. uide ergo, quid dicat: Quoniam non spreuit neque despexit precem pauperis neque auertit faciem suam a me. ubi est illud: Quare me dereliquisti, si nec faciem auertit ab eo, nisi quia et derelinquens non derelinquit, quando in bonis temporalibus non exaudit non ad insipientiam nobis, sed ut sapiamus, quid auferat et quid offerat nobis? non, inquit, spreuit neque despexit precem pauperis neque auertit faciem suam a me et, cum clamarem ad eum, exaudiuit me. fecit ergo, quod paulo ante rogatus est, ubi ei deprecans dixit: Ne discedas a me. si enim exaudiuit, profecto fecit, non itaque discessit. non ergo dereliquit hoc modo, qui alio modo dereliquit, ut saperemus, quo modo magis non ab eo derelinqui uelle debemus.

60 Apud te laus mea. quid ergo nocent, qui tamquam uicto insultant, quod me in temporalibus dereliqueris? in ecclesia

2 Rom. 11, 20 5 II Cor. 8, 9 8 Phil. 2, 8 10; 15 Ps. 21, 25 14 Ps. 21, 3 19 Ps. 21, 12 23; 24 Ps. 21, 26; 34, 18

1 dispexit *LR* deprecationem *GT sec. Vulg.* 3 dispexit *R* spreuit *T* 4 et hoc *edd.* (*a e om.* 1 pauperem—10 pauperis) 8 semet ipsum humiliauit *m; cett. edd. om.* semet ipsum 10 dispexit *R* deprecationem *GT* 12 ab eo faciem auertit *T* 13 derelinquit (n *del.*) *N* dereliquit *T* in *om. O* 14 non ad| et non ad *f l r m* 15 •et *T* offeret *L* 16 dispexit *LR* 17 a *om., m. 1 add. L* com, *m. 1 corr.* cum *L* 18 facit *LOG a e* paulo *om. N* 19 ubi ei (bi ei *in ras. m. ut uid. 1*) *O* ubi eum *N f l r m* 20 utique *N f l r m* discedit *T* 21 alio derelinquit modo *G* 23 nocet, *m. ut uid. 1 corr.* nocent *L* tamquam| tam *G* 24 insultat, *m. 1 corr.* insultant *L* dereli•queris (*fuit* n) *R* derelinqueris (n *m. 2 del.*) *G*

magna confitebor tibi, non quanta ista synagoga est, quae inridet mortem derelicti, sed in ecclesia magna diffusa per omnes gentes, quae credit in resurrectionem non derelicti. haec est unica illa, quam petit de manu canis erui, de qua etiam paulo ante dixit: In medio ecclesiae cantabo te, et nunc quod ait: Confitebor tibi, in eis utique, qui confitebuntur, in quibus et loquitur. confessio autem non tantum peccatorum est sed et laudis dei, sicut ipse in euangelio: Confiteor tibi, inquit, pater, domine caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. ideo sequitur et dicit: Vota mea reddam coram timentibus eum. edent pauperes et saturabuntur et laudabunt dominum, qui requirunt eum. ipsi sunt paruuli, de quibus dixit: Et reuelasti ea paruulis, timentes eum et pauperes, id est humiles, qui non alta sapiunt, sed timent timore illo casto, non quo poena formidatur, sed quo gratia conseruatur.

61 Vota uero sua sacrificium uult intellegi corporis sui, quod est fidelium sacramentum. ideo cum dixisset: Vota mea reddam coram timentibus eum, continuo subiunxit: Edent pauperes et saturabuntur. ipsi enim saturabuntur pane, qui de caelo descendit, qui ei cohaerentes et eius pacem dilectionemque seruantes imitantur eius humilitatem; ideo pauperes. in hac paupertate et saturitate praecipue apostoli claruerunt. et laudabunt, inquit, dominum, qui requirunt eum intellegentes non meritorum suorum sed illius esse gratiae, quod saturati sunt. requirunt enim eum, quia non

4; 5 Ps. 21, 21; 23 9 Matth. 11, 25 11 Ps. 21, 26—27 22 Ioh. 6, 50

1 est synagoga ista *G* 3 credunt *T* 5 laudabo *ON sec. Vulg.* 8 laus *R* 9 confitebor *T* (b *exp.*) *edd. praeter e* tibi *in fine u. om. L* terra *L* 10 qui *LOGNT* 11 p••auolis, *m. 1 corr.* paruolis *L* 12 reddam in conspectu timentium eum *T sec. Vulg.* 16 isto *T* poenas *LR* 23 eis, *m. 1 corr.* eius *L* 24 ••saturitate (*fuit* sa) *G* 25 dominum inquit *edd.* 26 merito, *m. 1 corr.* meritorum *L* illius *om. T* 27 eum enim *N*

sunt ex eis, qui sua quaerunt, non quae Iesu Christi. denique, etsi caro eorum, qui eum laudant, patitur temporalem tribulationem uel mortem, uiuent corda eorum in saeculum saeculi. haec uita cordis non est in sensibus corporis; secreta est in luce. quae intus est, non in tenebris, quae foris sunt, in fine praecepti, non in initio peccati. finis autem praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. caritas, quae non aemulatur, non inflatur, quia non altum sapit, sed timet; et ideo cohaeret timore casto, permanente in saeculum saeculi. initium autem omnis peccati superbia, qua diabolus inreuocabiliter in exteriora progressus est hominemque inuidendo et ei simile aliquid suadendo deiecit. cui homini in quadam scriptura dicitur: Quid superbit terra et cinis, quoniam in uita sua proiecit intima sua? 'in uita sua' dictum est tamquam in propria sua et quasi priuata, qua delectatur omnis superbia.

V 62 Unde caritas in commune magis quam in priuatum consulens dicitur non quaerere, quae sua sunt. hac uiuunt corda in saeculum saeculi tamquam saturata pane caelesti, de qua dicit ipse saturator: Nisi manducaueritis carnem meam et sanguinem biberitis, non habebitis uitam in uobis. merito ergo istorum, qui saturantur, uiuent corda in saeculum saeculi. uita enim Christus est, qui habitat in

1 Phil. 2, 21 3 Ps. 21, 27 6 I Tim. 1, 5 8 I Cor. 13, 4 9 Rom. 11, 20; Ps. 18, 10 11; 14 Eccli. 10, 15; 9—10 19 I Cor. 13, 5 21 Ioh. 6, 54 24 Ioh. 11, 25; 14, 6; Eph. 3, 17; II Cor. 5, 7

1 non] sed *O* 2 quia *LO* 5 secreta] sed creata *GT* in luce quae intus est] intus in luce *T* 6 non initio *LORT* 7 caritas est *edd.* 10 timori *GNT* permanenti *GN* (*ex ras.; fuit* permanente) *T* 12 quae *L* quia *NT* 13 aliquid simile *T* 14 quid (d *ex corr. m. 2*) *R* 16 in | in propria *L* 19 hac *ex corr.; fuit* hoc *N* corda eorum in *N; cf. u. 23* 20 qua, *m. 2 corr. uid.* quo *R* 21 dixit *T* saturator ipse dicit *l r m* saturitate ipse dicit *cett. edd.* me meam *L* 22 sanguinem meum biberitis *edd. sec. sacr. litt.* 23 istorum qui] sterum qua *L* uiuunt *NT Eugippi codd. nonnulli* corda] corda eorum *LN; cf. u. 19*

cordibus eorum interim per fidem post etiam per speciem. uident enim nunc per speculum in aenigmate tunc autem facie ad faciem. unde ipsa caritas nunc in bonis operibus dilectionis exercetur, qua se ad subueniendum, quaqua uersum potest, porrigit, et haec latitudo est; nunc longanimitate aduersa tolerat et in eo, quod ueraciter tenuit, perseuerat, et haec longitudo est; hoc autem totum propter adipiscendam uitam facit aeternam, quae illi promittitur in excelso, et haec altitudo est. existit uero ex occulto ista caritas, ubi fundati quodam modo et radicati sumus, ubi causae uoluntatis dei non uestigantur, cuius gratia sumus salui facti non ex operibus iustitiae, quae nos fecimus, sed secundum eius misericordiam. uoluntarie quippe genuit nos uerbo ueritatis. et haec uoluntas eius in abdito est. cuius secreti profunditatem quodam modo expauescens apostolus clamat: O altitudo diuitiarum sapientiae et scientiae dei! quam inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae eius! quis enim cognouit sensum domini? et hoc est profundum. altitudo quippe commune nomen est excelso et profundo, sed, cum in excelso dicitur, sublimitatis eminentia commendatur, cum autem in profundo, difficultas inuestigationis et cognitionis. unde et illud deo dicitur: Quam magnificata sunt opera tua, domine!

2 I Cor. 13, 12 9 Eph. 3, 18 11 Tit. 3, 5 13 Iac. 1, 18 16 Rom. 11, 33—34 23 Ps. 91, 6

2 nunc] tunc *O* nunc per speculum et in aenigmate *N* per speculum nunc in aenigmate *T* nunc in aenigmate per speculum *edd.* 4 qua] que, *sed* e *in ras. N* 6 toleret *O* 7 est longitudo *edd.* adipiscendam (*fuitne* d?) *T* 9 existit] ex ista, *m. 2* ex ipsa *G* occulto *ex corr. m. 1; fuit* occulta *L* ista, *m. 2* est *G* 10 et radicati quodam modo *edd.* 11 inuestigantur *edd. Eugippi codd. nonnulli* non— misericordiam *om. N* 12 iustitiae *om. T* fecimus nos *T edd. sec. Vulg.* 13 uoluntarie *L* 16 clamat] clamans *O* sapientiae dei ac scientiae *Eugippi cod. Vat.* 17 incomprehensibilia *T sec. Vulg.* 19 commune nomen est] communionem habet *T* 20 profundum, *stilo cerussato corr.* profundo *L*

nimis profundae factae sunt cogitationes tuae. et iterum: Iudicia tua uelut multa abyssus. hinc igitur est illud apostoli, quod requirendum inter cetera posuisti: Huius rei gratia, inquit, flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur, ut det uobis secundum diuitias gloriae suae uirtute corroborari per spiritum eius, in interiore homine habitare Christum per fidem in cordibus uestris, ut in caritate radicati et fundati praeualeatis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo et longitudo et altitudo et profundum, scire etiam supereminentem scientiam caritatis Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem dei.

VI 63 Adtende omnia diligenter. huius rei gratia, inquit, flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelo et in terra nominatur. quaeris, cuius rei gratia. hoc supra dixerat: Propter quod peto non infirmari in tribulationibus meis pro uobis. hoc ergo eis optat, ut non infirmentur in tribulationibus apostoli, quas pro illis sustinebat, et propter hoc genua flectebat ad patrem. proinde non infirmari unde illis sit, sequitur et dicit: Ut det uobis secundum

2 Ps. 35, 7 4 Eph. 3, 14—19 19 Eph. 3, 13

1 cogitatitiones (es *ex corr. m. 1; fuit* is) *L* 2 item *N* uelut *om. N sec. Vulg.* abyssus multa *RN edd. sec. sacr. litt.* 3 posui, *m. 2* posuisti *T* 5 nostri *om. G* 6 caelo *Eug.* 7 uirtutē *GT* 8 eius *om. T* in interiori homine *G edd. Eugippi cod. Verc.* in interiore homine *ex ras.; fuit* in interiorē hominē *R* in interiorem hominem *LON Eugippi cod. Vat. sec. sacr. litt.* interiorē hominē (in *om.*) *T; cf. p. 210, 5* 10 praeualeatis] possitis *N sec. Vulg.* 11 longitudo et latitudo *L* (et latitudo *om., in marg. m. 1 add.*) *OG edd.* latitudo longitudo *T; cf. p. 156, 11* 12 et *ante* altitudo *om. LORGN edd.* altitudo] sublimitas *N sec. Vulg.* scire] et scire *T* 15 inquit gratia *N edd.* 16 genua cordis mea *Eugippi cod. Vat.* ad—nominatur *om. N* 17 caelis *edd.; cf. u. 6* 22 propter] pro *R*

diuitias gloriae suae uirtute corroborari per spiritum eius. hae sunt diuitiae, de quibus dicit: O altitudo diuitiarum! abditas enim habent causas, ubi nullis meritis praecedentibus quid habemus, quod non accepimus? deinde sequitur et, quid optet, adiungit: In interiore, inquit, homine habitare Christum per fidem in cordibus uestris. haec est uita cordium, qua uiuimus in saeculum saeculi ab initio fidei usque ad finem speciei. ut in caritate, inquit, radicati et fundati praeualeatis comprehendere cum omnibus sanctis. ista est communio cuiusdam diuinae caelestisque rei publicae; hinc saturantur pauperes non sua quaerentes, sed quae Iesu Christi, id est non commoda priuata sectantes sed in commune, ubi salus omnium est, consulentes; nam de ipso pane, quo tales saturantur, quodam loco apostolus dicit: Unus panis, unum corpus multi sumus. quid ergo comprehendere? quae sit, inquit, latitudo, sicut iam dixi, in bonis operibus, quibus beniuolentia porrigitur usque ad diligendos inimicos, et longitudo, ut longanimitate pro hac latitudine molestiae tolerentur, et altitudo, ut pro his aeternum quod in supernis est praemium, non uanum aliquid temporale speretur, et profundum, unde gratuita gratia dei secundum secretum et abditum uoluntatis eius existit. ibi enim radicati, ibi fundati sumus, radicati propter agriculturam, fundati propter aedificationem: quae quoniam non est ab homine, dicit alio

2 Rom. 11, 33 4 I Cor. 4, 7 12 Phil. 2, 21; I Cor. 13, 5 15 I Cor. 10, 17

1 uirtute *om. O* uirtutem *GT* 4 quid *om. N* habeamus (a *exp.*) *T* 5 quod, *corr.* quid *L* optet] oportet *Eugippi cod. Vat.* in interiori inquit homine *G edd. Eugippi cod. Verc.* in interiorem inquit hominem *T; cf. p. 209, 8* 7 nostris *G* (*m. 2* uestris) *T* 11 hanc, *m. 1 supra add.* hinc *O* 13 non *om., m. 1 add. O* 14 illo *T* quo *om. et ante* quodam *m. ut uid. 1 add.* unde *T* 15 dicit] ait *NT* 17 operibus bonis *N* 19 latitudo *G* ut] et *L* longanimiter *NT m* 22 unde] ut de *O* gratuita *L* et abditum *om. N* 23 exsistat *O* ubi fundati *O* 24 sumus fundati *edd.* culturam (agri *in fine u. om.*) *N*

loco idem apostolus: Dei agricultura, dei aedificatio estis. hoc totum agitur, cum in hac nostra peregrinatione fides per dilectionem operatur. in futuro autem saeculo perfecta et plena caritas sine ulla malorum tolerantia non fide credit, quod non uidet, nec spe desiderat, quod non tenet, sed in aeternum ueritatis incommutabilem speciem contemplabitur, cuius sine fine quietum opus erit laudare, quod amat, et amare, quod laudat. de hac consequenter dicit: Scire etiam supereminentem scientiam caritatis Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem dei.

64 In hoc mysterio figura crucis ostenditur. qui enim, quia uoluit, mortuus est, quo modo uoluit, mortuus est. non frustra igitur tale genus mortis elegit, nisi in eo quoque latitudinis huius et longitudinis et altitudinis et profunditatis magister existeret. nam latitudo est in eo ligno, quod transuersum desuper figitur; hoc ad bona opera pertinet, quia ibi extenduntur manus. longitudo in eo, quod ab ipso ligno usque ad terram conspicuum est; ibi enim quodam modo statur, id est persistitur et perseueratur, quod longanimitati tribuitur. altitudo est in ea ligni parte, quae ab illo, quod transuersum figitur, sursum uersus relinquitur, hoc est ad caput crucifixi, quia bene sperantium superna expectatio est. iam uero illud ex ligno, quod non apparet, quod fixum occultatur, unde totum illud exsurgit, profunditatem significat gratuitae gratiae; in

1 I Cor. 3, 9 3 Gal. 5, 6

1 agricultura] agricultura estis *edd. sec. Vulg.* 2 nostra hac *G* 3 fideles *GT* operantur *G* •operȃntur *T* 6 contemplatur *T* 9 scientiae karitatem *N sec. sacr. litt.* 11 quia] quod *N* 12 motuus est qui modo, *m. 1 corr.* mortuus est quo modo *L* quo modo uoluit mortuus est *om. G* 13 nisi ut in *m Eug.* 14 huius et longitudinis *om. T* et altitudinis et longitudinis *LN* profunditas, *m. 1 corr.* profunditatis *L* 15 in eo ligno est *N* quo, *m. 1 corr.* quod *R* quo *LO aut* quo *aut* qua *Eugippi codd.* 19 longanimitate, *m. ut uid. 1 corr.* longanimitati *L* 20 ligna, *m. ut uid. 1 corr.* ligni *L* parte ligni *T* ipso *T* transuersũ• *T* 22 iam—occultatur *om. T* 23 apparet] uidetur *N* 24 gratuitate *O*

quo multorum ingenia conteruntur id uestigare conantia. ut ad extremum eis dicatur: O homo tu quis es, qui respondeas deo?

65 Viuent ergo corda saturatorum pauperum in saeculum saeculi, hoc est humilium caritate flagrantium, non sua quaerentium sed sanctorum societate gaudentium. hoc primitus in apostolis factum est. sed laudando deum, id est praedicando gratiam dei, quoniam dictum est: Laudabunt dominum, qui requirunt eum, quid populorum adquisierint, in eo, quod sequitur, uide.

XXVII 66 Commemorabuntur, inquit, et conuertentur ad dominum uniuersi fines terrae et adorabunt in conspectu eius uniuersae patriae gentium, quoniam domini est regnum et ipse dominabitur gentium. ille inrisus, ille crucifixus, ille derelictus hoc regnum adquirit et tradet in fine deo et patri, non ut ipse amittat, sed, quod in fide seminauit, cum uenit minor patre, hoc perducat ad speciem, in qua aequalis non recessit a patre. manducauerunt et adorauerunt omnes diuites terrae; diuites terrae superbos intellegere debemus. si recte superius pauperes humiles intellegebamus, de quibus in euangelio dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum; ipsi enim sunt mites, lugentes, esurientes et sitientes iustitiam, miseri-

2 Rom. 9, 20 8 Ps. 21. 27 11 Ps. 21, 28—29 16 I Cor. 15, 24; Ioh. 14, 28; Phil. 2, 6 19 Ps. 21, 30 22 Matth. 5, 3 23 Matth. 5, 4—10

1 qua *T Eug.* id *om. N* inuestigare *N m* conantium *GT* 5 humili *N* 9 requirent *G* ////quid (*ras. 1—2 l.*) *L* quisierint, *m. 1 corr.* acquisierint *L* 11 conuertantur *O* 12 adora (bunt *in fine pag. om.*) *L* 14 et] e *L* 15 gentium] gēt *L* 16 tradit *O* deo patri *G* ut *om., m. ut uid. 1 add. T* 17 a-mittat *N* ammittat *L* sed ut quod *G* in fine seminauit *R* infides (*m. 2* infideles) emanauit *G* 19 omnes pingues terrae *GT sec. sacr. litt.* 20 superbos uult intellegere si (uult *m. 1 del. et supra add.* debemus) *N* 21 intellegamus *OR* 22 in euuangz̄ dn̄s dicit *G*

cordes, mundo corde, pacifici et qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quibus praedicationibus singillatim beatitudinem adiunxit. contra ergo diuites terrae hoc loco superbi intellegendi sunt. neque enim frustra ita distincti sunt, ut de pauperibus supra diceretur: Edent pauperes et saturabuntur, hic uero: Manducauerunt et adorauerunt omnes diuites terrae. et ipsi quippe adducti sunt ad mensam Christi et accipiunt de corpore et sanguine eius, sed adorant tantum, non etiam saturantur, quoniam non imitantur. manducantes enim pauperem dedignantur esse pauperes, quia Christus pro nobis passus est relinquens nobis exemplum, ut sequamur uestigia eius. uerum tamen, quod humiliauit semet ipsum factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis, aspernantur diuites et similia perpeti respuunt tumore non magnitudine, infirmitate ergo non sanitate. sed quia deus eum excitauit a mortuis et donauit ei nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu flectatur omne genu caelestium, terrestrium et infernorum, fama celsitudinis eius et gloria nominis eius in ecclesia usquequaque diffusa permoti et ipsi ueniunt ad mensam, manducant et adorant, non tamen saturantur, quia non esuriunt et sitiunt iustitiam; tales enim saturabuntur. quamquam perfecta saturitas in illa uita aeterna erit, cum ex ista peregrinatione uenerimus ex fide ad speciem, ab speculo ad faciem. ab aenigmate ad perspicuam ueritatem.

5 Ps. 21, 27 11 I Petr. 2, 21 13; 17 Phil. 2, 8—10 25 II Cor. 5, 7; I Cor. 13, 12

1 mundo cordo *R* mundicordes *edd.* 3 sigillatim *T* 4 hoc loco *om. G* 5 distincta *G* ut de] unde *O* 10 enim] autem *T* dedignant *R* non dignantur *G* non dedignantur *T* 11 pro nobis christus *T* 16 timore, *m. 1 corr.* tumore *T* timore *G edd. praeter m* 17 eum deus excitauit *GT* deus excitauit eum *edd.* illi *N sec. Vulg.* 19 Iesu *om., m 1 s. u. add. O* omne genu flectatur *GNT sec. sacr. litt.* 23 quia *ex corr.; fuit* qđ *N* 24 *post* quamquam *m. 2 add.* enim *G* e/////rit (*ras. 1—2 l.*) *L* 25 uenerim, *m. 2* uenerimus *R*

non tamen inconuenienter saturatus dicitur paupertate Christi. qui pro iustitia eius, hoc est pro participatione uerbi aeterni, quam inchoauit interim fide, omnia temporalia non solum temperanter contemnit bona, uerum etiam patienter sustinet mala.

67 Tales fuerunt piscatores et publicani, quia abiecta huius mundi elegit, ut confunderet fortia. de his dictum est: Edent pauperes et saturabuntur. sed quia istam saturitatem non apud se ipsos tenuerunt, quodam modo enim ructantes dominum laudauerunt, hoc est praedicauerunt quaerentes eum, hoc est non sua quaerentes sed in eum caritate flagrantes, eorum praedicatione commotus est mundus, ut commemorentur et conuertantur ad dominum uniuersi fines terrae et adorent in conspectu eius uniuersae patriae gentium, quoniam domini est regnum et ipse dominabitur gentium. hac ecclesiae dilatatione etiam superbi, hoc est diuites terrae adducti sunt, ut manducarent, et quamuis non saturati tamen adorant. hunc quippe ordinem prophetia psalmi hoc loco tenuit, quem uidemus impleri. adiungit autem: In conspectu eius procident omnes, qui descendunt in terram, id est omnes bona amando terrena non in caelum ascendunt. non enim faciunt, quod ait apostolus: Si resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt, quaerite, ubi Christus

6 I Cor. 1, 27 13 Ps. 21, 28—30 20 Ps. 21, 30 23 Col. 3, 1—2

3 tem temporalia *L* 4 contemnit bona temperanter *T* temperamur, *sed* eramur *in ras.* (*m. 1 ?*) *R* 6 tales enim fuerunt *T* piscatores, *m. 2* pecatores *T* quia *ex corr.*, *fuit* qđ *N* 8 quia *ex corr.*, *fuit* qđ *N* 10 ructantes (r *ex corr.*) *N* deum *ORGNT* id *GT edd.* 11 caritate *cum parua ras. super* e *R* 12 commoti sunt ut *GT* 14 adorabunt *T* 15 quoniam—gentium *om. T* 17 dilatione *L* dilectione *GT* id *edd.* 18 ut manducarent] et manducauerunt *O* adorent *G* (*m. 2* adorarent) *T* 19 propheta *RG* 20 impleri *ex ras.; fuit* implere *L* procedent *O* procidunt *N* procedunt *L* 21 terra *NT* 22 *ante* bona *m. 3 add.* qui *R* in *om. G*

est in dextera dei sedens; quae sursum sunt, sapite, non quae super terram, sed potius, quanto sibi bonis terrenis feliciores uidentur, tanto magis in terram descendunt, hoc est in terrena deprimuntur. et ideo in conspectu eius procident, hoc est ubi ipse uidet, non ubi homines uident, qui eos excelsos sublimesque arbitrantur.

VIII 68 Et anima, inquit, mea ipsi uiuit; ipsi utique, non sibi sicut superborum priuato suo bono laetantium et a communi omnium bono, quod deus est, inani elatione resilientium. hoc utique deuitemus et communi potius uero omnium bonorum perfrui quam priuato nostro gaudere quaeramus, ut, qui uiuit, iam non sibi uiuat, sicut ait apostolus, sed ei, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. per hoc enim mediator effectus est, ut nos reconciliet deo per humilitatem, a quo per impiam superbiam longe recesseramus. neque enim illud tantum scriptum est, quod supra posui: Initium omnis peccati superbia, sed etiam hoc ibi legitur: Initium superbiae homines apostatare a deo. non ergo sibi uiuat quisque sed Christo faciens non suam sed ipsius uoluntatem et manens in eius caritate, sicut et ipse fecit uoluntatem patris et manet in eius caritate. haec quippe

7 Ps. 21, 31 11 II Cor. 5, 15 15 Eccli. 10, 15; 14 20 Ioh. 15, 10

2 sibi *bis G* 4 in terrena] in terram *O* 5 procid•ent *L* procedent *OR* (*m. 1 corr.* procident) procidunt *N* id *edd.* ubi *post* est *om. LN* (*m. 1 ? add.*) 6 excelsos•• (*fuit* os) *T* sublimesque *ex corr. m. 1; fuit* sublimēque *T* 7 inquit *om. G* uiuit *ex ras.; fuit* uuit *T* uiuet *RGN edd. sec. Vulg.* (*Septuag.* ζῇ) 8 bono suo *edd.* a] ac *L* 9 bono omnium *G* omnium bonorum *a e* 10 *super* potius *m. 2* et bono *G* bono•• (*fuit* rū) *RT* bono *l r m* 12 uiuunt iam non sibi uiuant *m sec. sacr. litt.* uiuat *om. T* 13 ipsis] eis *N* pro *RG* (*in ras. m. ut uid. 1*) *T edd.; cf. p. 217, 18* 15 reseramus, *m. 2* recesseramus *T* 16 tantum illud *edd.* scriptum est] scriptionem *O* 17 ibi *om. N* ubi *G* 18 homines, *m. 1 corr.* hominis *RT* hominis *GN l r m sec. Vulg.* (*Septuag.* ἀρχὴ ὑπερηφανίας ἀνθρώπου ἀφιστα μένου ἀπὸ κυρίου) 20 sicut—caritate *om. T*

nos admonens et exemplo suo exhortans in euangelio suo locutus est. si autem ipse, cum in forma dei aequalis est patri, tamen per formam serui, quam propter nos accepit, non suam uoluntatem sed patris se facere commendauit, quanto magis nos propria priuataque nostra uoluntate contempta, qua tenebrati sumus, ad illud commune lumen, ut inluminemur et uultus nostri non erubescant, debemus accedere, quod inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, ut anima nostra ipsi uiuat! hoc enim etiam de nobis consequenter adiungit, cum dicit: Et semen meum seruiet illi, quoniam, qui seminat bonum semen, filius est hominis; bonum autem semen hi sunt filii regni.

XXIX 69 Haec porro omnia, quae in psalmo isto dicta sunt, quia non ad praesens tempus sed ad futurorum prophetiam pertinebant, sicut etiam ipsis rebus apparet, sic eum concludere uoluit, ut ostenderet se non praesentia demonstrare uel narrare praeterita sed futura prophetare. adnuntiabitur, inquit. domino generatio uentura et adnuntiabunt iustitiam eius populo, qui nascetur, quem fecit dominus. non ait: Adnuntiabitur dominus generationi uenturae, sed: Adnuntiabitur domino generatio uentura. quod non sic accipiendum est, tamquam nescienti aliquid adnuntietur, ut sciat, sed sicut adnuntiant angeli non solum nobis beneficia dei uerum etiam illi preces nostras. nam scriptum est, ubi angelus hominibus dicit: Ego obtuli memoriam orationis uestrae, non ut tunc deus nouerit, quid uelimus uel quo

2 Phil. 2, 6—7 7 Ioh. 1, 9 10 Ps. 21, 31 11 Matth. 13. 37—38 17 Ps. 21, 32 25 Tob. 12, 12

1 admonens nos *N* 2 est patri, *m. 1 corr.* esset patri *R* esset patri *edd. sec. Vulg.* 3 propter nos *om. T* 7 accedere ad lumen quod *G* 9 etiam *om. edd.* 11 illi] ipsi *GNT sec. Vulg.* est filius *N* 12 hii *RT* filii sunt *GT* 13 in isto psalmo *N* quia *ex corr.*, *fuit* qđ *N* 17 futura *T* inquit *om. LN* 18 annuntiabunt coeli iustitiam *f l m sec. Vulg.* 20 dño *O* generatio *R* uentura *L* 23 adnuntient, *m. 2* adnuntiant *G* 24 illi *om. LN* 26 deus *R* qui, *m. 1 corr.* quid *L* uel] ut *L* aut *N*

indigeamus — nouit enim pater uester, ait dominus. quid uobis necessarium sit, priusquam petatis ab eo —, sed quia necesse habet rationalis creatura obtemperans deo temporales causas ad aeternam ueritatem referre siue petendo, quid erga se fiat, siue consulendo, quid faciat, qui pius mentis affectus est, ut ipsa construatur, non ut deus instruatur. nam et haec quaedam contestatio est rationalis creaturae, quod non sibi ipsa sit bonum, quo beata fiat, sed illud incommutabile, cuius participatione etiam sapiens efficitur.

70 Siue ita dictum est: Adnuntiabitur domino generatio uentura, ac si diceretur 'domino placebunt qui adnuntiabunt non sibi', ut ita sit domino adnuntiare, sicut est domino uiuere. sic dictum est: Qui manducat, domino manducat et, qui non manducat, domino non manducat. ad hoc quippe addidit: Et gratias agit deo, ut ostenderetur, quid esset: Domino facit, id est in eius laudem facit. tunc enim recte, tunc iuste, tunc pie fit, cum opus bonum in eius fit laudem, cuius gratia donatur, ut fiat. ac per hoc, etiamsi eo modo quispiam uerba haec intellegere uelit, ut eorum iste ordo sit: Adnuntiabitur domino generatio uentura, id est ea generatio adnuntiabitur, quae domino uentura est, generatio scilicet piorum atque sanctorum, quia impiorum et sceleratorum generatio non domino sed sibi uentura est, ab eadem significatione non receditur, qua intellegatur animae

1 Matth. 6, 8 12 Rom. 14, 8 13 Rom. 14, 6

3 quia] qđ *N* 4 deo *om. N* aeternitatem *N* *ad* ueritatem *m. 2 add.* que *N* 5 petendo—pius *om. T* quod *e m* 6 effectus *GT* 7 contestatio est quaedam *G* contestio, *m. ut uid. 1 corr.* contestatio *T* rationalis creaturae est *edd.* 8 naturae *T* quo, *m. 1 add.* d *L* quo (d *m. 1 add., sed eras.*) *L* 11 adnuntiant *G* 12 ut. *m. 2* aut *G* sit] ē *G* adnuntiante *O* 13 sic] sič (~ *m. 1 ?*) *G* sicut *T* 16 qui *L* laude *LOGNT a; cf. p. 218, 6* 18 fit laude *LGNT* laude fit *O a* laudem fit *cett. edd.* ac] hac *L* 19 haec uerba *edd.* ordo iste *N* 21 generatio•• (*fuit* ne) *L* *post* domino *iterum:* generatio uentura id es (*sic !*) ea generatio annuntiabitur quae dño *L* 22 quia] qđ *N* atque *T* 24 significatione, *sed* ~ *super* e *eras. T* quia intellegitur animae participationi id ipsum *GT*

participatio in id ipsum, id est rationalem creaturam, cum sit mutabilis, non fieri beatam, nisi a proprio suo mutabili ad incommutabile bonum idemque commune, quod deus est, a quo superba impietate abstitit, humili pietate conuersa subsistat. in quo affectu proficiens quicquid boni facit, domino facit, hoc est in eius laudem, cuius gratiam percepit, ut faciat; unde est actio gratiarum, quae intimo fidelium mysterio celebratur.

XXX 71 Illud autem, quod sequitur: Et adnuntiabunt iustitiam eius populo, qui nascetur, quem fecit dominus. superioris sensus confirmatio est. nam quod ibi dictum est: Adnuntiabitur domino generatio uentura, hoc dictum est hic: Adnuntiabunt iustitiam eius. ipsa quippe generatio, quae uentura prophetata est, piorum atque sanctorum iustitia dei est, non ipsorum, ne sint ex illis, qui ignorantes dei iustitiam et suam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti. illa namque iustitia dei commendatur in eo, quod dicitur: Ignorantes dei iustitiam, qua nos ex eius gratia iusti sumus, ut ipsa iustitia eius nos simus, cum iuste uiuimus credentes in eum, qui iustificat impium non illa, qua ipse iustus est, aeterna sua et incommutabili iustitia. haec itaque iustitia. qua nos dei munere iusti sumus, significatur in psalmo illo, ubi scriptum est: Iustitia tua sicut montes dei. montes quippe dei sancti eius sunt, de quibus alibi dicitur: Suscipiant montes pacem populo tuo. et multa de his montibus scripta sunt figurata locutione, quae commemorare

1 Ps. 121, 3 16 Rom. 10, 3 20 Rom. 4, 5 24 Ps. 35, 7 25 Ps. 71, 3

2 mutabili] mutabile, *m. ut uid. 1 corr.* mutabili *L* 3 commutabile *R* 4 absistit *G* absistat *T* uersa *T* 5 subsistit *G* quo *om. T* quicquid] si quid *T* dō *T* 6 grā percepit *G* grā p̄cedit *T* 9 annuntiabitur iustitia *LN* 12 domino *om. R* est dictum *edd.* 13 hic] hoc *O* 14 sanctorum] iustorum *O* 15 iustitiae *LN* 19 nos *om. GT* 21 iustus est ipse *T* 26 de his montibus multa *N* 27 figura, *m. 1 corr.* figurata *L* cummemorare, *m. 1 corr.* commemorare *O*

nunc longum est. sed quia hoc ipsum, quod deus iustificat homines, nimis occulto iudicio facit, quoniam gratuita gratia facit — si autem gratia, non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia; ex hoc quippe incipiunt opera bona, ex quo iustificamur, non, quia praecesserunt, iustificamur; et hoc est profundum, de quo superius multa iam diximus —, continuo in eodem psalmo cum dixisset: Iustitia tua uelut montes dei, subiunxit: Iudicia tua uelut multa abyssus. inde uenit ad salutem hominibus iumentisque communem. quia et ipsa ex misericordia dei est, et dicit: Homines et iumenta saluos facies, domine, sicut multiplicata est misericordia tua, deus, ut hinc intellegamus etiam illam salutem sempiternam et inmortalem, de qua dicit apostolus: Spe enim salui facti sumus, similiter ut istam, quae hominibus iumentisque communis est, gratis nos accipere non ex operibus, ne forte quis extollatur, quia opera bona ex ipsius iustificatione operamur. ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae praeparauit deus, ut in illis ambulemus. et illa ergo salus gratuita est, de qua in alio psalmo dicitur: Domini est salus et super populum tuum benedictio tua.

72 Sicut ergo, quod legitur: Domini est salus, non ea salus intellegitur, qua dominus saluus est, sed qua hi salui sunt, quos ipse saluos facit, sic, cum legitur dei iustitia in eo, quod scriptum est: Ignorantes dei iustitiam et suam uolentes constituere, non est illa intellegenda,

3 Rom. 11, 6 8; 11 Ps. 35, 7—8 14 Rom. 8, 24 16 Eph. 2, 8—9 18 Eph. 2, 10 21 Ps. 3, 9

1 quia] qđ, *unde m. ut uid. 2* qđe *N* 4 iam *om. GT* 6 iam multa *edd.* 7 *post* continuo *m. 2 add.* enim *G* 8 iustia *O* uelut] sicut *GT* 9 abyssus multa *GT edd. sec. sacr. litt.* hominis *R* 10 ex *om. T* 11 dei *om. G* 12 secit, *m. 1 corr.* sicit, *m. 2 supra* sicut *T* 13 hinc *om. GT* 16 gratis *om. R* 20 parauit *T* ut *om., m. 1 (?) add. T* salus ergo *edd.* 25 fecit, *m. 1 corr.* facit *T*

qua deus iustus est, sed qua iusti sunt homines, quos gratia sua iustificat. inde enim salui, unde iusti, quoniam, quod ait: Non est opus sanis medicus sed male habentibus, exposuit consequenter dicens: Non ueni uocare iustos sed peccatores. non igitur secundum opera iustitiae, quae nos fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. in qua gratia spe salui facti sumus. unde in illo psalmo subiungitur: Filii autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt. inebriabuntur ab ubertate domus tuae et torrente uoluptatis tuae potabis eos, quoniam apud te est fons uitae, in lumine tuo uidebimus lumen. praetende misericordiam tuam scientibus te et iustitiam tuam his, qui recto sunt corde. huic igitur iustitiae dei contraria superbia est, qua fiditur tamquam de operibus propriis, ideoque ibi sequitur: Non ueniat mihi pes superbiae.

73 Haec iustitia, qua eius fideles iusti sunt interim uiuentes ex fide, donec perfecta iustitia perducantur ad speciem sicut salute perfecta etiam ad ipsius corporis inmortalitatem, gratia testamenti noui. unde alio loco dicit apostolus: Pro Christo legationem fungimur tamquam deo exhortante per nos; obsecramus pro Christo reconciliari deo; ac

3 Matth. 9, 12—13 5 Tit. 3, 5 8 Rom. 8, 24 9; 17 Ps. 35, 8—12 18 Rom. 1, 17; Gal. 3, 11; Hebr. 10, 38; Hab. 2, 4 19 II Cor. 5, 7 21 II Cor. 5, 20—21

1 sed qua (*fuit* i) *L* sed quia *O* quas *O* gloria *GT* 4 in consequentibus *edd.* dic, *m. 2* dicens *G* 6 sed *om.. m. 2 add. T* misericordiam suam *T* 9 illo] alio *RGT* sub] in *T sec. sacr. litt.* 11 uoluntatis *L* (*stilo cerussato corr.* uoluptatis) *O* 12 eis, *sed* i *in ras. R* est *om. T sec. Septuag.* in, *m. 2* et in *G* et in *T edd. sec. Vulg.* 14 tuam *om. T* iis *f l r m* 15 qua (*fuit* i) *L* 16 ideo ibi *T* 18 hac *GT* iustitia dei qua eius *OR* iustitia dei quãuis *G* iusticia dī quiuis *T* 19 sicut *om. GT* 20 gratia, *m. 1 add.* est *R* gratia est *m* 21 noui testamenti *edd.* 22 legatione *RGT edd.* exorante, *m. 1 corr.* exortante *T* 23 reconciliamini *G sec. sacr. litt.*

deinde subiungit: Eum, qui non nouerat peccatum, peccatum pro nobis fecit — id est sacrificium pro peccatis; nam et ipsa in lege peccata appellabantur, quae pro peccatis offerebantur —, ut nos simus iustitia dei in ipso. id est in eius corpore, quod est ecclesia, cui caput est. nos simus iustitia dei, quam ignorantes illi et suam uolentes constituere, id est tamquam de suis operibus gloriantes iustitiae dei non sunt subiecti. inde et in hoc psalmo, cum dixisset: Adnuntiabunt iustitiam eius, sequitur et adiungit: Populo, qui nascetur, quem fecit dominus. quis est enim populus, quem non fecit dominus secundum id, quod homines sunt, qui etiam pecora creauit, a quo est omnis uita omnisque facta et creata natura? sed ita intellegendum est 'quem fecit dominus', ut non solum quod homines sunt, uerum etiam quod iusti sunt, ab illo facti intellegantur secundum illud, quod iam non semel commemoraui ab apostolo dictum: Ipsius sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae praeparauit deus, ut in illis ambulemus.

XI 74 Animae igitur rationalis mutabilitas admonetur, quo nouerit nisi participatione incommutabilis boni iustam, saluam, sapientem, beatam se esse non posse nec sibi eam bonum esse posse propria uoluntate sed malum. propria quippe uoluntate auertitur a bono incommutabili eaque auersione uitiatur; nec sanari per se ipsam potest sed gratuita misericordia sui creatoris, quae in hac uita eam ex fide uiuentem in spe constituit salutis aeternae. unde non altum sapiat, sed timeat

26 Rom. 1, 17; Gal. 3, 11; Hebr. 10, 38; Hab. 2, 4 27 Rom. 11, 20

1 inde *edd.* non *om., m. 1 (?) add. T* nouerit, *m. 2* nouerat *G* 2 pro nobis peccatum *edd. sec. sacr. litt.* 3 ipse *T* 5 cui] cuius *T* 9 eius *om. L* 10 iungit *T* 11 est *om. GT* 12 omnis est *T* 16 non *om. T* 17 ipsius] ipsius enim *GT edd. sec. sacr. litt.* figmentum sumus *edd.* 20 quae, *m. 2* quo *G* nouerit *ex ras., fuit* nouerat *T* 22 se *om., m. 1 add. L* 23 posse *om. T* 24 uertitur *O* 25 se ipsum, *m. 2* se ipsam *G* 26 qui *O*

eoque timore casto inhaereat deo, qui eam a propria inmunditia, qua inordinate bona inferiora dilexit, uelut a quadam spiritali fornicatione mundauit; nec humanis laudibus extollatur, ne sit in uirginibus stultis aliena laude laetantibus — hoc enim de quaestionibus tuis restat extremum — et propter ipsam inanem laudem, non propter conscientiam suam, ubi illis testis est deus, bona operantibus, sed sit in uirginibus sapientibus, ubi dicat, quod apostolus ait: Nam gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. hoc est enim oleum ferre secum, non a uendentibus emere, hoc est adulantibus; adulatores namque laudem suam tamquam oleum uenditant stultis. de hoc oleo dicitur in psalmo: Emendabit me iustus in misericordia et arguet me, oleum autem peccatoris non inpinguabit caput meum. elegit a iusto misericorditer reprehendi et quodam modo colaphizari, quam, ut ei caput in superbiam crescat, peccatoris adulatione laudari.

75 Inridentium quippe responsio mihi uidetur, cum eis a sapientibus uirginibus dicitur: Ite potius ad uendentes et emite uobis, sicut in quodam libro sapientiae scriptum est, ubi contemptoribus dicit: Et ego uestrae perditioni superridebo. illa autem responsio, qua petentibus oleum dictum est: Ne forte non sufficiat nobis, non desperanter

1 Ps. 18, 10 4 Matth. 25, 1—13 8 II Cor. 1, 12 13 Ps. 140, 5 19; 23 Matth. 25, 9 21 Prou. 1, 26

3 fornicatione spiritali *edd.* ne *R* 4 nec *edd. praeter m* 6 laudem] gloriam *OT* 7 est] sit *G* 8 ait apostolus *R edd.* 10 enim est *edd.* est *om., m. 1 add. N* enim *om. G* uendentibus (uen *ex ras. et corr. m. 2*) *T* 11 ab adulantibus *edd.* laudem suam, *m. 2* laudes suas *N* 12 uendunt (unt *m. 2 in ras. non amplius 3 l.*) *O* 13 emendauit *LOGT a e* arguit *LORGT a e* 14 inpinguauit *LOT* inpinguet *GN a e sec. Vulg.* 15 a iusto reprehendi, *m. 2* magis a iusto misericorditer reprehendi *G* 16 caput ei *T* crassescat *coni. Erasmus, sed cf. ep. XXXIII p. 20, 8* 18 eis *om. G* 21 perdicionis (*sic*?) uestrae superridebo *T* superridebo praedicationi uestrae *O* perditioni uestrae superridebo *edd.* 22 responsione *edd.* 23 dicitur *GT* non sufficiat *om. T* nobis et uobis non *GT m sec. sacr. litt.*

sed humiliter dictum est; quis enim sic praesumat de conscientia sua, ut certus sit eam sibi in iudicio dei posse sufficere, nisi misericordes misericorditer iudicet? iudicium enim sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam. ipsae autem sunt lampades accensae opera scilicet bona, de quibus dominus dicit: Luceant opera uestra coram hominibus, ut uideant bona facta uestra et glorificent patrem uestrum, qui in caelis est. hucusque pertendit intentio uirginum sapientium, ut ideo uelint uideri ab hominibus bona opera sua, non quo ab eis laudentur ipsae, sed ut glorificetur deus, a quo illis est, quod bene operantur; ac per hoc interiore bono gaudent, quod est coram deo, ubi elemosyna in occulto, ut pater, qui uidet in occulto, reddat. et ideo non deficiunt lampades, quia interiore oleo uegetantur, id est intentione bonae conscientiae, qua coram deo fit in eius gloriam, quicquid coram hominibus in bonis operibus lucet. at uero stultarum uirginum hoc oleum non secum portantium deficiunt lampades, id est non perseueranter bona opera lucent, cum laus fuerit humana subtracta, propter quam illa faciebant hucusque intentionem suam perducentes. ut uiderentur ab hominibus, non ut glorificaretur pater, qui in caelis est, quae intentio perennis est gloriae, qua nouit anima

3 Iac. 2, 13 6 Matth. 5, 16 13 Matth. 6, 4 21 Matth. 6, 1; 5, 16

1 sic‥ (*fuitne* ut *?*) *T* 2 sibi *om. T* 3 misericors *edd. praeter m* 4 fecerit *T* 6 dominus *om. GN* dicitur *N* luceant bona opera *edd.* uestra bona coram *N* 7 ut—uestra *om. N edd.* uideantur *T* et] ut *N* 9 uideri uelint *T* 10 opera sua bona *edd.* ipsae laudentur ipsae (*post.* ipsae *del.*) *N* 12 ac] hac *L* interiori *edd.* quoram *L* ubi, *m. 2* uti *N* 14 reddet *O* quae *GT* qđ *N* interiori *edd.* 15 uegetatur *R* intentio *LGT* conscientiae (ci *ex corr. m. 2*) *T* quia *T* 16 gloria *G* (*m. 2 uirgula super* a *add. uid.*) *T* quoram *L* 17 oleo *O* 18 perseuerantur, *m. 3* perseueranter *R* proficientur *T* proficiunt, *m. 2 supra* prosunt *G* 19 lucent| facientes *T* facientibus *G* humana fuerit *edd.* 20 faciant, *m. 2* faciebant *T* 22 anima *bis, alterum del. L*

deo se debere, quod iustificata est ad facienda opera bona, et ideo in illo, non in se laudari amat. unde alibi homo dei cantat: In domino laudabitur anima mea, ut, qui gloriatur, in domino glorietur.

XXXII 76 Sed quid est, quod in eadem euangelii lectione scriptum est omnes sponso tardante dormisse? si somnum istum intellexerimus, quod uelut tardante iudicio, ad quod faciendum uenturus est Christus, abundante iniquitate caritas refrigescit, quo modo ibi ponemus uirgines sapientes, cum potius in illis sint, de quibus dicitur: Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit? dictum est ergo: Dormierunt omnes, quia non tantum stulti, qui propter humanam laudem bene operantur coram hominibus. uerum etiam sapientes, qui hoc propterea faciunt, ut laudetur deus, experiuntur istam mortem; ex utroque enim genere moriuntur. et ista mors saepe in scripturis dormientium dicitur propter futuram resurrectionem uelut euigilationem. hinc apostolus dicit: De dormientibus autem nolo uos ignorare, fratres, et alio loco: Ex quibus plures manent usque adhuc; quidam autem dormierunt; et alia innumerabilia in hoc testimonia aperte per scripturas utriusque testamenti reperiuntur. unde et ille ait:

Consanguineus leti sopor

et, si aduertas, multa inuenies etiam in saecularibus litteris,

3 Ps. 33, 3; I Cor. 1, 31; II Cor. 10, 17; Hier. 9, 24 5 Matth. 25, 5 8 Matth. 24, 12 10 Matth. 24, 13 18 I Thess. 4, 12 19 I Cor. 15, 6 23 Verg. Aen. 6, 278

1 bona opera *edd.* 2 non se *T* unde] ubi *GT* 3 dō *GT* 5 lectione euangelii *R* 6 somnum istum si *edd.* 7 ad quod] aliquod *T* ad aliquod *G* 8 abundante] cum abundante *G* caritatis (ti *m. 2 del.*) *T* 12 quia] qđ *N* 13 bona *N edd.* 14 deus laudetur *T* 16 saepe *om. G* dormitio *m* 19 plures] multi *N sec. Vulg.* (*Gr.* οἱ πλείονες) 20 quidam] plures *T* 21 testimonio *LOGNT a* per *om. G* (*m. 2 add.*) *NT* (*m. ut uid. 1 add.* in) scripturis *ras. ex* scripturas *T* 23 *ante* consanguineus *m. 2 add.* et *G* loeti (oe *in ras. m. 1*) *O* 24 multa. (*fuitne* q *?*) *T* in *om. O*

ubi mors somno comparatur. significauit ergo dominus futurum fuisse tempus, quo inter tribulationes temptationesque huius saeculi iam iamque eius expectaretur et speraretur aduentus tamquam propinquus atque imminens, ad quem se praeparent, qui in eius esse familia uidentur. hoc est enim, quod ait exisse obuiam sponso et sponsae, sponso quidem filio dei, sponsae autem, siue quia in eo corpore uenturus est, quod sumpsit ex uirgine, siue quia ipsa ecclesia tunc clarior apparebit, ut ad uniuersi corporis congregationem membra concurrant, quibus concurrentibus eius magnitudo monstrabitur.

XIII 77 Virgines propter continentiam nuncupauit, decem uero, id est quinque et quinque propter numerum, quo censentur corporis sensus, in quibus habitat continentia, cum a uoluptatibus turpibus et inlicitis abstinetur. lampades, sicut dictum est, bona sunt opera maximeque ad misericordiam pertinentia et ipsa, quae etiam coram hominibus lucet, laudabilis conuersatio. sed magni interest, qua mentis intentione fiat; ideo dicit alias sapientes alias stultas, sed hinc eas discernit, quod stultae non sumpserunt oleum secum, sapientes autem acceperunt oleum in uasis suis, hoc est in cordibus suis, ubi fit ipsa participatio intimi ac superni boni. unde in psalmo quodam, cum dictum esset: Sacrificate sacrificium iustitiae et sperate in domino, multi, inquit, dicunt: Quis ostendit nobis bona? deinde ut manifestaret, cuius boni amore debeamus operari iustitiam, hoc est sacrificare sacrificium iustitiae, signatum est, inquit, in nobis lumen uultus

6 Matth. 25, 1 16 Matth. 5, 16 19 Matth. 25, 3—4 22 Ps. 4, 6—7

2 esse *edd.* in quo (in *m. 1 del.*) *T* temptationes tribulationesque *R* tribulationes et tentationes *edd.* saeculi huius *edd.* 3 iamque (i *ex corr.*) *R* 4 atque] et *R* ad] at *L* 5 eius * (*fuit* f) *G* familia esse *T* 6 dei filio *T* 7 autem sue id est ecclesie quia *T* quia] qđ *N* 8 siue quia *om. T* *post* ipsa *m. 1 add.* uero *T* 11 decem] lampades *R* 12 censetur *N* 16 laudibus *G* 17 sed *om. R* qua (a *in ras. m. 1*) *L* intentioni *O* 18 stultas alias *edd.* 19 sapientes—oleum *om. T* 21 et *T* unde] ubi *GT* 25 debemus *R* 26 iustitiae et sperare signatum *edd. praeter m* in *om. O*

tui, domine; dedisti laetitiam in corde meo. cuius boni aliquantum participati et plenius perfectiusque participandi intentione qui bene operatur et laudabiliter etiam in conspectu hominum conuersatur, habet oleum secum, quo bona opera eius etiam in conspectu hominum lucentia non extinguantur, quia non in eius *corde* caritas refrigescit abundante iniquitate, sed perseuerat usque in finem. hoc oleum stultae uirgines non habent secum, quoniam sibi tribuendo, si quid boni operis faciunt, necesse est inflentur superbia et propter hoc uitium sic laude delectentur humana, ut eius gaudio, si quid boni agunt, feruere et lucere uideantur.

XXXIV 78 Tardante autem sponso dormierunt omnes. non enim tunc ueniet, cum speratur, sed media nocte, cum ualde obscurum, id est occultum erit, an ueniat. unde dicit media nocte clamorem factum: Ecce sponsus uenit, exite obuiam ei. nimirum clamor iste ipsa est tuba illa, quam commemorat apostolus, ubi dicit: Canet enim tuba et mortui resurgent incorrupti. tubae nomine aliquod euidentissimum et praeclarissimum signum uult intellegi, quam uocem archangeli et tubam dei alio loco dicit. quae etiam uox ipsius domini Iesu Christi in euangelio dicitur. quam audient hi, qui in monumentis sunt, et procedent.

4 Matth. 5, 16 6 Matth. 24, 12—13 12; 14 Matth. 25, 5—6 17 I Cor. 15, 52 20 I Thess. 4, 15 21 Ioh. 5, 28—29

2 aliquantulum *T* perfecti. usque *O* 3 intentionē (~ *del. uid.*) *R* operantur *T* 4 conuersatur—hominum *om. OT* quo *ex corr.* (*m. 1 ?*), *fuit* quod *N* 5 etiam in conspectu hominum *om. N* extinguatur *L* extinguuntur *m* 6 in eius caritas *L* in eis caritas *ORGT a e* in eo caritas *N cett. edd.; coll. p. 225, 20* corde *addidi* 8 quoniam *om. T* 9 inflenter, *m. 3* inflentur *R* inflantur *T* 10 delectantur *T* 12 omnes *om. R* 14 inueniat, *m. 2* an ueniat *G* 15 clamor est factus *R sec. sacr. litt.* exite *T* 16 ipsa] ista *O* 17 commemorans apostolus dicit *edd.* canit *L* enim *om. G* 18 mortu *G* resurgunt *LOT* aliquid *O* 22 audient *om.*, *m. 2 post* sunt *add. T* audient (e *ex corr.*) *N* audiant *L a* ii *f l r m* monumenti, *m. 1 corr.* monumentis *L* procedent (*post.* e *ex corr.*) *N*

surgunt ergo omnes illae uirgines et sapientes et stultae et aptant lampades suas, id est rationem praeparant reddere de operibus suis.

79 Sed tunc illius clamoris euidentia et resurrectione mortuorum quia nulla erit dubitatio iam instantis praesentisque iudicii, subtrahetur omne solatium laudis humanae. neque enim uacabit de alio disceptare uel de alio iudicare aut gratificari atque suffragari alteri, quando unusquisque proprium onus portabit et de suorum factorum reddenda ratione cogitabit. ac per hoc feretur quidem animus uirginum stultarum consuetudine propria, sed non inuentis humanis laudibus deficiet. neque enim germanitus dixerunt: Apud te laus mea, uel: In domino laudabitur anima mea, aut in domino gloriatae sunt, cum ignorantes dei iustitiam iustitiam suam constituerent. ac per hoc petant a sapientibus oleum, hoc est aliquam consolationem: nec inueniunt nec accipiunt illis respondentibus se nescire, utrum uel sibi sufficiat ipsa conscientia, qua expectant misericordiam sub illo iudice, qui cum in throno sederit, quis gloriabitur castum se habere cor aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato, nisi superexultet misericordia iudicio, quae super eos erit, qui misericordiae opera illa intentione fecerunt, ut eorum misereretur, a quo se sciebant accepisse, quod habebant, nec

8 Gal. 6, 5 12 Ps. 21, 26; 33, 3 14 Rom. 10, 3 18 Prou. 20, 8—9 sec. Septuag. 21 Iac. 2, 13 23 I Cor. 4, 7

1 uirgines illae *GT edd.* 2 lampades, *m. 1 corr.* lampadas *R* 4 tunc in illius *edd.* 5 quia *ex corr., fuit* qđ *N* instantis] insanis *T* prestantisque *O* 7 aut gratificare atque suffragare *L* aut gratificari aut suffragari *O* 8 proprium] suum *T sec. Vulg.* 10 fertur *T* animus quidem *edd.* 11 laudibus humanis *edd.* 12 enim *om. R* 14 suam iustitiam *edd.* iustitiam *om. R* constituerunt *T* 15 petunt *GT edd.* 16 inueniunt nec *om. T* aspiciunt, *m. 2* accipiunt *G* 18 expectante *G* 21 superexaltet *ORGNT a sec. Vulg.* (*Gr.* κατακαυχᾶται); *cf. ep. CLXVII, 19 s. fin.* misericordia, *m. 2* misericordiā *T* misericordiā (~ *m. 2 ?*) *G* misericordiam *R* iudicio *ex corr. m. ut uid. 1; fuit* iudiciū *N* 23 miseretur *O* sciebat *uirgula stilo cerussato super* a *imposita L* nec] ne *O*

gloriabantur, quasi non acceperint, sed per se ipsos habuerint, quo placerent, sicut stulti, qui et sibi placent tamquam de bono a se sibi parato et ab adulantibus uel errantibus ita laudantur, ac si ipsi sint aliquid. qui autem putat se esse aliquid, cum nihil sit, sicut dicit apostolus, se ipsum seducit. opus autem suum probet unusquisque et tunc in se ipso tantum gloriam habebit et non in altero. hoc est portare oleum secum, non ex aliena laude dependere. sed quam gloriam in se habebit nisi eum, cui dicitur: Gloria mea et exaltans caput meum, ut, quod saepe dicendum est, qui gloriatur, in domino glorietur?

80 Proinde sapientia, quae in sapientibus uirginibus habitat, secundum illud, quod ante praedixit, cum ait contemptoribus et sanam doctrinam accipere recusantibus: Et ego uestrae perditioni superridebo, dicit uirginibus stultis: Ite potius ad uendentes et emite uobis, tamquam diceret: Ubi sunt, qui uos fallebant mendosissimis laudibus, quando et a uobis fallebamini, quia in uobis non in domino gloriabamini? quod autem dicit: Et dum eunt emere, uenit sponsus et, quae paratae erant, intrauerunt cum eo, hoc mihi uidetur intellegendum, quod uitioso cordis affectu inhiabunt inani gloriae, quam uanae mentis elatione sectatae sunt. et ipse appetitus significatus est in eo, quod dictum est: Dum eunt emere. uenit autem sponsus et introierunt cum eo ad

4 Gal. 6, 3—4 9 Ps. 3, 4 11 I Cor. 1, 31 14 Prou. 1, 26 15 Matth. 25, 9 19 Matth. 25, 10

3 parto *L* (*m. 1 corr.* parato) *OR* 4 laudatur, *m. 1 corr.* laudantur *N* si ---- (*fuitne* ipsi *?*) ipsi *N* se putat *T* putant *L* 5 sit *uirgula stilo cerussato super* i *imposita L* se ipsum] ipse se *N sec. Vulg.* 7 semet ipso *RNT sec. Vulg.* 8 oleum suum secum *GT* dependere *om. T* dependere (de *del.*) *R* pendere *G* 9 eam *edd. praeter m* 10 et *om. G* 15 perditionis *O* p̄dicationi, *m. ut uid. 2* p̄ditioni *T* stultis uirginibus *edd.* 18 quia] qđ, *m. 1 corr.* q$^{\text{ue}}$ *N* 19 irent *OT sec. Vulg.* quae *om., m. 1 s. u. add. O* 20 cum eo ad nuptias hoc *GT sec. sacr. litt.* 21 inhiabant *OT* inani] uiã *T* 24 autem *del. T om. G edd. sec. Vulg.* intrauerunt *O*

nuptias, quae praeparatae erant, hoc est quae ueram fidem ueramque pietatem corde gestabant, qua possent contemperari numero societatique sanctorum non in se ipsis sed in domino gloriantium, ut intrarent cum eis illud gaudium, de quo dicitur: Intra in gaudium domini tui, ubi erit perfecta participatio incommutabilis boni, cuius modo uelut arra quaedam per fidem tenetur, ut secundum hanc gratiam uiuamus, in quantum deo non nobis uiuimus.

XXXV 81 Proinde quod sequitur: Nouissime ueniunt et reliquae uirgines dicentes: Domine, domine, aperi nobis, non dictum est eas emisse oleum et sic uenisse, neque enim iam erat unde, sed misericordiam sero quaesisse, cum iam tempus iudicandi esset et probos a reprobis separandi. recte autem illis respondetur: Amen dico uobis, nescio uos; ille quippe hoc dicit, quem non latet aliquid. sed: Nescio uos nihil est aliud quam: Nescitis me, quando de uobis potius eligitis confidere quam de me. cum enim dicitur, quod nos cognoscit deus, cognitionem sui nobis praestat, ut per hoc intellegamus ne hoc quidem nobis esse tribuendum, quod nos scimus deum, sed eam quoque scientiam illius misericordiae tribuamus. unde, cum quodam loco apostolus diceret: Nunc autem cognoscentes deum, correxit et ait: Immo cogniti a deo quid aliud uolens intellegi, nisi quod eos ipse fecerit cognitores suos? nemo autem cognoscit deum, nisi qui intellegit

5 Matth. 25, 21; 23 9; 14 Matth. 25, 11—12 21 Gal. 4, 9

1 paratae *RT* (*m. ut uid. 1 corr.* p̄paratae) *f l r m sec. Vulg.* quod *LOR* (*m. 1 corr.* quae) 2 gestabat quia *L* contemperare, *m. 1* (*?*) *corr.* contemperari *L* 3 societati et numero *GT* 4 illud] in illud *edd.* 6 bono, *m. 1 supra add.* boni *O* 13 .....bos a reprobis (et pro *humore corruptum*) *O* et probrosa (*post.* r *exp.*) reprobis (*ante* reprobis *s. u. m. 1 add.* a) *T* et probos et reprobis, *ras.* et probi et reprobi *L* autem *om. T* 14 amen *bis T* uos] uobis *L* illi *T* 15 aliud est *edd.* 16 me *om. T* elegitis *L* elegistis *GT* 17 deus nos cognoscit deus *N* 18 sui] sii *L* 21 loco quodam *N* 23 uolens, *m. 2* uoluit *T* quod ipse fecit *T* 24 cognoscet *T*

illud esse summum atque incommutabile bonum, cuius participatione fit bonus, quod in huius psalmi conclusione positum est: Adnuntiabunt iustitiam eius populo, qui nascetur, quem fecit dominus; inde est et illud, quod in alio psalmo: Ipse fecit nos et non ipsi nos. hoc enim non ad eam naturam, qua homines sumus, cuius naturae idem ipse creator est, qui caeli et terrae et siderum omniumque animantium, sed ad illud potius referendum est, quod apostolus ait: Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae praeparauit deus, ut in illis ambulemus.

XXXVI 82 Arbitror tibi satis quinque tuas solutas quaestiones, dum in ista mea ueluti sexta inmorarer, quam mihi proposui de gratia testamenti noui, propter quam uerbum caro factum est, id est, qui dei filius erat, homo factus est naturam suscipiendo nostram non amittendo suam, per quod et nobis recipientibus eum potestas daretur, ut, qui eramus homines, filii dei fieremus participatione incommutabilis boni in melius commutati non ad temporalem felicitatem sed ad uitae aeternae, quae sola beata est, adoptionem. unde placuit etiam propheticum psalmum percurrere, cuius primum uersum in passione commemorauit ostendens, quo modo nos deus derelinquat et quo alio modo non recedat a nobis, ad bona aeterna nos colligens temporalia uero aliquando utiliter tribuens et aliquando

3 Ps. 21, 32 5 Ps. 99, 3 8 Eph. 2, 10 14 Ioh. 1, 14 17 Ioh. 1, 12

1 illum *edd.* esse *om. T* 2 conclusione psalmi *G* 4 psalmo] psalmo scribitur *G* psalmo dicitur *N* 7 et *ante* siderum *om. flrm* 8 ait apostolus *G* 9 sumus *om. R* Iesu Christo *edd.* 12 satis tibi *G* quinque tuas solutas esse quaestiones *ORGT* esse solutas tuas quinque quaestiones *edd.* 14 noui testamenti *edd.* 15 filius dei *edd.* factus est factum est naturam *LOR* (factum est *m. 1 del.*) suscipiendo] hominis suscipiendo *T* 16 ammittendo *L* 17 homines eramus *T* 18 dei *om. T* in *om. LORG* (*m. 2 add.*) *N* (*m. fortasse 1 add.*) 20 adoptione *R* 22 deus nos *T* derelinquit *RN* 23 quo alio] quali *N* bona et aeterna *LT* nos] nos quos (quos *m. 1 del.*) *T* 24 et *om. GT*

utiliter subtrahens, ut eis non haerere discamus, ne contempta luce interiore, quae ad nouam pertinet uitam — unde etiam psalmus iste ipse 'pro susceptione matutina' tamquam pro luce noua nomen accepit —, ne in exteris tenebris libenter habitemus, unde in exteriores mittuntur, qui ex istis exteris non se ad interiora conuertunt, ne diabolo et eius angelis sociati extrema damnatione puniamur. intellegentes igitur peregrinationem nostram in hac uita mundo crucifigamur extendentes manus in latitudine bonorum operum et longanimitate usque in finem perseuerantes atque habentes cor sursum, ubi Christus est in dextera dei sedens, totumque hoc non nobis sed illius misericordiae tribuentes, cuius profunda iudicia omnem scrutatorem fatigant. haec est enim non inaniter fabulosa sed utiliter uerax latitudo, longitudo, altitudo, profundum, unde perueniamus etiam ad supereminentem scientiam caritatis Christi et impleamur in omnem plenitudinem dei.

XVII 3 Scio autem, quam non superuacanea sollicitudine per hanc occasionem quaestionum mihi abs te propositarum testamenti noui gratiam tibi uoluerim copiosius commendare. habet enim aduersarios, qui eius profunditate turbati non deo tribuere sed potius sibi uolunt adrogare, quod boni sunt. nec tales sunt, quos facile contemnas, sed continenter uiuentes atque in bonis operibus laudabiles nec falsum Christum sicut Manichaei

3 Ps. 21, 1 5 Matth. 8, 12; 22, 13; 25, 30 9 Matth. 10, 22; 24, 13 10 Col. 3, 1—2 14 Eph. 3, 18—19

1 dicamus *G* nec contenta *O* 2 q, *m. 2* quae *G* quo *T* etiam] et *G* *post* etiam *in fine u. spatium uacuum 4—5 l. O* 3 iste *om. LOGT* ipse *om. N* 4 ne *om. edd.* 6 angelis eius *RT edd.* 7 puniantur *LORGT* 8 mundo *om. N* 9 latitudinem *edd.* et in longanimitate *T* 11 in dexteram *N* hoc *om. T* 16 ut, *supra (m. 1 ?) k* et *T; in O humore corruptum* 18 superuanea, *m. 1 (?) corr.* superuacanea *T* 19 noui testamenti *edd.* 20 uoluerunt *T* 21 profunditate///// (e *in ras. m. ut uid. 1; deinceps ras. 1—2 l.*) *L* 22 nolunt *T* 23 contempnes *T* continentur *T*

aliique plurimi haeretici sed eundem uerum, aequalem patri et coaeternum ueraciterque hominem factum et uenisse credentes et uenturum expectantes, sed tamen ignorantes dei iustitiam et suam constituere uolentes. neque enim frustra dominus, cum et illas commemoraret, quae secum intrauerunt ad nuptias, et illas, contra quas clausit et quibus respondit: Nescio uos, utrasque uirgines dixit propter continentiam et quinque propter concupiscentiam carnis edomitam, quinario praeditam sensu, ornatas utrasque lampadibus propter bonorum operum bonaeque conuersationis in conspectu hominum luculentissimam laudem, utrasque obuiam sponso euntes propter expectationem, qua Christi speratur aduentus, sed tamen alias sapientes alias stultas, quod sapientes oleum acceperint in uasis suis, stultae autem hoc non ferant secum; in tam multis pares hoc solo eas dispares monstrat, hoc solo diuersa eis et contraria nomina inponit.

84 Quid enim tam coniunctum quam uirgines et uirgines, quinque et quinque, lampadibus ornatae, obuiam sponso euntes et istae et illae? et quid tam contrarium quam sapientes et stultae? uidelicet quod istae oleum in uasis, hoc est intelligentiam gratiae dei portant in cordibus suis scientes, quod nemo esse possit continens, nisi deus det, et hoc ipsum sapientiae deputantes scire, cuius hoc donum sit; illae autem largitori omnium bonorum gratias non

3 Rom. 10, 3 7 Matth. 25, 12 21 Sap. 8, 21 24 Rom. 1, 21—22

1 aliique] aliqui *N* aequalemque *edd.* 5 commendaret *GT* 6 quas ianuas clausit *edd.* 8 quinque *om. G* domitam, *m. 1 (?) corr.* edomitam *T* 9 ornatus *R* 11 sponso obuiam *T* exeuntes *N* 12 christi *ras.; fuit* christus *L* 13 acceperint *ras.; fuit* acceperunt *L* acceperunt *OGT edd.* 14 ferunt, *m. 1 (?) corr.* ferant *O* fecerant (ce *m. ut uid. 1 del.*) *T* ferebant *edd.* tam] tantum *T* 15 demonstrat *edd.* 16 *post* eis *ras. 1—2 l. T* 17 iniunctum *O* et uirgines *om. T* 19 et *ante* istae *om. T* et quid—stultae *om. N* 20 oleum *om. N* 22 possit esse *N edd. sec. Vulg.* * nisi (*fuit* d) *T* dominus *GT*

agentes euanuerunt in cogitationibus suis et obscuratum est insipiens cor earum; dicentes se esse sapientes stultae factae sunt. de quibus sane nullo modo nunc desperandum est, antequam dormiamus, sed si ita dormierint, cum factus fuerit clamor ille, quo adesse iam nuntiabitur sponsus, et euigilantes, hoc est resurgentes remanserint foris, non quia uirgines non sunt, sed quia nescientes, unde habeant, quod sunt, stultae uirgines sunt meritoque foris erunt, quia internae affectum gratiae non secum ferunt.

85 Quando ergo tales reppereris, non tibi persuadeant inanitatem uasorum suorum sed tu eis potius plenitudinem. unde ait apostolus: Quisquis se putat aliquid scire, nondum scit, quem ad modum oportet scire; et mox ostendens, quid dixerit: Quisquis autem, inquit, diligit deum, hic cognitus est ab illo. nec sic dicere uoluit: Cognouit illum, sed dicendo 'cognitus est ab illo' expressius uoluit commendare etiam hoc ab illo nobis esse, ut eum diligamus. caritas enim dei diffunditur in cordibus nostris non per nos ipsos sed per spiritum sanctum, qui datus est nobis. necesse est autem, ut parum diligat deum, qui non ab illo sed a se ipso bonum se arbitratur effectum. unde autem fieri potest, ut talis non in se ipso sed in domino glorietur? qui enim gloriatur, quod sit bonus, in illo debet gloriari, a quo factus est bonus, ac per hoc, qui se a semet ipso factum bonum arbitratur, consequens est, ut in se ipso

12 I Cor. 8, 2—3 18 Rom. 5, 5 22 I Cor. 1, 31

1 suis *om. GT* 2 est *om., m. 2 add. G* eorum *codd.* (*in N m. 2 corr.* earum) earum *edd.* dicentes enim se *N* 3 sapiens *R* 4 si *om., m. 1 (?) add. NT* dormierit, *m. 2* dormierint *G* 6 et, *m. 2* ut *G* 7 quia.... quia] qđ.... qđ *N* 9 quia] qđ *N* affectum gratiae *om. O* 10 tales ergo *edd.* 11 eis tuorum potius *G* 13 oporteat *G sec. Vulg.* 14 quid] qui *LO* 15 es, *m. 1 (?) corr.* est *L* eo *T sec. Vulg.* nec—est ab illo *om. T* eum *edd.* 19 ipse, *m. 2* ipsos *G* 20 necesse * ẽ (*fuitne* e *?*) *T* diligit *O* 21 unde—glorietur *om. G* 22 ñ *exp. et post* sed *m. ut uid. 1 add. T* ipso *om. T* 24 a quo ipse factus *N* se *om. T*

non in domino glorietur. omnis autem intentio gratiae testamenti noui, qua sursum cor habemus, quia omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est, id agit, ne simus ingrati, atque in ipsa gratiarum actione nihil aliud agitur, nisi ut, qui gloriatur, in domino glorietur.

Habes librum etsi prolixum tamen, quantum existimo, non superfluum. sed ama etiam ecclesiasticas legere litteras et non multa inuenies, quae requiras ex me; sed legendo et ruminando, si etiam pure deum largitorem bonorum omnium depreceris, omnia, quae cognitione digna sunt, aut certe plurima ipso magis inspirante quam hominum aliquo commonente perdisces. quamquam eo ipso, quo forinsecus bene admonentem iudicio non errante adprobamus, quid aliud quam internum lumen magistrum nos habere testamur?

2 Iac. 1, 17 5 I Cor. 1, 31

1 noui testamenti *edd.* 2 corda *GT* omne datum] omnem datum *O* 4 ait *T* ingra, *m. 2* ingrati *G* 6 estimo *N* 7 scripturas *N* 8 requires *T* ex] a *R* 9 si] sic *T* dominum *ORG edd.* 10 cogitatione *ORG* 13 inęternum (in *del.*) *N* 14 explicit liber sancti augustini de gratia noui testamenti ad honoratum *LO* explicit liber beati augustini episcopi ad honoratum de gratia noui testamenti *G* explicit liber sancti augustini episcopi de gratia noui testamenti *N*

CXLI.

SILVANUS SENEX, VALENTINUS, AURELIUS, INNOCENTIUS, MAXIMINUS, OPTATUS, AUGUSTINUS, DONATUS ET CETERI EPISCOPI DE CONCILIO ZERTENSI AD DONATISTAS.

1 Cum in auribus nostris fama crebresceret hoc uobis uestros episcopos dicere, cognitorem praemio fuisse corruptum, ut contra eos sententia proferretur, uos autem ista facile credere ac propterea multos uestrum adhuc nolle adquiescere ueritati, placuit nobis cogente domini caritate ex concilio nostro haec ad uos scripta dirigere, quibus primitus admoneremini illos uobis uictos atque conuictos haec mendacia iactare. qui etiam in suo mandato, quod pro ipsa conlatione fecerunt et suis nominibus atque subscriptionibus firmauerunt nos illic traditores et persecutores suos esse dicentes, in falsitate atque mendacio manifestissimo detecti atque conuicti sunt, ita ut uolentes gloriari de multitudine coepiscoporum suorum inter aliquorum

P = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
F = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
P^1 = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
R = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

Aug. Retract. II 40 s. fin. Multo breuius id egi in quadam ad eosdem rursus epistula. sed quia in concilio Numidiae omnibus, qui ibi eramus, hoc fieri placuit, non est in epistulis meis. sic quippe incipit: „Siluanus senex, Valentinus, Innocentius, Maximinus, Optatus, Augustinus, Donatus et ceteri episcopi de concilio Zertensi ad Donatistas".

Inscriptionem om. R 2 Siluanus] incipit | siluanus *M* incipiunt siluanus *FA* Aurelius *om. Retract. II 40 s. fin.* 3 maximus *P* optatos, *m. 1 corr.* optatus *F* Donatus *om. M* donatos, *m. 1 corr.* donatus *F* 7 facile ista *M* 8 ac *om. PMFAR* ad hoc *MFA* ueritati placuit nobis] quib; primit' ămoneremini illos *m. 2 del.* P^1 10 ammonemini illos *P* ammonerem in illos *FAR* ammonere|mus in illos *M* 11 conuinctos *M* mandacia, *m. 1 corr.* mendacia *P* mandatia, *m. 1 corr.* mendatia *M* iactitare *P* 12 illa *MFA edd.* 15 manifestissime *P* conui•cti *P* conuecti *F* 16 episcoporum *PM*

absentium nomina etiam mortui nomen insererent et, cum quaereretur, ubi esset, subita perturbatione caecati ipsi eum confiterentur in itinere defecisse. et cum interrogarentur, quo modo potuerit apud Carthaginem subscribere, si in itinere iam defecerat, uehementius perturbati alio mendacio se obligauerunt respondentes eum a Carthagine redeuntem fuisse defunctum; de quo mendacio exire omnino minime potuerunt. ecce quibus creditis uel de antiqua traditione uel de cognitoris corruptione, qui mandatum suum, ubi nobis obiecerunt crimen traditionis, non potuerunt conscribere sine crimine falsitatis. proinde, quae maxime necessaria credidimus, his litteris tamquam breuiario collecta inseruimus, ne forte ad magna gestorum uolumina uel peruenire non facile possitis uel ea legere laboriosum putetis.

2 Carthaginem uenimus et nos et episcopi uestri et, quod prius nolebant et indignum esse dicebant, in unum conuenimus. electi sunt ex nobis et ex ipsis septem hinc et septem inde, qui pro causa omnium loquerentur. electi sunt alii septem hinc et septem inde, cum quibus, ubi opus erat, consilium pertractarent. electi sunt quattuor hinc et quattuor inde, qui gestis conscribendis custodes essent, ne infalsatum aliquid ab aliquo diceretur. dati sunt etiam a nobis et ab ipsis notarii quattuor hinc et quattuor inde, ut bini cum exceptoribus iudicis alternarent, ne aliquis nostrum se dixisse aliquid causaretur, quod non fuisset exceptum. huic tantae diligentiae etiam illud est additum, ut et nos et ipsi quem ad modum ipse iudex uerbis nostris subscriberemus, ne quisquam diceret in illis gestis aliquid uel postea fuisse corruptum. cum enim

4 subscribi *A* si *om. F* qui *A edd.* 5 deferat *F* 6 a *om.* P^1 redeunte *A* 8 tradi///tione (*parua ras.*) *P* 9 mandatum, *supra m. 1* ł mendacium *R* 11 credimus *MFAR* 12 breuiatorio, *supra m. 1* ł breuiario *R* 13 positis *M* 14 putetetis *M* 15 ūri *ex* n̄ri *A* 17 sunt et ex *P* illis *R* 20 et IIIIor *R* 22 a nobis etiam *punctis corr. M* 23 IIIIor *R* hinc et quattuor *om. A* IIIIor *R* 24 iudices P^1 altercarent *M* aliqui *P* 26 ut nos et ipsi *M* 27 ipse *om. R* 28 aliquid in illis gestis *P*

adhuc uiuentibus eis, qui subscripserunt, innotuerint eadem gesta omnibus locis, in quibus oportet ut innotescant, sic etiam ad posteros confirmata ueritas perdurabit. nolite ergo esse ingrati tantae misericordiae dei, quae per istam diligentiam uobis ministrata est; nulla excusatio iam remansit; nimium dura, nimium diabolica corda sunt hominum, quae adhuc tantae manifestationi ueritatis obsistunt.

3 Ecce episcopi partis uestrae, quos omnes elegerunt, ut pro omnibus loquerentur, conati sunt, quantum potuerunt, ut omnino ipsa causa non ageretur, propter quam tantus numerus episcoporum utriusque partis de uniuersa Africa et de tam longinquis locis Carthaginem uenerat. et cum omnis anima suspensa expectaret, in tanta collectione quid ageretur, illi uehementer instabant, ut nihil ageretur. qua re hoc, nisi quia causam suam malam sciebant et facillime se posse uinci, si ageretur, dubitare non poterant? ipse ergo animus eorum, quo timebant, ne causa ageretur, iam uictos eos esse monstrabat. si enim extorquerent, quod uolebant, ut iam conlatio ipsa non fieret, nec disputationibus nostris ueritas appareret, redeuntes a Carthagine quid uobis erant responsuri? quid demonstraturi? credo, prolaturi erant gesta et dicturi uobis: Nos instabamus, ut causa non ageretur, illi instabant, ut ageretur. uos expectatis uidere, quid egerimus; ecce legite, ubi eos uicimus, ut nihil ageremus. forte et uos responderetis, si cor haberetis: Nihil

2 ut *om.*, *m. 1 (?) add. P* 3 perdurauit *P* (*corr.* perdurabit) *MFAP*^{1} (*m. 2* perdurabit) *R edd. praeter e m* 4 qui, *m. 1 corr.* quę *M* 6 dura] dura et *P* sunt hominum corda *edd.* 7 tantae] tante huic *P* manifestatione, *m. 1 corr.* manifestationi *P*^{1} 8 eligerunt, *corr.* elegerunt *P* 10 quā* tantus *P* quantus *M* (*m. 1 corr.* quā tantus) *F* 12 uenerant *P* 13 illud *A* 14 instabunt, *m. 1 corr.* instabant *M* quia *om. P* 15 se *om. M* 16 quod *P* 17 nec (c *exp.*) *P*^{1} monstrabant *P* (*post.* n *eras.*) *M* (*post.* n *exp.*) 18 uolebant * iam *P* 19 ne *M* appariret *A* 20 a] at (t *exp.*) *P*^{1} 22 causa nra geretur (*m. 2* ageretur) *P*^{1} expectabatis *M* 23 audire *P* quod *A* egeremus, *m. 1 supra* ageremus *F* ageremus *M* gerimus *A* *legite (*fuit* e) *P* 24 forte—haberetis *om.*, *m. 2 in marg. add. P* responderitis *A*

ergo acturi ut quid istis? uel potius, qui nihil egistis, ut quid redistis?

4 Denique posteaquam non potuerunt efficere, quod conati sunt, id est ut causa non ageretur, ipsa actio demonstrauit, quid timuerint, quando in omnibus uicti sunt. confessi sunt enim contra ecclesiam catholicam, quae toto terrarum orbe diffunditur, nihil se habere, quod dicerent, quia diuinis sanctarum scripturarum testimoniis oppressi sunt, quibus ecclesia designatur incipiens ab Hierusalem creuisse per loca, in quibus apostoli praedicauerunt et nomina eorundem locorum in suis epistulis et actis conscripserunt, et inde diffundi per ceteras gentes. contra istam ecclesiam se non habere causam manifesta uoce professi sunt, ubi est euidentissima in nomine dei nostra uictoria. cum enim confirmant ecclesiam, cui nos communicare ipsos autem non communicare manifestum est, olim se uictos esse testantur et uobis, si sapiatis, apertissime indicant, quid dimittere et quid tenere debeatis non in ea falsitate, qua uobis non cessant adhuc usque mentiri, sed in illa ueritate, quam uicti coacti sunt confiteri.

5 Quisquis ergo ab hac catholica ecclesia fuerit separatus, quantum libet laudabiliter se uiuere existimet, hoc solo scelere, quod a Christi unitate disiunctus est, non habebit uitam, sed ira dei manet super eum. quisquis autem in hac ecclesia bene uixerit, nihil ei praeiudicant aliena peccata, quia unusquisque in ea proprium onus portabit, sicut apostolus dicit.

9 Luc. 24, 47 25 Gal. 6, 5

1 istis, *m. 2 supra* iuistis *P* egistis (l *eras.*) *P* 2 quid *om. A* 3 potuerint *P* 4 id est] idē *A* demonstrauerit *P* 5 in *om., m. 1* i *add. P*¹ 7 diffendi--tur, *m. 2* diffundi--tur *P*¹ se *om. MFAR* 9 incipiens] incopias *A* 10 praedicarunt *P* 11 actib; *P* 13 euidens *A* 14 nostri *M* ecclesiam, *m. 2* esse ecclesiam *P* 15 nos (s *ras. et corr. m. 2*) *P* ipsos autem non communicare *in fine pag. om. A* 16 uobis] uos *P* 18 in *om. m* 19 in *om. R m* ea *A* qua *MP*¹ quae *F* quia *A* 21 hac *om. P*¹ aecclesia catholica *M* 22 se *om. M* existismet *F* 24 hac *om. P* (*m. 1 ? add.*) *A* 26 in ea *om. R* portauit, *corr.* portabit *P* dicit *ras. ex* dixit *F*

et quicumque in ea corpus Christi manducauerit indigne, iudicium sibi manducat et bibit; nam etiam hoc ipse apostolus scripsit. cum autem dicit 'iudicium sibi manducat', satis ostendit, quia non alteri iudicium manducat sed sibi. hoc nos egimus et ostendimus et obtinuimus, quia communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum sed consensione factorum. nam si in factis malis non eis quisque consentiat, portat malus causam suam et personam suam nec praeiudicat alteri, quem in consensione mali operis socium non habet criminis.

6 Hoc etiam ipsi uoce apertissima coacti sunt confiteri non tunc, quando ista dicebamus, sed postea, cum aliud ageretur. nam cum uentum fuisset ad causam etiam Caeciliani, quam nos ab ecclesiae causa distinguebamus, ut, si forte malus esset inuentus, ipsum anathemaremus, non tamen propter ipsum ecclesiam Christi relinqueremus, cui per malam suam causam praeiudicare non posset, — cum ergo etiam ad ipsam Caeciliani causam uentum fuisset et legissent illi concilium Carthaginense, ubi recitabant septuaginta plus minus episcoporum sententias contra Caecilianum absentem prolatas, respondimus eis sic non obesse illud episcoporum concilium absenti Caeciliano, quem ad modum non obfuit plurium episcoporum partis Donati concilium absenti Primiano, quando

1 I Cor. 11, 29

1 indignus *M* 2 etiam *in fine u. om. R* 3 scribit *P* autem dicit *om. P* 5 nos *om. A* 6 participañ, *m. 1* (*?*) *corr.* participacioñ *M* 7 consensione (*post.* s *m. 2 in ras. 2 l.*) *P* confessione *F* (*m. 2 supra* ł consensione) P^1 (*m. 2* consensione) 9 consensione (*post.* s *m. 2 in ras. 2 l.*) *P* confessione *F* (*m. 2 supra* consensione) *A* 11 quoacti *P* 12 docebamus *P* 13 esset *P* etiam *om., m. 1 add. M* quem *P* 15 fuisset *P* anathemaremus, *m. 2* anathematizaremus *PF* anathematizaremus P^1R *edd.* 16 relinquemus *MF* 18 esset *R* 19 carthaginense, *m. 1 corr.* carthaginiense *M* LXX P^1 20 sentias, *m. 2* sententias P^1 abs•entem *P* prolatas (*post.* a *ex corr. m. 2*) *P* 21 si, *m. 1 corr.* sic *F* 22 absente *MFR* plurimum (*pr.* m *m. 2 exp.*) P^1 23 absente *MF* quando ••| (in *eras.*) *M*

eum in Maximiani causa plus minus centum episcopi damnauerant. tunc illi nominata causa Maximiani, unde sciunt se etiam, quos damnauerant, in honore integro suscepisse et baptismum in sacrilego Maximiani schismate datum se confirmasse et non destruxisse et in sua Bagaitana sententia, qua eos damnauerunt, quibusdam, qui in ipso schismate fuerunt, dilationem dedisse et dixisse, quod eos non polluerint sacrilegi surculi Maximiani plantaria, — ista ergo causa posteaquam eorum aures percussit, expauescentes et perturbati et obliti, unde superius contra nos contendebant, continuo dixerunt: 'Nec causa causae nec persona personae praeiudicat' et confirmauerunt uerbis suis, quod nos antea de ecclesia dicebamus, quia non solum catholicae transmarinae, contra quam se confessi sunt non habere, quod dicerent, uerum etiam catholicae Africanae, quae illi unitatis communione coniungitur, causa et persona Caeciliani, qualiscumque fuisset, praeiudicare non posset, si Maximianus, qui cum ceteris sociis suis Primianum damnauit, si etiam Felicianus, qui simul Primianum damnauit et postea in causa Primiani a Donati parte damnatus est, non praeiudicat parti Donati, cui modo episcopus, sicut antea fuerat, receptus adiungitur, si etiam ipsis sociis suis Maximianus non praeiudicat, quibus isti dilationem dederunt dicentes eos ab illo, cum quo fuerunt, non fuisse pollutos, quia nec causa causae praeiudicat nec persona personae.

1 eum *om.* *R* cum, *m. 2* eum *FP*^{1} cum *MA* damnauerunt *PA* 2 causã (~ *eras.*) *M* causa• (m *eras.*) *P*^{1} etiam se sciunt *R* 3 in honore] et in honore *M* 4 in sacrilegio maximianis scismatę *P* datum] dampnatum *P*^{1} 5 et *ante* in *om.* *P* uagaitana *codd. edd. praeter m* 6 ipsa, *m. 1 corr.* ipso *M* fuerant *P* 8 plantari *P*^{1} ita (*m. 1 corr.* ista) ergo maximiani causa *P* 10 contra nos superius *R* 12 ante ad ecclesiã *MF* antea ad aecclesiam *A* qui *A* 13 catholica et transmarinę *P*^{1} se *in fine u. om.* *M* offensi *P*^{1} 15 illis *P* 16 praeiudicari *A* 19 a *om.* *P*^{1} partẽ (~ *eras.*) *A* praeiudicat parti (i *ras.; fuisse uid.* ẽ) *P*^{1} preiudicatus est parte *R* 21 sic *MFAP*^{1} (c *eras.*) *edd. praeter m* 22 eos ad locum | in quo *P* 23 causa *om.* *R*

7 Quid ergo quaeritis amplius? multis quidem uerbis superfluis gesta onerauerunt et, quia non potuerunt efficere, ut causa non ageretur, hoc fecerunt multum loquendo, ut, quod actum est, difficile legeretur. sed debent uobis etiam ista eorum pauca uerba sufficere, ne propter nescio qua, nescio quorum hominum crimina oderitis unitatem catholicae ecclesiae, quia, sicut ipsi dixerunt, relegerunt, subscripserunt, nec causa causae praeiudicat nec persona personae. nam et in ipsa causa Caeciliani, quam licet ad ecclesiae causam non pertinentem tamen defendendam suscepimus, ut etiam ibi calumniae manifestarentur ipsorum, apertissime uicti sunt, nihil eorum, quae in Caecilianum intendebant, probare potuerunt. insuper etiam de criminibus traditionis nos episcopalia gesta protulimus, unde recitauimus aliquos eorum episcoporum, qui sententias in absentem dixerant Caecilianum, manifestissimos fuisse traditores. contra ipsa gesta illi, quia non habebant, quod dicerent, falsa esse dixerunt, sed nullo modo probare potuerunt.

8 Insuper etiam confessi sunt uel potius pro magna gloria professi sunt Caecilianum apud Constantinum imperatorem a suis praecessoribus accusatum et addiderunt mendacium, quod illis accusantibus fuerit ab imperatore damnatus. ecce et hinc uicti sunt, unde uobis solent nebulas erroris offundere concitantes nobis inuidiam et in odium uestrum nos adducentes, quia ecclesiae causam apud imperatores agimus. ecce maiores eorum, de quorum nominibus gloriantur, ecclesiae causam

2 oonerauerunt *A* onorauerunt, *m. 2* honorauerunt *M* 3 loquendo (*postr. l. ex corr. m. 2*) *R* 4 debeant *A* 5 eorum *in fine u. om. R* ne⁹ (c *eras.*) P^1 qua, *m. 2* quae P^1 quae *R edd.* qui, *m. 2* que *P* 7 legerunt P^1 8 in *om. FA* 9 aecclesiam, *m. 1 corr.* aecclesiae *M* 10 descendendam *A* suscipimus *M* 11 apertissime ipsorum *R* nihilque *edd.* 15 abscentem (c *del.*) *P* dixeꝝ (= dixerunt) P^1 fuisse] hos fuisse P^1 22 hic *PR* 23 uincti *FA* offendere *P* (*m. 2* offundere) *MFAR* (*m. 1 supra* ł offundere) *a* 25 qui|aecclesiae *M* imperatorem *P*

egerunt apud imperatorem, persecuti sunt accusando Caecilianum apud imperatorem, damnatum dixerunt. iam non uos inducant uanissimis et mendacissimis uerbis; redite ad cor uestrum, timete dominum, cogitate ueritatem, relinquite falsitatem. quicquid enim iam passi fueritis imperialibus legibus, quod non pro iustitia sed pro iniquitate patimini, non poteritis dicere ideo nos esse iniustos, quia sic uobiscum agi non debuit, ut imperator uos ab ista iniquitate compesceret. episcopi enim uestri confessi sunt maiores suos sic egisse cum Caeciliano, quo modo uobiscum agi non uultis. et tamen, quod Caecilianum apud imperatorem persecuti fuerint, etiam ipsis confitentibus et profitentibus satis constitit; quod autem Caecilianus fuerit ab imperatore damnatus, omnino non constitit; immo etiam constitit eum accusantibus et persequentibus maioribus eorum et bis numero prius ab episcopis et ab ipso postea imperatore fuisse purgatum. hoc etiam ipsi confirmauerunt talia postea quasi pro causa sua proferendo, ut magis contra ipsos esse inuenirentur et pro causa Caeciliani etiam illa, quae protulerunt, recitarentur. quoscumque ergo accusare uoluerunt, nullis certis documentis probare potuerunt; quicquid autem nos et pro ecclesiae causa et pro Caeciliani causa diximus, et uerbis suis et lectionibus a se prolatis etiam ipsi confirmauerunt.

9 Nam protulerunt primo codicem Optati, unde quasi probarent Caecilianum ab imperatore damnatum. qui codex cum contra illos legeretur et magis ostenderet Caecilianum fuisse purgatum, ab omnibus risi sunt. sed quia ipse risus non potuit ab exceptoribus excipi, uerbis suis apud acta risos se esse

1 adcusando caecilianum apud imperatorem damnatum dixerunt caecilianum apud imperatorem iam non *P* 2 seducant *m* 3 reddite (*alt.* d *exp.*) *M* 4 dñi *P* 5 estis *R* 8 uos imperator *R* 11 sunt *R* ipsi *F* 13 ab imperatore fuerit *MR* 18 esse• (t *eras.*) *M* 19 recitaremur *A* quodcum, *m. 2* quodcumq; *P* 24 nam et primo protulerunt *R* 25 quic (c *ras.; ex* q *?*) odex *P* 26 eos *R* 28 risos esse P^1R risus esse *MFA* se risisse *P*

testati sunt. iterum protulerunt et recitauerunt libellum imperatori Constantino a suis maioribus datum, ubi questi sunt, quod eos memoratus imperator grauiter persequeretur, ac sic eodem libello manifestarunt se apud imperatorem a Caeciliano fuisse superatos falsumque esse, quod dixerunt, eum ab imperatore damnatum. tertio protulerunt litteras eiusdem Constantini ad uicarium Verinum datas, ubi eos grauiter detestatur et propterea dicit de exilio relaxandos et furori suo dimittendos, quia iam deus in illos coeperat uindicare, ac sic etiam istis imperatoris litteris confirmarunt falsum se dixisse, quod Caecilianus ab imperatore damnatus sit, cum potius imperator ipsos a Caeciliano uictos esse monstrauerit, quando eos uehementer execratus ideo iussit, ut de exilio dimitterentur, ut deo iudice, sicut etiam coeperant, punirentur.

Postea Felicis Aptungensis, ordinatoris Caeciliani, in medium causam miserunt dicentes eundem Felicem fuisse traditorem, a quo Caecilianus fuerat ordinatus, et eiusdem Constantini imperatoris pro Caeciliano contra se ipsos litteras protulerunt, ubi ad proconsulem scripsit, ut ad comitatum suum mitteretur Ingentius. iste autem Ingentius confessus fuerat in cognitione Aeliani proconsulis falsum se fecisse aduersus Felicem,

18 ep. LXXXVIII, 4 19 cf. ep. LXXXVIII p. 410, 23—24

1 protulerunt iterum *R* item *P* recitauerunt et protulerunt *edd.* 3 deos (d *m. 1 exp.*) *F* memoratos, *m. 1 corr.* memoratus *F* 4 si, *m. 1 corr.* sic *PF* se manifestauerunt *R* se *om. P* a *om. P* 5 dixerant *P edd. praeter a* 8 dix̄ *P* 9 deus *om. P*¹ coeperat in illos *f l r m* uindicari *MFA a* si, *m. 1 (?) corr.* sic *F* 10 confirmauerunt *P* (ue *eras.*) *M* (ue *m. 1 exp.*) *R edd.* se falsum *edd.* se *om. M* 12 ///monstrauerit (*parua ras.*) *P*¹ 13 exsecratos, *m. 1 corr.* exsecratus (c *m. 2 supra ras.; fuit* g) *P* ut *om. AR* demitterentur *F* dimitti *A* 14 ut de iudice *P*¹ iam (*om.* et) *P* et iam *m* coeperat *MF a e* cęperat *AR* 15 aptugenensis *P* caeciliani (*postr. l. m. 1 in ras. 1—2 l.*) *M* causam in medium *f l r m* 16 esse *R* 17 ordinatos, *m. 1 corr.* ordinatus *F* 19 preconsulē *M* p̄consulem *A* suum *om. P* mitteret *MA* 21 heliani *MFAP*¹*R edd. praeter m* caeciliani *P* egisse *R*

Caeciliani ordinatorem. dicebant ergo isti non sine causa uoluisse imperatorem, ut ad se mitteretur Ingentius, nisi quia Caeciliani adhuc causa pendebat, et conabantur inmittere suspicionem uanissimam, quod, posteaquam Ingentius ad comitatum directus est, tunc imperator contra Caecilianum praetulerit iudicare et illud iudicium suum, quod nos recitaueramus, ubi inter partes cognouerat Caecilianumque purgauerat, sententia posteriore rescindere. sed dicebatur eis, ut hoc potius legerent, et nihil omnino proferebant. illae autem litterae imperatoris, quibus ad se mitti iussit Ingentium, quas contra se ipsos pro Caeciliano recitauerunt, hoc continent, quod Aelianus pro consule in causa Felicis audientiam praebuerit competentem eundemque Felicem a crimine traditionis innocentem fuisse constiterit; sed Ingentium ad comitatum suum propterea iubere transmitti, ut illis, qui ibi erant et diurnis diebus eum interpellare non desinebant, apparere et intimare posset et frustra eos Caeciliano inuidiam comparare et aduersus eum uiolenter insurgere uoluisse.

11 Quis eos crederet contra se ista recitasse pro nobis, nisi dei omnipotentis nutu factum esset, ut non solum uerba eorum gestis tenerentur, sed etiam manus subscribentium legerentur?

12—18 cf. ep. LXXXVIII p. 410, 14—18; 23—p. 411, 5

1 ergo] enim ergo *P* 2 mitterentur (n *m. 1 exp.*) *M* 3 mittere *M* 4 postea cum P^1 6 protulerit *MFA*P^1*R* (*m. 1 supra* ł pertulerit) *aeflr* potuerit *P m; scripsi* praetulerit iudicare, *m. 1 supra* ł iudicari *R* et *om. P* 7 caecilianum quae *PF* (*postr.* a *exp.*) P^1 (*m. 2* caecilianumq;) 8 sententia* *P* postremo, *m. 1 supra* ł posteriore *R* scindere *MFA*P^1 9 ille *PA*P^1 10 ussit, *m. 1 corr.* iussit *P* qua *P* 12 * quod *P* helianus *MFA*P^1*R edd. praeter m* pro consule *F* (e *m. 1 exp.*) P^1 (e *eras.*) proconsuli *A* proconsul *R edd.* andientiam, *m. 1 corr.* audientiam *M* 13 traditoris, *m. 1 supra* ł traditionis *R* 14 in///gentium (*ras. 1—2 l.*) P^1 15 transmittit *F* 16 desistebant *P* appare | et *M* et apparere et *A* 17 intimare, *m. 1 corr.* intimari *PM* intimari *FA*P^1 *edd.; cf. ep. LXXXVIII p. 411, 3* et *om. P; cf. ep. LXXXVIII p. 411, 3* comparare] conpararet *M* (t *m. 2 del.*) *F* compareret *A* 19 crederet eos *R* ista contra se *edd.* ista] talia *R* pro] ista (*iterum*) P^1 20 nutu dei omnipotentis *R* nutū (~ *eras.*) P^1

nam et ordinem consulum et dierum, qui gestis expressus est, si quis nunc diligenter aduertat, inueniet primo Caecilianum episcopali iudicio fuisse purgatum. deinde non multo post Felicis Aptungensis causa ab Aeliano proconsule examinata est, ubi eum constitit innocentem. in qua causa ad comitatum mitti iussus Ingentius et longe postea ipse imperator causam inter partes cognouit atque finiuit. in qua cognitione Caecilianum innocentem illos autem calumniosissimos iudicauit. in quo ordine consulum et dierum satis ostenditur fallaciter eos et calumniose dixisse, quod imperator misso ad comitatum Ingentio iudicium suum mutauit et Caecilianum, quem prius purgauerat, postea condemnauit. non solum autem nihil de hac re legere potuerunt et contra se ipsos tanta legerunt, sed etiam per ordinem consulum euidentius conuincuntur post causam Felicis proconsulari iudicio terminatam, in qua iussum est, ut ad comitatum Ingentius mitteretur, nec paruo interuallo sed longe postea memorati imperatoris iudicio inter partes habito Caecilianum fuisse purgatum.

12 Non ergo uobis dicant, quia praemio corrupimus iudicem. quid enim aliud solent uicti homines dicere? aut si aliquid dedimus iudici, ut contra illos pro nobis pronuntiaret, ipsis quid dedimus, ut contra se pro nobis tanta non solum dicerent, uerum etiam recitarent? an forte uolunt, ut eis apud uos gratias agamus, quia, cum dicant iudicem praemio a nobis esse corruptum, ipsi tamen multa, quae pro nobis contra se

1 ordine *MF* 3 expurgatum *R* 4 aptugenensis *P* ab *om.* P^1 heliano *MFAP*^{1} *edd. praeter m* alieno *R* 5 causa est ad *P* 6 iussus] iussus est *M edd.* postea *om. P* a postea *F* 8 in quorum consulum ordine *R* 9 ostendit *A* 11 prius] primo *P* 12 autem] enim *P* 13 re relegere potuerunt *P* re potuerunt legere *R* 15 proconsolari *P* in qua et iussum *P* 16 ut] et, *m. 1 corr.* ut *P* 17 imperatori, *m. 2* imperatoris P^1 18 caecilianom, *m. 1 corr.* caecilianum *F* 19 uobis, *m. 1 supra l* nobis *R* corripimus, *m. 2* corrupimus *P* corrumpimus *FAP*^{1} (*pr.* m *m. 2 del.*) *R* 20 enim] ergo *M* 23 recitarent (~ *eras.*) P^1 nos *A* 25 fuisse *R* tamen] tam *P f l r m*

ipsos dixerunt et recitauerunt, gratis nobis omnia praestiterunt? aut certe, si propterea dicunt, quod nos uicerint, quia melius egerunt causam Caeciliani quam nos, hoc plane credite illis; nos enim duas lectiones pro illo sufficere putaueramus, illi autem quattuor protulerunt.

13 Sed quid pluribus litteras oneremus? si uultis nobis credere, credite et teneamus pariter unitatem, quam iubet et diligit deus. si autem nobis non uultis credere, gesta ipsa legite aut, uobis ut legantur, admittite et, an uera sint, quae scripsimus, ipsi uobis probate. si autem nihil horum facere uultis et manifestissima ueritate conuictam partis Donati falsitatem adhuc sequi desideratis, mundi sumus a poena uestra, quando uos sero postea paenitebit. si uero id, quod uobis praestitit deus, non contempseritis et post causam tam diligenter actam et tam diligenter manifestatam peruersam consuetudinem relinquentes paci Christi et unitati consenseritis, de uestra correctione gaudebimus et sacramenta Christi, quae in sacrilegio schismatis ad iudicium habetis, utilia et salubria uobis erunt, cum in catholica pace habueritis caput Christum, ubi caritas cooperit multitudinem peccatorum.

Haec ad uos scripsimus XVIII Kal. Iulias piissimo Honorio Augusto VIIII cons., ut, quando possunt, ad quosque uestrum istae litterae peruenirent.

19 Eph. 4, 15; 5, 23; Col. 1, 18 I Petr. 4, 8

1 omnia nobis *R* 3 creditis *MFA* illi *A* 4 non, *m. 2* nos *P* pro illa *M* 6 litteras, *m. 1 corr.* litteris *F* litteris *A edd. praeter m* oneramus *m* 7 unitatem **** quam *P* 9 ut uobis *R* amittite, *m. 2* admittite *PP*^{1} sunt *A* 10 ipsi uobis, *signis corr.* uobis ipsi *P*^{1} uobis ipsi *edd. praeter a* 12 mundi sumus] mundissimus *P* 13 sero uos *R* 14 contemseris *A* diligenter actam] diligeratam *A* 15 manifestam *P*^{1} peruersam] et peruersam *A* 17 qui *P* sacrilego *A* 19 catholicae *MF* 21 VIII^{uo} X^{mo} *A* octauo decimo *MR* K$\bar{l}$ iulias *PMF* K$\bar{l}$ iu$\bar{l}$ *AP*^{1}*R* 22 agusto *F* augustino *A* VIIII cons *MFP*^{1} (*m. 2* es *supra* VIIII) *R* nouies cons$\bar{}$ *P* VIIII consentiente *A* imperante *a e* VIII cos. *f l r* possent *PF* quoscumque *PR* 23 iste *R*

CXLII.

DOMINIS DILECTISSIMIS FRATRIBUS PRESBYTERIS SATURNINO ET EUFRATAE ET CLERICIS, QUI VOBISCUM AD UNITATEM CHRISTI PACEMQUE CONVERSI SUNT, AUGUSTINUS EPISCOPUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Laetificauit nos uester aduentus, sed non uos absentia nostra contristet. in illa enim ecclesia sumus, quae propitio deo, licet usquequaque porrecta et toto orbe diffusa sit, unum tamen corpus est magnum unius capitis magni, quod caput eius est ipse saluator, sicut apostolus dicit. de huius autem capitis glorificatione, quae post eius resurrectionem futura fuerat, tanto ante propheta praedixit: Exaltare super caelos, deus, et, quia illo super caelos exaltato ecclesia eius omnem terram copiosa fecunditate fuerat impletura, consequenter idem psalmus adiunxit: Et super omnem terram gloria tua. proinde, dilectissimi, stabili mente et firmissimo corde sub tam excelso capite in tam glorioso corpore persistamus, in quo inuicem membra sumus. unde, etiam si remotissimis terris mea longinqua esset absentia, in illo simul essemus, a cuius corporis unitate recedere non debemus. si enim nos una domus haberet, utique simul esse diceremur; quanto magis simul sumus, cum in uno corpore simul sumus! quamquam etiam in una domo nos esse ueritas ipsa testatur, quoniam sancta scriptura, quae

8 Eph. 5, 23; Col. 1, 18 12; 15 Ps. 56, 12

P = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
V = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
U = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

Louanienses hanc epistulam in Vaticanis exemplaribus repertam primi ediderunt.

3 eufrate *P* eufrati *VU edd.* uobiscum, *a. m.* uobiscum sunt *P* uobiscum sunt *VU edd.* 4 conuersi sunt] conuersis *VU edd.* 7 contristat *VU l s* quae *om. P* 10 dicit] ait *U* 15 terra *P* 18 etiam si] etsi *VU edd.* 19 a] in *U* 22 simul *in fine u. om. P* et *l s r*

corpus Christi esse dicit ecclesiam, ipsa itidem dicit eandem ecclesiam esse domum dei.

6 Hinc est, quod ille fortissimus iustitiae dilector exclamat: Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est: 'Quoniam propter te mortificamur tota die, deputati sumus ut oues occisionis.' sed in his omnibus superuincimus per eum, qui dilexit nos. certus sum enim, quia neque mors neque uita neque angelus neque principatus neque praesentia neque futura neque uirtus neque altitudo neque profundum neque creatura alia poterit nos separare a caritate dei, quae est in Christo Iesu domino nostro. uide, quem ad modum non utcumque ait: Quis nos separabit a Christo? sed ostendens, unde cohaereamus Christo: Quis nos, inquit, separabit a caritate Christi? caritate igitur Christo, non poenae timore cohaeremus. deinde commemoratis eis, quae uidentur habere uiolentiam nec tamen habent ualentiam separandi, ita conclusit, ut eandem diceret caritatem dei, quam dixerat Christi. et quid est 'a caritate Christi' nisi a caritate iustitiae? de illo quippe dictum est: Qui factus est nobis sapientia a deo et iustitia et sanctificatio et redemptio, ut, quemadmodum scriptum est, 'qui gloriatur, in domino glorietur'. sicut ergo ille

4 Rom. 8, 35—39 6 Ps. 43, 22 22 I Cor. 1, 30—31 24 Hier. 9, 24

1 patrem (em *in ras. m. 1*) *F* 4 separauit, *m. 1 corr.* separabit *P* an (*m. 2 in ras.*) angustia *F* angustia, *m. 2* an angustia *P* 8 his *om. M* superamus *M* 9 qui *om.*, *m. 2 (?) add. F* 10 angeli *M* 12 nos separare *om. M* 13 a caritate dei (e dei *m. 2 in ras.*) *F* dei] xpi P^1 14 nostro *om. R* 15 separauit *P* (*m. 1 ? corr.* separabit) *F* atendens, *m. 1 corr.* attendens *P* cohereamus—timore *bis R* 16 separauit, *m. 1 corr.* separabit *P* 17 quohaeremus, *m. 1 corr.* cohaeremus *P* cohaereamus *F* 18 uolentiam, *m. 2* uiolentiam *F* uiolentum *A* 19 uiolentiam PP^1 diceret] dicit, *m. 2* dicat P^1 20 quid est] quidē *A* 23 ut *om. P*

est iniquissimus, quem nec poenae corporales deterrent ab inmundis operibus sordidae uoluptatis, ita ille iustissimus, qui nec poenarum corporalium terrore reuocatur a sanctis operibus luminosissimae caritatis.

7 Quae caritas dei, quod perpetua cogitatione tenendum est, diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, ut, qui gloriatur, in domino glorietur. cum ergo nos huius caritatis, qua lex uerissime impletur, pauperes egentesque sentimus, non de inopia nostra diuitias eius exigere sed orando petere, quaerere, pulsare debemus, ut ille, apud quem est fons uitae, det nobis inebriari ab ubertate domus suae et uoluptatis suae potare torrentem, quo inundati atque uegetati non solum tristitia non absorbeamur, uerum etiam gloriemur in tribulationibus scientes, quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes uero non confundit. non quia per nos ipsos hoc possumus, sed quoniam caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

8 Delectauit me ista saltem per litteras loqui tecum, quae cum praesente non potui, et hoc non propter te, qui non alta sapiens consentis humilibus, sed propter quosdam, qui nimium adrogant humanae uoluntati, quam lege data putant ad eam implendam sibi posse sufficere nulla super doctrinam legis gratia sanctae inspirationis adiutam. per quorum disputationem

5 Rom. 5, 5; I Cor. 1, 31 10 Luc. 11, 9 11 Ps. 35, 10; 9 14 Rom. 5, 3—5 21 Rom. 12, 16

1 pene *A* 3 uocatur *P* (*m. 2* reuocatur) *A* 7 nobis *in fine u. om. A* 8 glori•etur *P* qu•a (i *eras.*) *P* 9 sentimus] eramus *R* 11 de, *m. 1 corr.* det *M* 12 putare (*m. 1 corr.* potare) torrentem *P* potare torrente P^1 (*m. 2* potari torrente) *R* potari torrente *f l r m Septuag.* τὸν χειμάρρουν ποτιεῖς αὐτούς, *Vulg.* torrente potabis eos; *cf. p. 173, 11; 220, 11* 13 mundati *R* tristitia absorbeamur *M* 14 obsorbeamur, *m. 2* absorbeamur P^1 15 qđ *R* 20 delectat ut mea ista *A* 23 uoluntati *M* uoluntatis *A* 25 gram (m *m. 2 del.*) P^1 ad uitam *A* disputationem *om.* P^1

infirmitati hominum miserae atque indigae suadetur, ut nec orare debeamus, ne intremus in temptationem, non quia hoc audent aperte dicere, sed eorum sententiam uelint nolint hoc utique sequitur. nam ut quid nobis dicitur: Vigilate et orate, ne intretis in temptationem? ut quid etiam secundum hanc exhortationem, cum doceret orare, praecepit, ut dicamus: Ne nos inferas in temptationem, si hoc non impletur ex adiutorio gratiae diuinae, sed id totum est in arbitrio uoluntatis humanae? quid plura? saluta fratres, qui tecum sunt, et orate pro nobis, ut salui simus secundum illam salutem, de qua dicitur: Non est opus sanis medicus sed male habentibus; non ueni uocare iustos sed peccatores. orate ergo pro nobis, ut iusti simus, quod quidem homo non potest, nisi norit et uelit, et erit continuo, qui plene uoluerit; sed hoc ipsum in eo non erit, nisi gratia spiritus sanetur et adiuuetur, ut possit.

CXLVI.

DOMINO DILECTISSIMO ET DESIDERANTISSIMO FRATRI PELAGIO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

Gratias ago plurimum, quod me litteris tuis exhilarare dignatus es et certum facere de salute uestra. retribuat tibi

1; 4 Matth. 26, 41; Marc. 14, 38; Luc. 22, 46 6 Matth. 6, 13; Luc. 11, 4 11 Matth. 9, 12—13; Marc. 2, 17; Luc. 5, 31—32

1 atque] //// quam (*ras. 1—2 l.*) *P* indignę *P* indię *M* 3 aperta, *corr.* aperte *M* sententia *M* 10 orare *M* 12 non enim ueni *M sec. sacr. litt.* 13 ergo *om. P* iustissimus (*fuit* s) *F* 14 nisi *om. P* norit et (rit et *m. 2 in ras.*) *F* nolit et *A* plane *P*

L = *cod. Laurentianus St. Crucis plut. XVIII dextr. 4 s. XIII ex.*
L^1 = *cod. Laurentianus St. Crucis plut. XII 6 s. XV.*
U = *cod. Urbinas 84 (118) s. XV.*
F = *cod. Faesulanus, nunc Laurentianus X s. XV.*
F^1 = *cod. Faesulanus, nunc Laurentianus XV s. XV.*

Haec epistula ex Aug. libro de gestis Pelagii (c. XXVII 52; CSEL XLII ed. Vrba-Zycha p. 105, 17—106, 2) huc translata est a Maurinis. cf. ep. CLXVIII.

18 desideratissimo LL^1UF^1 *m*

dominus bona, quibus semper sis bonus, et cum illo aeterno uiuas in aeternum, domine dilectissime et desiderantissime frater. ego autem etsi in me non agnosco praeconia de me tua, quae tuae benignitatis epistula continet, beniuolo tamen animo erga exiguitatem meam ingratus esse non possum simul admonens, ut potius ores pro me, quo talis a domino fiam, qualem me iam esse arbitraris.

[Et alia manu:] Memor nostri incolumis domino placeas, domine dilectissime et desiderantissime frater.

CXLVII.

DE VIDENDO DEO

LIBER.

1 Memor debiti, quod ex tua petitione et mea promissione factum est, religiosa famula dei Paulina, persolutionis quoque

2 desideratissime *LL*^{1}*U m* 6 sciam, *m. 2* fiam *F* 8 deo *LU* 9 desideratissime *LL*^{1}*U m* pater (*m. 2 exp.*) frater *L*^{1}

T = *cod. Trecensis 813 s. IX.*
T^1 = *cod. Trecensis 804 s. X; desinit p. 292, 12 in uerbis* deum uiderunt quia.
O = *cod. Bodleianus 516 s. X; deest initium usque ad p. 277. 11* uisio.
H = *cod. Palatinus 211 s. X.*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
F = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
P = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
L = *cod. Marcianus 639 s. XI.*

Aug. Retract. II 41: De uidendo deo scripsi librum . . . . . hic liber sic incipit 'Memor debiti'.

Incipit liber sancti augustini de uidendo deo ad paulinam clarissimam *TL* in hoc corpore continetur liber sancti augustini de uidendo deo ad paulinam clarissimam. incipit liber de uidendo deo *T*^{1} epistula sancti augustini ad paulinam de uidendo deo *H* item incipit epistula sancti augustini ad paulinam de uidendo deo *MF* (*in marg. m. 3* de uidendo deo) *AP*

Inscriptio nulla est in codd., nisi quod HMFA praescriptum habent nomen Augustinus, *quod idem est in a e;* filię paulinę augustinus *P;* Augustinus Paulinae salutem *f l r m* 14 p insolutionē (e *ras. et corr. uid.*) *T* solutionis *L*

eius neglegens esse non debui. cum enim petiuisses, ut de inuisibili deo, utrum per oculos corporeos possit uideri, prolixe aliquid copioseque ad te scriberem, negare non potui, ne sanctum studium tuum offenderem; sed promissum distuli siue propter alias occupationes meas siue quod a me id flagitaretur, unde aliquanto diutius cogitari oportebat. sed cum tanta res esset, quae cogitando, non tam quid de ea sentiendum dicendumue esset, quam quonam modo persuadendum his, qui diuersa sentirent, fieret difficilior, finem aliquando dilationi adhibendum putaui sperans diuinum adiutorium magis mihi scribenti quam differenti adfuturum. quam ob rem primum mihi uidetur plus ualere in hac inquisitione uiuendi quam loquendi modum. nam qui didicerunt a domino Iesu Christo mites esse et humiles corde, plus cogitando et orando proficiunt quam legendo et audiendo. nec ideo tamen agere partes suas sermo cessauerit, sed, cum plantator et rigator officium sui gesserit muneris, cetera illi, qui dat incrementum, relinquit; ille quippe etiam ipsum plantatorem rigatoremque formauit.

2 Secundum interiorem igitur hominem percipe uerba intellectus. ipse enim renouatur de die in diem, etiam cum exterior iste corrumpitur siue castigatione abstinentiae siue aliqua morbida ualitudine siue quolibet casu uel certe, quod necesse est etiam his, qui sano corpore diu uiuunt, ipso aetatis accessu.

13 Matth. 11, 29 16 I Cor. 3, 7 20 II Cor. 4, 16

2 o.|culos (culos *m. 1 in ras.*) *M* uidere T^1 3 scribere *H* 4 tuum studium *edd.* 6 aliquando TT^1L cogitare T^1M 7 quę|quę (*ras.* quę|que) *A* de ea] dea *F* 8 est *HMFA* quonam] quoniam TT^1 quo *L* 9 hiis *ut uid. L* iis *f l r m* 11 differentias futurum, *m. 2* differenti affuturum *M* afuturum, *m. 1 corr.* adfuturum *H* 12 inquisione *A* uiuendi] finem *H* 13 a domino] a domino deo *HMFA* 16 sui *ras. ex* suum *M* 18 plantatoremque (*om.* rigatorem) *FA* 19 igitur interiorem *L* percipere *sed* re *m. 1* (*??*) *del. L*, uerba *in fine u. om. A* 20 cum] si *L* 21 castigationi et abstinentiae TT^1 castigatione et abstinentia *L* 22 orbida, *m. 1* (*?*) *corr.* morbida *F* morbi TT^1L quodlibet *H* 23 hiis *L* iis *f l r m*

erige itaque spiritum mentis tuae, qui renouatur in agnitione secundum imaginem eius, qui creauit eum, ubi per fidem in te habitat Christus, ubi non est Iudaeus et Graecus, seruus liber, masculus femina, ubi non morieris, cum solui corpore coeperis, quia nec ibi marcuisti, cum sis annis grauis. hoc interiore tuo erecta intende et uide, quae loquor. nolo auctoritatem meam sequaris, ut ideo putes tibi aliquid necesse esse credere, quoniam a me dicitur; sed aut scripturis canonicis credas, si quid nondum, quam sit uerum, uides, aut interius demonstranti ueritati, ut hoc plane uideas.

3 Exempli gratia dicam aliquid, quo ad haec certius praestruaris, et inde potissimum, unde nobis in hoc ipso opere propositus est disputandi labor. credimus uideri deum nunc; num quia uidimus uel per oculos corporis, sicut uidemus hunc solem, uel mentis obtutu, sicut se quisque interius uidet uiuentem, uidet uolentem, uidet quaerentem, uidet scientem, uidet nescientem? tu itaque ipsa lectis his litteris solem quidem

1 Col. 3, 10 2 Eph. 3, 17 3 Gal. 3, 28; I Cor. 12, 13; Col. 3, 11

1 spiritum] sensum TT^1L in agnitione] in agnitione dei *M* (in ag *m. 1 in ras.*) *FAP edd.* in agnitionem dei *H; Vulg.* in agnitionem, *Gr.* εἰς ἐπίγνωσιν 3 per fidem in te habitat Christus ubi *om.* T^1 uitę, *m. 2* in te *L* non est iudaeus et graecus seruus et liber masculus et femina *F edd.; Vulg.* non est Iudaeus neque Graecus, non est seruus neque liber, non est masculus neque femina, *Gr.* οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος οὐδὲ Ἕλλην, οὐκ ἔνι δοῦλος οὐδὲ ἐλεύθερος, οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ 5 corporeo *FA* corporeo uinculo *H* 6 annis] anus T^1 hoc] ac in *P* *recta T^1 8 esse *om. P* quoniam] quā *M* quo modo *A* a me] amae (e *ex ras.*) *H* 9 cedas TT^1L nonduin quam] nonnumquam TT^1L uerum sit *edd.* 10 demonstrandi *H* (*a. m. corr. uid.* demonstrande) *F* demonstrati *A* plane (ane *m. 1 in ras.*) *F* 12 quo] quod *HP* praestolaris *P* 14 positus *HFA* uidere *HAP* nunc num] nunc (*om.* num) TT^1L num (*om.* nunc) *HMFAP* non *edd.; cf. p. 277, 18* 15 uidemus *edd.* uel per oculos] eum uel * (ꝑ *eras.*) oculis *P* 16 uel per mentis obtutu (*sic!*) T^1 17 uidit uolentem *HFA* 18 uidet nescientem *om.* TT^1L; *cf. p. 277, 10* lectis ipsa *edd.* his *om.*, *m. 1 add. F* hiis *L*

uidisse te recolis per oculos corporis, potes etiam statim uidere, si est id temporis et eo loci es, ubi ex ea parte caelum oculis tuis usque ad solem contuendum patet. ad illa uero uidenda, quae mente conspici dixi, id est quod uiuas, quod uidere deum uelis, quod id requiras, quod te uiuere et uelle et quaerere scias, quo modo autem deus uideatur, nescias, ad haec, inquam, omnia uidenda non oculos corporis adhibes nec interuallum loci, per quod intendatur obtutus, ut ad ea cernenda perueniat, sentis aut quaeris; sic uides uitam tuam, uoluntatem, inquisitionem, scientiam, ignorantiam, quia nec ipsa est contemnenda uisio uidere, quod nescias. sic, inquam, uides haec omnia, ut in te uideas, apud te habeas ac sine ullis figurarum liniamentis colorumque nitoribus tanto clarius et certius quanto simplicius interiusque conspicias. cum igitur nec corporis oculis sicut corpora siue caelestia siue terrestria nec mentis aspectu, sicut ea sunt, quorum nonnulla commemoraui, quae apud temet ipsam certissime intueris, nunc uideamus deum, cur credimus eum uideri, nisi quia scripturae accommodamus fidem, ubi legitur: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt, et si qua alia in hanc sententiam eadem diuina auctoritate conscripta sunt, cui non credere nefas ducimus, credere autem pietatis esse minime dubitamus?

19 Matth. 5, 8

1 te uidisse *edd.* te *om. M* per o*culis, *m. 1 corr.* per o*culos *M* per oculis, *m. 1 corr.* per oculos *P* potes* *H* (*fuit* t) *P* potest *TT*^{1}*FA* 2 loco *TT*^{1}*L* 3 ad illa] at illa *A* 4 quae *ex corr. m. 1 H* quae/// (*ras. 1—2 l.*) *T* id est] id̃ *T* idē *L* uiuis *A* 5 uelis quod ‖ quod id *T*^{1} uidere *T*^{1} et uelle et quaerere *om. TT*^{1}*L* 7 in qua *TF* 8 adhibens *HMFA* 9 sic uides] si cui des *A* 10 ignorantiam] agnitionem *TT*^{1}*L; cf. p. 276, 18* 13 *ac *H* liamentis *A* 15 nec *om. H* corporeis *M* corpora sine (*m. 1 corr.* siue) *A* 16 aspectus *O* 17 commemorauit *A* 18 nunc] nec *HF* non *punctis infra erasis P* uidere *P* 19 mundi *F* 20 quia *HFAP* in hac sententia mea eadem *TT*^{1}*OL* in hac sententia mea de *HMFAP a e* in hac sententia eadem *f*

4 Hanc itaque distinctionem tene, ut, si quid te admonuero disserendo, quod ita uideas oculis carnis uel ullo alio sensu eius sentias seu te sensisse recolas, sicut sentiuntur colores, fragores, odores, sapores, feruores et si quid aliud per corpus cernendo, audiendo, olfaciendo, gustando, tangendo sentimus, aut ita uideas mentis intuitu, ut uides uitam, uoluntatem, cogitationem, memoriam, intellegentiam, scientiam, fidem tuam et quicquid aliud mente conspicis atque ita esse non tantum credendo sed plane uidendo non dubitas, hoc me iudices ostendisse. quod autem non sic ostendero, ut aut corporis aut animi sensu uisum perceptumque teneatur, et tamen dixero aliquid, quod aut uerum quidem aut falsum esse necesse sit, sed nullo illorum duorum genere uideatur, restat, ut tantum modo credatur uel non credatur. sed si diuinarum scripturarum earum scilicet, quae canonicae in ecclesia nominantur, perspicua firmatur auctoritate, sine ulla dubitatione credendum est. aliis uero testibus uel testimoniis, quibus aliquid credendum esse suadetur, tibi credere uel non credere liceat, quantum ea momenti ad faciendam fidem uel habere uel non habere perpenderis.

5 Si enim ea, quae non uidimus, hoc est in praesenti apparentia non sensimus uel mente uel corpore neque de scripturis sanctis uel legendo uel audiendo didicimus, nulla omnino credidissemus,

2 quo *HMFAP* (*m. 2* quod) 3 sen••|tias *F* sen••tias *P* te *om. HF* sicut sentiuntur] sonores TT^1O sicut sonores *L* iolores, *m. 1 corr.* colores *O* 4 corpos, *m. 1 corr.* corpus *H* 5 sentiamus *HFAP* (a *m. 2 exp.*) *edd.* 6 uides] uide///s *O* 7 intellegentiâ scien|tiam (gentiâ scien *m. 2 in ras. paulo minore*) *O* 9 uiuendo *HMFAPL a* 10 corpus, *m. 2* corporis *O* 11 uisu perceptuque tenetur TT^1OL 12 quidem] aliquid TT^1L quid *O* 13 duum *edd.* 14 scripturum, *m. 1 corr.* scripturarum *H* 18 suadeatur *M* ••e a•|monenti (*m. 2* momenti), *fuisse uid.* me ad|monenti *P* me ammonenti *H* mea (*m. 1 corr.* meam) monenti *F* meam momenti *A* ea emolumenti *L* 19 faciendum *L f l r m* 21 non] nunc *P* uidimus, *m. 2* uidemus *P* hoc] id TT^1OL in praesenti apparentia] in praesentiam TT^1 in praesentia *OL l r* 22 sensim|i (*fuisse uid.* sensim') *O* sensibus *P* 23 dicimus, *m. 1 corr.* didicimus *HF* didicissemus *P* crederemus *P*

unde sciremus esse ciuitates, ubi numquam fuimus, uel a Romulo conditam Romam uel, ut de propioribus loquar, Constantinopolim a Constantino? unde postremo sciremus, quinam parentes nos procreauissent, quibus patribus, auis, maioribus geniti essemus? talium quippe cum plurima sciamus, non tamen ea uel ullo sensu praesentia sicut solem, sicut nostri animi uoluntatem uel canonicorum eloquiorum auctoritate sicut Adam fuisse primum hominem aut Christum in carne natum passumque resurrexisse didicimus sed aliis referentibus, de quorum testimonio in hoc dum taxat rerum genere minime dubitandum esse putauimus. in quibus si alicubi fallimur credendo uel ita esse, quod ita non est, uel non ita esse, quod ita est, nihil periculi esse iudicamus, si non sit contra illam fidem, qua pietas informatur. haec praelocutio mea nondum propositam discutit quaestionem, sed te atque alios, qui ista lecturi sunt, praestruit, quales seu meorum seu quorumlibet scriptorum iudices esse debeatis, ne uel scire uos opinemini, quod nescitis, uel temere credatis, quod neque corporis sensibus aut animi contuitu in eiusdem rei, quae cognoscenda est, euidentia percepistis neque canonicarum scripturarum auctoritate, etiam si non adfuit sensibus uel animi uel corporis uestri, tamen credendum esse didicistis.

2 uelut *A* uel ut⁹ (i *eras.*) *P* de *om. TT¹O* propᵓioribus (*fuit* r) *P* proprioribus *TT¹OFA* loquor *T¹* 3 constantinopoli *T* (*m. ut uid. 2* ~ *super postr. l. add.*) *T¹* 4 auiis *T¹* 5 prima *TT¹O* pma, *m. 2* plurima *L* 7 animi nostri *M* uoluntate *TT¹O* auctoritate⁹ (m *eras.*) *P* 8 hominem *in fine u. om. A* in carne natum] incarnatum *TT¹OL* 9 passumque ac resurrexisse *M* aliis] illis *A* 11 putauim, *m. 2* putauimus *H* putabimus *TT¹O* 12 credendo *om. O* ita non] non ita *m* non (*om.* ita) *flr* uel—est *om. A* quod ita non est *M* quod ita non est quod ita non est (non *et* quod ita non est *eras.*) *F* 16 seu eorum *HMFP* (*m. 2* seu meorum) siue horum *A* eū eorū *T¹* eorū (e *m. 1 ex* u *cum ras. supra*) *T* ////////eorum (*ras. 4 fere l.*) *O* 17 ne uel scire] uel nescire *P* 18 creatis, *m. 1 corr.* credatis *H* 19 *ante* aut *ras. 7 fere l. H* cognoscendum, *m. ut uid. 1 corr.* cognoscenda *T* 20 auctoritatē *TT¹OL* 21 effuit, *m. fortasse 1 corr.* effugit *H* nri *M*

I 6 Iamne ergo uenimus ad causam? an adhuc lecturus instruendus est? nonnulli enim putant ipsum, quod dicimus credere, cum res uera creditur, hoc solum esse mente contueri. quod si ita est, fallitur ista nostra praelocutio, in qua distinximus aliud esse aliquid sentire per corpus sicut in caelo solem et in terra montem, arborem corpusue quodlibet et aliud mentis intuitu rem nihilo minus euidentem, sicut nostra uoluntas a nobismet ipsis intus aspicitur, cum aliquid uolumus, uel cogitatio, cum cogitamus, uel memoria, cum recordamur, uel tale aliquid in animo sine corpore, aliud autem credere, quod in corporis mentisue conspectu nec adest nec adfuisse recolitur sicut sine parentibus creatum Adam et natum ex uirgine passumque resurrexisse Christum. haec enim etiam corporaliter facta sunt et uideri per corpus, si tunc adessemus, utique potuerunt, nunc autem non adsunt, sicut adest ista lux, quae oculis cernitur, aut uoluntas, qua nunc aliquid uolumus, quae mente conspicitur. sed quia haec distinctio falsa non est, profecto illa praestructio minus habebat, quod inter credere et aliquid praesens mente conspicere, ne omni modo unum atque idem putaretur, parum clara fuerat elocutione discretum.

II 7 Quid ergo dicemus? num satis est, ut inter uidere et credere hoc distare dicamus, quia praesentia uidentur, creduntur absentia? plane forsitan satis est, si praesentia illa hoc loco

1 iam (*om.* ne) *M* adhoc, *m. 2* adhuc *P* lector *A* 2 quo *H* 4 ita, *m. 1 corr.* ista *T* nostra] nostra superior *HMFAP edd.; cf. p. 284, 10; 279, 14* 5 per *om. TT¹OL* corpus—arborem *om., m. 2 in marg. add. H* 6 corpus | uel *P* corpusque *M* quolibet *MP* (*m. 2* quodlibet) aliquod (*eras.*) quodlibet *T* 9 dum *edd.* rememoramur *T¹* 11 conspectum *HMFAP* adfuisse (t *eras.*) *H* afuisse *L* | fuisse *M* 12 creatum *sed* a (*m. 1 ?*) *super ras. T* passumque ac resurrexisse *M* passum uere (*m. 2* ue|re) surrexisse *P* 14 uidere *T¹* potuerant *P* 15 sicut] et sicut *HFA* 16 cernimur *A* aut—conspicitur *om. HMFA* 18 perstructio *T¹O* habeat *T¹* 19 omni modo] omnino *edd.* 20 discretum (is *m. 1 in ras.*) *M* 21 dicimus *HMFAP edd.* num—dicamus *om., in inf. marg. m. 1 add. L* nũ *corr. ex* hc *P* nunc *HFA* 23 loco] illo *A*

intellegamus dicta, quae praesto sunt sensibus siue animi siue corporis, unde etiam ducto uocabulo praesentia nominantur. sic enim hanc lucem corporis sensu, sic et meam uoluntatem plane uideo, quia praesto est animi mei sensibus atque intus mihi praesens est. si quis uero mihi indicet uoluntatem suam, cuius os et uox mihi praesens est, tamen, quia ipsa uoluntas, quam mihi indicat, latet sensum corporis et animi mei, credo, non uideo aut, si eum mentiri existimo, non credo, etsi forte, ut dicit, ita sit. creduntur ergo illa, quae absunt a sensibus nostris, si uidetur idoneum, quod eis testimonium perhibetur; uidentur autem, quae praesto sunt, unde et praesentia nominantur, uel animi uel corporis sensibus. nam cum sint quinque corporis sensus, cernendi, audiendi, olfaciendi, gustandi, tangendi, uisus quidem in eis praecipue oculis adtributus est, uerum tamen hoc uerbo utimur et in ceteris. neque enim tantum dicimus: 'Vide, quid luceat', sed etiam: 'Vide, quid sonet'; 'Vide, quid oleat'; 'Vide, quid sapiat'; 'Vide, quid caleat'. nec, quia dixi ea credi, quae absunt a sensibus nostris, sic accipiatur, ut inter illa deputentur, quae aliquando uidimus et nos uidisse retinemus certique sumus, quamuis tunc non praesto sint, cum recoluntur a nobis; neque enim inter credita sed inter uisa deputantur et ideo nota sunt, non quia fidem habuimus aliis testibus, sed quia nos uidisse sine dubio recordamur et scimus.

II 8 Constat igitur nostra scientia ex uisis rebus et creditis. sed in his, quae uidimus uel uidemus, nos ipsi testes sumus, in his autem, quae credimus, aliis testibus mouemur ad fidem,

3 sic, *m. 2* sič *P* sič *L* sensus *HFA* 4 mei *om. m* 5 mihi uero *TT¹OL* 6 ipsa *om. L* 7 sensu *TT¹OL* 8 eum *ras. ex* enim *H* menti *O* 9 a *om. O* 10 •idetur *M* ei *A* 11 inde *TT¹OL* 12 corpori *T¹* sunt *L* 13 sens••us (ib *eras.*) *OP* tangendi *om. A* 14 ueru• (n *eras.; m. 2* uerū•) *O* 15 neque] non *L edd.* 18 •accipiatur *F* accipiantur *P* 19 inter illa] interualla *T* 20 t̄c (c *ex corr. m. 2*) *P* 21 sint (i *ras.; ex* u *?*) *H* a nobis—deputantur *om., m. 2 in marg. add. L* 26 hiis *L* iis *f l r m* uel uidemus *om. A* uel uidimus (*m. 1 corr.* uidemus) *F*

cum earum rerum, quas nec uidisse nos recolimus nec uidemus, dantur signa uel in uocibus uel in litteris uel in quibusque documentis, quibus uisis non uisa credantur. non autem inmerito scire nos dicimus non solum ea, quae uidimus aut uidemus, uerum et illa, quae idoneis ad quamque rem commoti testimoniis uel testibus credimus. porro si scire non incongruenter dicimur etiam illud, quod certissimum credimus, hinc factum est, ut etiam recte credita, etsi non adsint sensibus nostris, uidere mente dicamur. scientia quippe menti tribuitur, siue per corporis sensus siue per ipsum animum aliquid perceptum cognitumque retineat, et fides ipsa mente utique uidetur, quamuis hoc fide credatur, quod non uidetur. unde et apostolus Petrus dicit: In quem modo non uidentes creditis, et ipse dominus: Beati, qui non uiderunt et crediderunt.

9 Cum itaque dicitur homini: 'Crede Christum resurrexisse a mortuis', si credit, adtende, quid uideat, adtende, quid credat, et utrumque discerne. uidet hominem, cuius audit uocem, et ipsa uox in uisis corporalibus deputatur secundum ea, quae supra diximus. haec duo sunt, testis et testimonium, quorum ad oculos unum, ad aures alterum pertinet. sed hunc testem fortasse aliorum testimoniorum auctoritate confirmat, diuinarum scilicet scripturarum uel quorumlibet aliorum, quibus est motus ad fidem. scripturae ad uisa pertinent corporis: oculo-

13 1 Petr. 1, 8 14 Ioh. 20, 29

1 nec uidemus *om.* *L* nec uidimus *HF* 2 signa uel] signa ut *O* 4 ea] aut (*m. 1 exp.*) ea *M* 5 quamque, *m. 1 corr.* quamcumque *O* commoniti *L* 6 ingruenter *M* 7 dicimus *TT*^{1}*OML* 8 credita recte (*signis m. ut uid. 2 corr.*) *O* recta *MA* non *in fine u. om.* *T*^{1} 9 dicamus *TT*^{1}*OL* mente *AL* 10 p corporis sensib; *M* animum ipsum *A* 13 et *om.* *HMFA* dixit *L* 16 crede» *F* 17 uideat adtende quid *om.* *A bis, alterum eras.* *P* uideat *m. 1 in ras.* *M* 18 et *om.* *TT*^{1}*OL* uidet oculus hominem auris audit uocem *H* 20 superius *TT*^{1}*OL* 22 auctoritas *L edd. praeter a* 23 scilicet *om.* *T* 24 ad fides, *m. 2* ad fidem *F* uisa (a *in ras.*) *H* ///uisa (*parua ras.*) *P* uisum *M*

rum, si eas legit, uel aurium, si audiuit. uidet autem animo. quicquid figuris litterarum sonisue significari intellexit; uidet ipsam fidem suam, qua se credere sine cunctatione respondet: uidet cogitationem, qua cogitat, quid ei possit prodesse, quod credit; uidet uoluntatem, qua accessit ad suscipiendam religionem; uidet etiam ipsius resurrectionis quandam imaginem in animo suo factam, sine qua intellegi non potest, quicquid factum corporaliter dicitur, siue credatur siue non credatur.

Sed, ut puto, distinguis, quo modo uideat fidem suam, qua credit, et quo modo uideat illam resurrectionis imaginem in animo suo factam, quam, si hoc audit, uidet, etiam qui non credit.

Haec ergo omnia uidet partim corpore partim mente. uoluntatem uero eius, a quo audit, ut credat, et ipsam Christi resurrectionem non uidet, sed credit; et tamen eam uidere dicitur quodam mentis obtutu magis secundum testimoniorum fidem quam rerum praesentia creditarum. illa enim, quae uidet, adsunt sensibus uel animi uel corporis; quae autem credit, absunt a sensibus et animi et corporis, quamuis uoluntas eius, a quo audit, ut credat, non sit praeterita, sed maneat in loquente. quam in se ipso idem ipse, qui loquitur, uidet; ille uero, qui audit, non eam uidet, sed credit. resurrectio autem Christi praeterita est, quam nec illi uiderunt homines, qui tunc fuerunt; nam qui uiderunt uiuentem Christum, quem

1 ea *TT¹OL* animus *TT¹OL* 3 ipsum, *m. 1 corr.* ipsam *A* quae *HF* (e *eras.*) respondit, *m. 1 corr.* respondet *M* 4 uidet (i *in ras.*) *H* ei possit *om. A* quid *L* 5 uidit *A* quia *A* suspiciendam *HF* (pi *m. 2 exp.*) *A* 6 re | sectionis, *m. 2* resur | rectionis *O* 9 fidem suam qua credit uideat *T* (fidem *bis, alterum eras.*) *T¹OL* quae *HMFA* 10 illam *in fine u. om. T¹* 11 uidit *T¹* 13 corpore partim *om., m. 2 (?) add. H* 14 ut] et *HFA* credit *F'* 15 eam *om. T¹* (*in fine u.*) *O* 16 quoddam *H* mentis *om. TT¹OL* (*m. 2 add.*) obtutu, *m. 2* obtuitu *A* 17 praesentiã *M* creditarum *A* quae uidet *om. T¹* 19 a *in fine u. om. M* et animi| ꝺ̄ris *TT¹* mentis *L* 22 ea *TT¹O* 23 illud *HFA* 24 christum uiuentem *A* qui *L*

uiderant morientem, ipsam tamen resurrectionem, cum fieret, non uiderunt, sed eam certissime crediderunt uidendo et tangendo uiuum, quem nouerant mortuum. nos totum credimus, et quod resurrexerit et quod ab hominibus tunc uisus et contrectatus sit et quod nunc uiuat in caelis nec iam moriatur et mors ei ultra non dominetur. res autem ipsa nec corporis nostri sensibus adest, sicut adest hoc caelum et terra, nec nostrae mentis obtutibus, sicut adest fides ipsa, qua hoc credimus.

11 Sed iam satis, ut puto, ista mea praelocutione recognouisti. quid sit uidere uel mente uel corpore et quid ab eis distet credere. quod quidem fit mente et uidetur mente, quoniam menti nostrae fides nostra conspicua est. sed tamen, quod eadem fide creditur, abest et ab aspectu corporis nostri, sicut abest corpus, in quo Christus resurrexit, et ab aspectu mentis alterius, sicut abest ab aspectu mentis meae fides tua, quamuis eam esse in te credam, cum eam non uideam corpore, quod nec tu potes, nec mente, quod tu potes, sicut ego meam, quam tu non potes. nemo enim scit, quid agatur in homine, nisi spiritus hominis, qui in ipso est, donec ueniat dominus, qui et inluminabit abscondita tenebrarum et manifestabit cogitationes cordis, ut eas non solum quisque suas uideat sed et aliorum. secundum hoc enim dixit apostolus neminem scire, quid agatur in homine,

5 Rom. 6, 9 19; 24 I Cor. 2, 11 20 I Cor. 4, 5

3 totum] tantum *A* 4 tunc ab hominibus *M* 6 illi *edd. sec. Vulg.* 7 nostris TT^1 ad//est (*parua ras.*) *O* sicut adest] sicut (*om.* adest) *L* 8 nostrae *om. L* obtutibus, *m. 2* obtuitibus *A* 10 iam (et *eras.*) *H* ista] in ista *P* prolocutione *M* recogno//uisti (*parua ras.*) *O* cognouisti *T* 11 fit *T* 12 mente fit T^1 16 quamuis (am *ex corr. m. 1; fuitne* ia *?*) *H* 17 intercredam, *m. 2* in te credam *F* 18 nec tu] tu nec *signis m. 2 (?) corr. O* nec *om.* T^1O ne- (c *eras.*) *H* non *L* mente—potes ne.. *om., m. 2 in marg. add. H* 19 enim *om., m. 2 s. u. add. O* 21 ueniet *L* uenit T^1 qui *om.* $T^1OHMFAPL$ *edd.* inluminet *HMFAP edd.* 22 manifestet *edd.* 23 secundum enim hoc TT^1OL

nisi spiritus hominis, qui in ipso est, secundum quod uidemus in nobis; nam secundum id, quod credimus nec uidemus, et multos fideles esse nouimus et multis noti sumus.

12 Si ergo iam ista distincta sunt, ueniamus ad causam. scimus posse deum uideri, quoniam scriptum est: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. an forte non debui dicere 'scimus' sed 'credimus', quoniam deum nec corpore aliquando uidimus sicut hanc lucem nec mente sicut ipsam in nobis, qua id credimus, fidem, sed tantum quia scriptum est in ea scriptura, cuius fideles sumus, quod uerum sit minime dubitamus? apostolus tamen Iohannes cum tale aliquid diceret: Scimus, inquit, quia, cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum, sicuti est. ecce scire se dixit, quod nondum factum fuerat nec uidendo sed credendo cognouerat. recte itaque diximus: 'Scimus posse deum uideri', quamuis eum non uiderimus, sed diuinae auctoritati, quae sanctis libris continetur, crediderimus.

13 Quid est ergo, quod eadem dicit auctoritas: Deum nemo uidit umquam? an fortasse respondetur, quod illa testimonia de uidendo deo sunt, non de uiso? ipsi enim deum uidebunt. dictum est, non 'uiderunt', et non 'uidimus' sed 'uidebimus eum sicuti est'. proinde his sententiis non est contrarium: Deum nemo uidit umquam. uidebunt enim, quem non uiderunt, qui mundo corde filii dei esse uoluerint. quid

5 Matth. 5, 8 12 I Ioh. 3, 2 18 Ioh. 1, 18; I Ioh. 4, 12

1 spiritus, *m. 2* spiritum *P* spiritum *edd.* 2 in nobis *in ras. H* 3 multo, *m. 1 corr.* multos *F* multi, *m. 1 corr.* multis *T* 4 ista iam *signis m. 2 (?) corr. O* 5 uidere T^1M mundo corde, *m. 2* mundicordes *H* mundi corde *F* 6 quia *HF* 7 sed credimus *om. A* nec deum *signis m. 2 (?) corr. O* 10 in ea] in ea in *F* (*m. 1 ? post.* in *exp.*) *A* fit TT^1 12 ei *om., m. 2 add. L* 13 se scire T^1 14 dicit *P* 15 deum posse *edd.* uidere, *m. 1 corr.* uideri *M* 16 sed] uel T^1 auctoritati diuinae TT^1OL diuinae autoritate (*corr.* auctoritati) *H* 17 continetur *ras. et corr. m. 2; fuisse uid.* contineretur *O* 18 ergo est *edd. praeter a* 20 sunt *om. M* uisa *M* 22 eum *om.* T^1 23 uidit *om., m. 1 add. M* uidet *F* enim] eum *A* 24 uoluerunt TT^1O (*m. 2* uoluerint) *L edd. praeter m*

est igitur: Vidi deum facie ad faciem et salua facta est anima mea? an et hoc non est contrarium illi, quod dictum est: Deum nemo uidit umquam? et illud, quod de Moyse scriptum est, quia loquebatur cum deo facie ad faciem, sicut quis loquitur ad amicum suum; et illud, quod propheta Esaias de se ipso loquens ait: Vidi dominum sabaoth sedentem in throno, et si qua alia solent similia testimonia ex eadem auctoritate proferri, quo modo non sunt contraria sententiae, qua dictum est: Deum nemo uidit umquam? quamquam et ipsum euangelium potest putari sibi esse contrarium. quo modo enim uerum est, quod in eo dicitur: Qui me uidit, uidit et patrem, si deum nemo uidit umquam? quo modo uerum est: Angeli eorum semper uident faciem patris mei, si deum nemo uidit umquam?

14 Qua igitur regula intellegentiae ista ueluti contraria et repugnantia non esse contraria nec repugnare probabimus? neque enim fieri ullo modo potest, ut haec scripturarum auctoritas aliqua ex parte mentiatur. si dicimus in eo, quod scriptum est: Deum nemo uidit umquam, homines tantum modo intellegendos, sicut etiam illud dictum est: Nemo scit, quid agatur in homine, nisi spiritus hominis, qui in ipso est, — nemo utique sed hominum; neque enim hoc de deo accipi potest, cum de Christo scriptum sit non opus fuisse, ut quisquam illi testimonium perhiberet de homine, quoniam ipse sciebat, quid esset in homine:

1 Gen. 32, 30 4 Ex. 33, 11 6 Es. 6, 1 12 Ioh. 14, 9 13 Matth. 18, 10 20 I Cor. 2, 11 23 Ioh. 2, 25

1 est *in fine u. om. T* ergo *edd.* dñm *O* 2 hoc contrarium est, *m. 1 corr.* hoc contrarium non est *T* 3 uidit *om., m. 1 add. M* 6 se *om. TT¹OL edd. praeter m* dñm (n *exp.*) *A* dñm *TT¹HL; cf. p. 290, 2* 9 contrariae *O* (e *eras.*) *M* quia (i *m. 2 del.*) *L* 12 uidet uidet *TT¹OP edd. praeter m* uidet ** (*fuit* et) uidet *L; cf. p. 288, 3* 14 mei] mei qui in caelis est *T sec. sacr. litt.* 15 quia *TT¹OA* regulam *T¹O* regula** (ni *eras.*) *L* 16 reprobare *O* repugnantia *L* probauimus *TT¹* 23 sit *om. TT¹O* (*s. u. m. 1 add.*) 24 illi *om. P*

nam hoc apostolus planius explicans: Quem nemo, inquit, hominum uidit nec uidere potest — si ergo ita dictum est: Deum nemo uidit umquam, ac si diceretur: 'Nemo hominum', hactenus illa quaestio soluta uidebitur, ut non sit huic sententiae contrarium, quod dominus ait: Angeli eorum semper uident faciem patris mei, ut scilicet angelos deum uidere credamus, quem nemo uidit umquam sed hominum. quo modo ergo deum uidit Abraham, Isaac, Iacob, Iob, Moyses, Michaeas, Esaias et si qui alii sunt, de quibus ueracissima scriptura testatur, quod deum uiderint, si deum nemo umquam hominum uidit nec uidere potest?

Quamquam nonnulli uolentes probare etiam impios uisuros deum a diabolo quoque ipso deum uisum putant sic accipientes, quod scriptum est in libro Iob uenisse cum angelis et diabolum in conspectu dei, ut iam et illud ueniat in quaestionem, quo modo dictum sit: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt, et illud: Pacem sectamini cum omnibus et sanctificationem, sine qua nemo poterit uidere deum. multum enim miror, si eo usque progrediuntur, qui existimant impios uisuros deum et a diabolo uisum deum, ut eos et

1 I Tim. 6, 16 8 (Abraham) Gen. 18, 1; (Isaac) Gen. 26. 2; (Iacob) Gen. 32, 30 9 (Iob) Iob 38. 1; 42, 9; (Moyses) Ex 33, 11; (Michaeas) III Reg. 22, 19; (Esaias) Es. 6, 1 14 Iob 1, 6; 2, 1 16 Matth. 5, 8 17 Hebr. 12, 14

2 hominem, *m. 1 corr.* hominum *H* uideri *HF* (*m. 2 corr. uid.* uidere) si] sic *TT*^{1} 3 uidit (d *in ras.*) *F* nemo uidit hominum *L* 4 uidebitur] ee (*m. 1 exp.*) uidebitur *M* 7 uidisse *TT*^{1}*OL* sed *del.* (*m. 1 ?*) *M* 8 isaac et iacob *H* et isaac et iacob (*utrumque* et *exp.*) *F* 9 qua, *m. 1 corr.* qui *H* de *om. T* (*in fine u.*) *T*^{1}*L* (*m. 2 add.*) 10 quod] qm̃ *O* uiderunt, *m. 2* uiderint *L* 11 uidit umquam hominum uidit *T*^{1} uidit umquam hominum *TL* 12 etiam probare *edd.* 15 in conspectum *m* ut et iam *T* utinam et *A* 16 est *A* mundo *add.* i *supra* o *H* mundi *F* quia *HMFP* 18 sanctimoniam *sec. Vulg., m. 1 corr.* sanctificationem *L* poterit uideri deum *HF* potest deum uidere *TT*^{1}*OL; Vulg.* uidebit dominum, *Gr.* ὄψεται τὸν κύριον 20 deum *om. T* a *om. H* (*m. 1 add.*) *L* babolo, *ras. et corr. m. ut uid. 1* diabolo *P* eos *om., m. 1 add. L*

mundo esse corde et pacem ac sanctificationem cum omnibus sectari adseuerent.

16 Nam quod dominus ait: Qui me uidit, uidit et patrem, potest paulo attentius consideratum non uideri esse contrarium ei, quod dixit: Deum nemo uidit umquam. neque enim dixit: 'Quia me uidistis, uidistis et patrem', sed dicendo: Qui me uidit, uidit et patrem ostendere uoluit unitatem substantiae patris et filii, ne in aliquo inter se putarentur esse dissimiles. ac per hoc, quoniam uerum dictum est: Qui me uidit, uidit et patrem, profecto, quoniam deum nemo hominum uidit umquam, nec patrem quisquam putandus est uidisse nec filium, secundum quod deus est filius et cum patre unus deus; nam secundum id, quod homo est, utique in terra uisus est et cum hominibus conuersatus est.

VI 17 Sed magna quaestio est, quo modo non sit contrarium, quia tot antiqui uiderunt deum, si deum nemo uidit umquam, quem nemo hominum uidit nec uidere potest. uides, quam difficilem mihi proposueris quaestionem, unde me aliquid prolixe copioseque scribere uoluisti ex occasione breuis epistulae meae, quae tibi uisa est diligentius et uberius explicanda. uisne ergo adtendere, quae apud alios interim comperi diuinarum scripturarum egregios tractatores, quid de uisione dei

3 Ioh. 14, 9 5 Ioh. 1, 18 14 Bar. 3, 38; Ioh. 1, 14

1 mundo corde, *m. 1 corr.* mundos esse corde T^1 mundos esse corde *TOML* mundo corde esse *edd.* ac] et *OA edd.* 2 assectari *f l m* adse///// | uerent (*ras. 2—3 l.*) *T* 3 uidet uidet *PL edd. praeter m; cf. p. 286, 12* patrem] patrem meum TT^1OAL; *cf. p. 303, 18* 4 potest et paulo *M* 5 uidit *om., m. ut uid. 3 add. L* 6 uidistis me *edd.* 7 uidet uidet *PL edd. praeter m* 9 uerū ∘ *L* uere *edd. praeter a* est dictum *P* 10 *alterum* uidit *in fine u. om.* T^1 uidet uidet *PL edd. praeter m* 11 uidit (*del. m. ut uid. 1*) hominum uidit *T* hominem, *m. 1 corr.* hominum *H* 12 filius et] et filius *HMFA a e* et filius et *P cett. edd.* ∘ cum (*fuit* u) *L* 14 est *om. L* est *om., m. 1 (?) add. H* 16 si deum *om., m. 1 add. H* si·dm *M* unquam uidit *edd.* 17 uidet *M* potest *om., m. 3 add. L* 18 inde *M* 19 breui, *m. 2* breuis *P* 20 tuae *A* 21 conperim *H* 22 tractores *H* (*m. 1 corr.* tractatores) *F* (*m. 2* tractatores) di uisione, *corr. uid.* de uisione *H* dı∘ | (*s eras*) *M* dñi *P*

senserint, ne forte sufficiant desiderio tuo, quamuis ea forsitan noueris? pauca ergo ista adtende, si placet. cum euangelium exponens beatus Ambrosius, Mediolanensis episcopus, uenisset ad eum locum, ubi angelus apparuit in templo Zachariae sacerdoti, ex hac occasione uide quanta et qualia de dei etiam uisione disseruit.

18 'Non inmerito', inquit, 'angelus uidetur in templo, quia ueri sacerdotis iam nuntiabatur aduentus et caeleste sacrificium parabatur, in quo angeli ministrarent. et bene apparuisse dicitur ei, qui eum repente conspexit. hoc specialiter aut de angelis aut de deo scriptura diuina tenere consueuit, ut, quod non potest praeuideri, apparere dicatur. sic enim habes: Apparuit deus Abrahae ad ilicem Mambre; nam qui ante non praesentitur, sed repentino uidetur aspectu, apparere memoratur. non enim similiter sensibilia uidentur et is, cuius in uoluntate situm est uideri et cuius naturae est non uideri, uoluntatis uideri. nam si non uult, non uidetur; si uult, uidetur. apparuit enim deus Abrahae, quia uoluit; aliis, quia noluit, non apparuit. uisum est etiam Stephano, cum lapidaretur a populo,

7 Ambros. expos. euang. sec. Luc. I, 24—27 (CSEL XXXII p. IV p. 25, 15—28, 7) Luc. 1, 11 12 Gen. 18, 1 19 Act. 7, 55

1 nec *F* sufficiat *TT*^{1}*OL* 2 noueras *P* 3 ambrosi'///// (*ras. 1—2 l.; non fuit* us) *M* 4 in templo *om. M* 5 hac *om., m. 1* (*?*) *add. H* de dei *om. A* etiam *om., m. 2 s. u. add. O* 8 et caeleste] aec | clę *M* 10 hoc] et hoc *Ambr. praeter nonnullos codd. deteriores* 11 scripturis *H* 12 prouideri *HMFAP* uideri *edd. praeter m* habe•s *F* 13 mambr•e (*fuit* a) *H* mambrę *MA* mambrae *TT*^{1}*FP edd. praeter m* nam] non *A* quia *HMFA m* antę *O* 14 presentatur *T*^{1}*O Ambrosi codd. nonnulli* praesentiatur (i *eras.*) *F* praesentetur *A* sed] si *P* 15 sensibilia similiter *M* •is *T* •is (h *eras.*) *FP* his *T*^{1}*OM* in cuius *edd.* 16 situm] sit ut *TT*^{1}*OL* et cuius—uoluntatis uideri *bis, alterum exp. T*^{1} natura *MA* est] ee *M* uoluntatis ē uideri *M* 17 si non] si, *m. 1 corr.* si non *H* 18 abraham *TT*^{1}*OL* alii *Ambr.* 19 uisus *HMFAP a e f* etiam] etiam et *Ambr. praeter unum cod. Sangallensem 99* a populo• (s *eras.*) *A*

aperiri caelum, uisus est etiam Iesus stans ad dexteram dei et non est uisus a populo; uidit Esaias dominum sabaoth, sed alius uidere non potuit, quia, cui placuit, apparuit. et quid de hominibus loquimur, cum etiam de ipsis caelestibus uirtutibus et potestatibus legerimus quia: Deum nemo uidit umquam? et addidit, quod ultra caelestes est potestates: Unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse narrauit. aut adquiescatur igitur necesse est, si deum patrem nemo uidit umquam, filium uisum esse in ueteri testamento et desinant haeretici ex uirgine ei principium dare, qui antequam nasceretur ex uirgine, uidebatur, aut certe refelli non potest uel patrem uel filium uel certe spiritum sanctum, si tamen est sancti spiritus uisio, ea specie uideri, quam uoluntas elegerit, non natura formauerit, quoniam spiritum quoque uisum accepimus in columba. et ideo deum nemo uidit umquam, quia eam, quae in deo habitat, plenitudinem diuinitatis nemo conspexit, nemo mente aut oculis comprehendit; 'uidit' enim ad utrumque referendum est. denique cum additur: Unigenitus filius ipse narrauit, mentium magis quam oculorum uisio declaratur. species enim uidetur, uirtus uero narratur; illa oculis, haec mente comprehenditur. sed quid de trinitate dicam? Seraphin, quando uoluit, apparuit et uocem eius Esaias solus audiuit. apparuit ange-

2 Es. 6, 1 5; 7 Ioh. 1, 18 11—14 = p. 293, 5—8 15 Matth. 3, 16 16 Col. 2, 9 16—18 = p. 295, 11—13; cf. 8—9 18—22 = p. 296, 1—4; 15—17 22 Es. 6, 6—7

1 aperire TT^1FPL *a e f* apperire (*alt.* p *exp.*) *M* 2 est *om. L* uisus est *m* a paulo TT^1OL deum *F edd.* 6 addit *HMFAP* m ultra *om.* (*qua re m. 2 deinceps corr.* caelestis est potestatis) *P* est *om. L* et *H a e f* est• *F* est et *l r* 7 unigetus T^1 enarrauit *Ambr.; cf. u. 19* 9 testamenti *A* 10 ei *om. O* princium, *m. 1 corr.* principium *F* quia T^1O 11 *post* certe *s. u.* (*m. 1 ?*) *add.* si *O* 12 sanctum *om. L* 13 spiritus sancti TT^1OL *edd. Ambrosi codd. deteriores; cf. p. 293, 7* 15 •• deum *T* 16 quia] qui *H* 19 auditur *HMFA* enarrauit *HMFAP edd. praeter m Vulg.* (*Gr.* ἐξηγήσατο) *Ambr.; cf. u. 7; p. 296, 2; 303, 7* 20 enim] uero, *m. 2* enim *O* 21 uero] autem, *m. 2* uero *O* 22 seraphim *O r m Ambrosi codd. plurimi* 23 audiuit solus T^1

lus et nunc praesto est, sed non uidetur. neque enim in potestate nostra est uidere sed in potestate illius apparere. tamen, etsi potestas non est uidendi, est gratia promerendi, ut uidere possimus. et ideo, qui habuit gratiam, meruit copiam; nos copiam non meremur, quia deum uidendi gratiam non habemus. et quid mirum, si in praesenti saeculo, nisi quando uult, dominus non uidetur? in ipsa quoque resurrectione non facile est deum uidere nisi his, qui corde sint mundo, et ideo: Beati mundo corde; ipsi enim deum uidebunt. quantos beatos iam numerauerat et tamen uidendi his deum non promiserat facultatem! si ergo hi, qui mundo sunt corde, deum uidebunt, utique alii non uidebunt; neque enim indigni deum uidebunt neque is, qui deum uidere noluerit, potest deum uidere. nec in loco deus uidetur sed mundo corde nec corporalibus oculis deus quaeritur nec circumscribitur uisu nec tactu tenetur nec auditur affatu nec sentitur incessu; et, cum absens putatur, uidetur et, cum praesens est, non uidetur. denique nec apostoli omnes Christum uidebant et ideo ait: Tanto tempore uobiscum sum et adhuc me non cognouistis. qui enim cognouit, quae sit latitudo et longitudo et altitudo et profundum, et supereminentem scientiae

3—6 = p. 297, 6—9; 14—15 6—14 = p. 298, 2—10; 20—21; 301, 9—13 7—292, 5 = p. 328, 18—329, 16 7—16 = p. 342, 4—10; 12; 16—17; 21—343, 1 9 Matth. 5, 8 14 = p. 299, 3 14—16 = p. 300, 9—17; 303, 1—4; 311, 14—17; 314, 6—9; 318, 13—15; 320, 16—18; 322, 8—11 14—20 = p. 303, 12—14; 21—22; 304, 9—11 18—292, 1 = p. 307, 6; 9—10; 12—15 19 Ioh. 14, 9 20—292, 5 = p. 308, 18—20; 22—309, 1; 309, 7—10; 14—16 20 Eph. 3, 18—19

1 est in potestate nostra *M* 4 uideri *H* quia *P* promeruit *TT*^{1}*OL* 6 nisi *om. TT*^{1}*OL* 7 dominus *om. TT*^{1}*OL* ipso *A* 8 est deum *bis, alterum del. L* uideri *P* hiis *L* hi *HF* (*m. 1 corr.* his) *A* (*m. 2* his) ab his *P* iis *flrm* sunt *TT*^{1}*OML edd. praeter m* 9 mundo corde] mundi corde *FA* * ipsi enim *M* quoniam ipsi *TT*^{1}*OL sec. Vulg.; cf. p. 342, 6* 10 numerat *T*^{1} hiis *L* 11 hii *L* ii *flrm* 12 deum *om. TT*^{1}*OL* 13 neque] neque enim *TT*^{1}*OL* *is *OM* (h *eras.*) *F* (*fuit* i) his *T*^{1} 14 corde nec] corde ne *F* 16 auditur] audi | tu *M* 17 est *om. M* 20 longitudo et latitudo *HMFAP* 21 scientiã *TM*

caritatem Christi, uidit et Christum, uidit et patrem. nos enim iam secundum carnem non nouimus Christum sed secundum spiritum. spiritus enim ante faciem nostram Christus dominus, qui nos in omnem plenitudinem dei misericordia sua implere dignetur, ut uideri possit a nobis'.

VII 19 Si haec uerba intellegis, quid restat, quod a me amplius requiratur, cum iam illa, quae difficilis uidebatur, soluta sit quaestio? discretum est quippe, quo modo dictum sit: Deum nemo uidit umquam, et quo modo deum iusti antiqui uiderint, si illud propterea dictum est, quoniam deus natura est inuisibilis, illi autem ideo uiderunt, quicumque deum uiderunt, quia, cui uoluerit, sicut uoluerit, apparet ea specie, quam uoluntas elegerit, etiam latente natura. nam si, patres quando deum uiderunt, ipsa illis natura eius apparuit, quamuis, si noluisset, utique non apparuisset, quo modo deum nemo uidit umquam, cum eo uolente ipsa eius a tot patribus natura conspecta sit? quod si dicitur filius a patribus uisus, ut de deo patre dictum accipiatur, quod eum nemo umquam uiderit, non quidem amisit occasionem Ambrosius, ut hinc quosdam haereticos redargueret, id est Photinianos, qui principium filio dei ex utero uirginis tribuunt nec uolunt credere, quod et antea fuerit. sed quia uidebat alios, id est Arrianos

1 Ioh. 14, 9 II Cor. 5, 16 3 Thren. 4, 20 4 Eph. 3, 19

1 uidet *P* uidet *P* 2 iam////// (*fuisse uid. alterum* iam) *O* non *om. A* 5 dignetur *om., in marg. m. 2 add. P* 6 qb;, *m. 2* qd *L* 7 sit *om., m. 1 aut 3 add. L* 8 quo *om., m. 2 add. L* * sit (ē *eras.*) *M* est *TT*[1]*OL* 10 uiderunt *M* si] sed *L edd. praeter lr* illa *M* 11 est *om., m. 1 aut 3 add. L* inuisibilis est *edd.* ideo] eo *P* quicumque deum uiderunt *om. H* 12 *in uoce* quia *desinit cod. T*[1] noluerit *F* sicuti, *m. 1 aut 3 corr.* sicut *L* et sicut *O* appare *H* apparere *F* (*m. 2* apparet) *A* 13 qua *M* quando patres *edd. praeter a* 14 uiderint *HFAP* (*m. 2* uiderunt) *a* apparuerit *L* quamuis—umquam *om., a. m. fere aequali add. O* quamuis] quam *TL* 18 patri *O* accipiatur dictum *edd.* accipitur *TO* nemo eum *L* eum] enim *A* 20 id est] idē *L* fotianos, *m. 2* fotinianos *O* 22 ante *TOL* id est] idē *L*

perniciosius insidiantes, quorum procul dubio error adstruitur, si patris natura inuisibilis, filii uero uisibilis creditur, utriusque unam pariterque inuisibilem adseruit esse naturam adiungens etiam spiritus sancti. quod breuiter quidem sed admirabiliter intimauit, ubi secutus ait: 'Aut certe refelli non potest uel patrem uel filium uel certe spiritum sanctum, si tamen est sancti spiritus uisio, ea specie uideri, quam uoluntas elegerit, non natura formauerit'. potuit dicere 'non natura monstrauerit', sed maluit dicere 'formauerit', ne ipsam speciem, in qua deus elegit apparere, de sua natura formare putaretur et ex hoc utique conuinceretur conuertibilis esse mutabilisque substantia, quod ipse deus a fide piorum misericors et benignus auerterit!

III 20 Inuisibilis est igitur natura deus non tantum pater sed et ipsa trinitas, unus deus, et quia non tantum inuisibilis uerum etiam incommutabilis, sic apparet, quibus uoluerit, in qua uoluerit specie, ut apud eum integra maneat eius inuisibilis incommutabilisque natura. desiderium autem ueraciter piorum, quo uidere deum cupiunt et inhianter ardescunt, non, opinor, in eam speciem contuendam flagrat, qua, ut uult, apparet, quod ipse non est, sed in eam substantiam, qua ipse est, quod est. huius enim desiderii sui flammam sanctus Moyses, fidelis famulus eius, ostendit, ubi ait deo, cum quo ut amicus

5—8 = p. 290, 11—14 22 Ex. 33, 11

1 astruit, *m. 2 corr. uid.* astruitur *P* 3 esse *in fine u. om. M* 4 breui *F* admirabiliter] aut (*m. 2 exp.*) mirabiliter *P* 5 ait aut] ait unigenitus qui est in sinu patris aut *P* 6 certe *om. TOL* 7 spiritus sancti *M edd.* uidere (*m. 1 corr.* uideri) qua *M* 8 naturam monstrauerit *HA* 9 ne] uel *TOL* 10 de] ne *TOL* formari *L* putetur *TOL* et *om. L* ut *P* 11 mutabilisque (m *in ras.*) *H* motabilisque *L* substantiae *A edd.* 12 impiorum *O* 13 igitur est *M* et *om. TOL* 15 quib;, *m. 2* q̃ *P* in qua uoluerit *om. P* 16 eius *om. TOM* (*m. 1 add.*) *L* 17 piorum ueraciter *m. 1 punctis corr. M* 18 inaniter *T* non opinor] ut opinor non *L* 19 eam] eadē, *m. 1 corr.* eandē *T* eandem *OL* flagrat, *m. 2* flagrare *F* 20 qua] quia *H* (i *eras.*) *F* (i *m. 2 del.*) *A* quod est *om., m. 1 (?) add. T* 21 enim *om. L* sanctus *om. TOL* 22 quocum *H*

facie ad faciem loquebatur: Si inueni gratiam ante te, ostende mihi temet ipsum. quid ergo? ille non erat ipse? si non esset ipse, non ei diceret 'ostende mihi temet ipsum', sed 'ostende mihi deum', et tamen, si eius naturam substantiamque conspiceret, multo minus diceret 'ostende mihi temet ipsum'. ipse ergo erat in ea specie, qua apparere uoluerat, non autem ipse apparebat in natura propria, quam Moyses uidere cupiebat; ea quippe promittitur sanctis in alia uita. unde, quod responsum est Moysi, uerum est, quia nemo potest faciem dei uidere et uiuere, id est nemo potest eum in hac uita uiuens uidere, sicuti est. nam multi uiderunt, sed quod uoluntas elegit, non quod natura formauit. et illud, quod Iohannes ait, si recte intellegitur: Dilectissimi, filii dei sumus et nondum apparuit, quid erimus; scimus, quia, cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum, sicuti est, non sicut eum homines uiderunt, quando uoluit, in specie, qua uoluit, non in natura, qua in semet ipso, etiam cum uideretur, latuit, sed sicut est. quod ab eo petebatur, cum ei diceretur: Ostende mihi temet ipsum ab eo, qui cum illo facie ad faciem loquebatur. non quia dei plenitudinem quisquam non solum oculis corporis sed uel ipsa mente aliquando comprehendit.

1 Ex. 33, 13 sec. Septuag. 9 Ex. 33, 20 13 I Ioh. 3, 2

1 ante te] coram te *T* apud te *OL* (*Vulg.* in conspectu tuo, *Septuag.* ἐναντίον σου); *cf. p. 306, 7* 2 te (*om.* met) *L* quod, *corr.* quid *H* non erat ille *P* 3 esset] est et *HAP* et, *m. 1 corr.* ē et *M* te (*om.* met) *L* 6 te (*om.* met) *L* 8 moys (*reliquae l. superlitae*) *O* ea] et *H* 9 quod *om. A* nemo (mo *m. 2 s. u.*) *O* 10 potest eum faciem *F* potest eam faciem *A* 11 uidere uiuens *edd.* 13 quod *om. A* filii] nunc filii *f l r m sec. sacr. litt.* 14 quid] quod *OHMFA f l r m* 15 similes ei erimus *om., m. 2 s u. add. O* 16 e///um (*parua ras.*) homines *P* uideru (nt *laeso folio perditum*) *O* 17 in specie qua uoluit *om. P* qua in *cum ras. super* a *P* quam in *TOHMFA a* 18 ip (so *laeso folio perditum*) *O* sicuti *L m* 19 te (*om.* met) *L* 20 illo *in ras.* (*fuit* ipso) *H* 21 corporeis *P*

X 21 Aliud est enim uidere, aliud est totum uidendo comprehendere, quando quidem id uidetur, quod praesens utcumque sentitur, totum autem comprehenditur uidendo, quod ita uidetur, ut nihil eius lateat uidentem, aut cuius fines circumspici possunt, sicut te nihil latet praesentis uoluntatis tuae, circumspicere autem potes finis anuli tui. exempli gratia duo posui, quorum alterum ad mentis obtutum, alterum ad corporales oculos pertinet; uisus enim, sicut ille ait, ad utrumque referendus est, id est et ad oculos et ad mentem.

22 Porro si propterea deum nemo uidit umquam, quia, sicut ait disputator, cuius uerba consideramus, 'plenitudinem diuinitatis eius nemo conspexit, nemo mente aut oculis comprehendit; 'uidit' enim ad utrumque referendum est', restat inquirere, quo modo angeli deum uideant, propter illud, quod ex euangelio commemoraui: Angeli eorum semper uident faciem patris mei. si enim et ipsis non sicuti est, sed latente sua natura in specie, qua uoluerit, apparet, magis magisque requirendum est, quo modo eum nos uidebimus, sicuti est et sicut Moyses desiderauit, cum peteret, ut deus, qui in conspectu eius erat, ostenderet illi semet ipsum. hoc enim nobis summum praemium in resurrectione promittitur, quod erimus aequales angelis dei, ac per hoc, si nec ipsi eum uident, sicuti est, quo modo nos ita uisuri sumus, cum eis aequales in resurrectione facti fuerimus? sed uide, quid consequenter

8—9 cf. p. 290, 17—18 11—13 = p. 290, 16—18 15 Matth. 18, 10 20 Luc. 20, 36; Matth. 22, 30; Marc. 12, 25

2 id *om. M* 4 eius *exp. O* lateat (*post.* a *m. 1 del. uid.*) *H* 5 possint, *m. 2* (*?*) *corr.* possunt *O* 6 circumspici *TOL* potest *TOHFL* fines *MFAP edd.* tuae, *m. 1 corr.* tui *O* 8 sicut et ille *TOL* 9 referendū *M* et *post* est *om. TOF* (*m. 1 add.*) *L* 11 disputator] ipse disputator *T* 12 oculos *O* 15 commemorauit *H* (t *eras.*) *M* 16 patris (tri *in ras.*) *H* 17 magis *om. TO* magisque *om. L* 18 uidebin (*reliqua laeso folio perdita*) *O* 20 erat *om. TO* illi* (s *eras.*) *P* ei *TOL* se, *m. 1 corr.* semet *L* 24 surrectione, *m. 1* (*?*) *corr.* resurrectione *H* facti *om. TOL*

dicat noster Ambrosius: 'Denique', inquit, 'cum additur: Unigenitus filius ipse narrauit, mentium magis quam oculorum uisio declaratur. species enim uidetur, uirtus uero narratur; illa oculis, haec mente comprehenditur'. qui paulo ante dixerat uisionem ad utrumque referendam, nunc eam non menti sed oculis dedit non, ut opinor, neglegenter sua uerba respiciens, sed quia usitatius in loquendo solemus oculis adtribuere uisionem sicut speciem corpori. nam et hanc mos loquendi crebrius usurpat in rebus, quae locis continentur uarianturque coloribus. sed si nulla species esset mente contuenda, non diceretur ille speciosus forma prae filiis hominum. neque enim hoc secundum carnem dictum est et non secundum speciem spiritalem. dicitur ergo et species pertinens ad mentis obtutum; sed quia usitatius in corporibus dicitur uel in similitudinibus corporum, ideo dixit: 'Species uidetur, uirtus uero narratur; illa oculis, haec mente comprehenditur'. proinde narrante unigenito, qui est in sinu patris, narratione ineffabili creatura rationalis munda et sancta impletur dei uisione ineffabili, quam tunc consequemur, cum aequales angelis facti fuerimus, quia, sicut uidentur ista uisibilia corporis sensibus nota, deum nemo uidit umquam, quoniam, si aliquando eo modo uisus est, non sicut ista natura uidetur, sed uoluntate uisus est specie, qua uoluit, apparens latente natura atque in se incommutabiliter permanente. eo autem modo, quo uidetur, sicuti est, nunc fortasse uidetur a quibus-

1—4; 15—17 = p. 290, 18—22 11 Ps. 44, 3

1 dicit *A* nost, *m. 1 (?) corr.* noster *H* 2 nar uit (ra *lacso folio perditum*) *O* narrauit (u *in ras.; fuisse uid.* b) *P* 3 uisu, *m. 1 corr.* uisio *T* 5 referendum, *m. 1 corr.* referendam *M* eum *H* 6 mentis *O* oculos, *m. 1 corr.* oculis *H* 8 haec *HMFP* hic *A edd.* 9 usurpatur *A edd.* 11 ille *om. M* illae *O* 15 similitudinibus (ni *m. 2 s. u.*) *O* dixi *P* 17 patris (pat *in ras.*) *F* 18 rationabilis *TOL* 19 uisione dei *edd.* consequimur *TO* 21 *post* deum *s. u. m. ut uid. 1 add.* ita *L* 22 non sicut—uisus est *om. TOL* 24 in *om. H* 25 fortas, *m. 2* fortase *F*

dam angelis, a nobis autem tunc ita uidebitur, cum eis facti fuerimus aequales.

X 23 Deinde cum addidisset, quia nec potestates caelorum sicut Seraphin, nisi cum uolunt et quem ad modum uolunt, uidentur, ut hinc etiam coniceretur, quanta sit inuisibilitas trinitatis: 'Tamen', inquit, 'etsi potestas non est uidendi, est gratia promerendi, ut uidere possimus. et ideo, qui habuit gratiam, meruit copiam; nos copiam non meremur, quia deum uidendi gratiam non habemus'. his utique uerbis, qui non sua docet, sed euangelium exponit, non hoc uoluit intellegi, quod quidam eorum uidebunt deum, quidam uero non uidebunt, quibus credentibus dedit potestatem filios dei fieri, cum ad eos omnes pertineat, quod dictum est: Videbimus eum sicuti est, sed dicendo 'nos copiam non meremur, quia deum uidendi gratiam non habemus' de hoc saeculo se loqui significauit, ubi quibusdam deus licet non in sua natura, sed in qua uoluit specie, dignatus est apparere sicut Abrahae, sicut Esaiae aliisque similibus; ceteris uero innumerabilibus quamuis ad suum populum et hereditatem aeternam pertinentibus nulla uel tali specie se demonstrat. in futuro autem saeculo, qui regnum accepturi sunt, quod eis ab initio praeparatum est, omnes eum corde mundo uidebunt nec in illo regno nisi tales erunt.

6—9; 14—15 = p. 291, 3—6 11 Ioh. 1, 12 13 I Ioh. 3, 2 17 Gen. 18, 1; Es. 6, 1 21 Matth. 25, 34

1 ita *om. TOL* •ita (*fuit* c) *H* uidetur *H* cum *laeso folio perditum O* ei *O* 4 seraphim *O f l r m* 6 etsi] et *M* 7 uideri, *m. 2* (*?*) *corr.* uidere *O* 8 uidendi deum *O* 9 itaque *TOL edd.* quia *edd.* 10 hic *P* 11 uidebant, *m. 1 corr.* uidebunt *M* autem *TOL* 13 omnes *om., m. 1 add. A* 14 quia uidendi deum *TL* qui audiendi deum, *m. 2* quia uidendi deum *O* 15 se loqui] qui . *m. 1* (*?*) *corr.* loqui se | *M* 16 ibi *M* 17 est *om., m. 1 add. H* 18 esaias *H* 19 et ad hereditatem *TO* aeternam *om. TOL* 20 se *om., m. 1 add. F* 22 mundo corde *TOL* corde (*om.* mundo) *P* in *om. TOL* (*add. m. 2*) ni, *m. 2* nisi *T*

XI 24 Adtende itaque, quid adiungat iam de illo saeculo dicere incipiens: 'Et quid mirum', inquit, 'si in praesenti saeculo, nisi quando uult, dominus non uidetur? in ipsa quoque resurrectione non facile est deum uidere nisi eis, qui corde sint mundo, et ideo: Beati mundo corde; ipsi enim deum uidebunt. quantos beatos iam numerauerat et tamen uidendi his deum non promiserat facultatem! si ergo hi, qui mundo sunt corde, deum uidebunt, utique alii non uidebunt; neque enim indigni deum uidebunt neque is, qui deum uidere noluerit, potest deum uidere', cernis, quam circumspecte loquatur iam de his, qui in futuro saeculo uidebunt deum; neque enim omnes, sed qui digni sunt. resurgent enim et digni et indigni regno illo, ubi uidebitur deus, quoniam omnes, qui in monumentis sunt, audient uocem eius et procedent, sed cum magna differentia; nam qui bene fecerunt, in resurrectionem uitae, qui autem male egerunt, in resurrectionem iudicii. hic iudicium poenam aeternam significat, sicut etiam illud dictum est: Qui non credit, iam iudicatus est.

25 Quod ergo ait sanctus Ambrosius 'neque is, qui deum uidere noluerit, potest deum uidere', quid aliud intellegi uoluit, nisi

2—10; 20—21 = p. 291, 6—14 13 Ioh. 5, 28—29 18 Ioh. 3, 18

1 attendite *A* 3 dominus *om. TOL* 4 eis] *p. 291, 8* his corde sunt mundo *TOML* mundo sint corde *m* mundo sunt corde *cett. edd.* 5 mundi *FA* ipsi enim] quoniam ipsi *TOL sec. Vulg.* 6 nominauerat *TOL* his uidendi *edd. praeter a* 7 hiis *L* hi *om. A* hii *L* his *M* ii *f l r m* 8 utique—deum uidebunt neque *om. TO* utique—deum uidebunt *om., m. 2 in marg. add. L* 9 nec *L* ·is (h *eras.*) *HM* his *A* uoluerit, *a. m. corr.* noluerit *L* 10 deum *om., m. 1 add. M* quod *HF* (*m. 2* quam) *A* 11 hiis *L* iis *f l r m* futura *H* neque] non *M* 12 et digni *om., m. 1 in marg. add. M* digni (*om.* et) *O* 13 illo regno *H* uidebunt, *m. 1 corr.* uidebitur *H* 16 uero *edd. sec. Vulg.* mala *MP* 18 illud] illud quod *P* credidit *L* 20 quod, *m. 2* quid *P* ait *om. P* ·is (*fuit* h) *HMF* his *A* 21 noluerint (*post.* n *m. 1 exp.*) *M* intellegere *TOL* uolu··it (*fuit* er) *L*

quia is, qui mundando cordi curam tanta re dignam non uult inpendere, non uult deum uidere? uide proinde, quid adiungat: 'Nec in loco', inquit, 'deus uidetur sed mundo corde'. quid euidentius, quid expressius dici potuit? ab hac igitur uisione diabolus et angeli eius et omnes cum eis impii sine ulla nebula dubitationis exclusi sunt, quoniam mundo corde non sunt. ac per hoc, quod scriptum est in libro Iob uenisse angelos in conspectu dei et uenisse cum eis diabolum, non ideo diabolus deum uidisse credendus est. ipsi enim dicti sunt uenisse in conspectu dei, non deus in conspectu eorum. ueniunt autem in conspectu nostro, quae uidemus, non a quibus uidemur. uenerunt ergo, sicut in multis codicibus legitur, ut adsisterent coram domino, non ut coram ipsis deus. nec opus est in hoc loco inmorari, ut pro uiribus nostris conemur ostendere, quo modo et hoc temporaliter fiat, cum in dei conspectu semper sint omnia.

26 Nunc enim quaeritur, quo modo uideatur deus non ea specie, qua et in isto saeculo quibusdam uoluit apparere, quando non solum cum Abraham aliisque iustis uerum etiam cum Cain fratricida locutus est, sed quo modo uideatur in illo regno, ubi eum filii eius uidebunt, sicuti est. tunc quippe

3 = p. 291, 14 7; 12 Iob 1, 6; 2, 1 19 Gen. 18, 1; 4, 6—15

1 is *om.*, *m. 2 (?) add. H* his *M* (h *eras.*) *F* (h *exp.*) *A* qui *om. HFA* tantae rei *P f l r m* indignam *M* 3 uidet *A* 4 uidentius, *m. 1 corr.* euidentius *H* 5 et omnes] omnes et *L* omnesque *T* omnes (*om.* et) *O* impii• (m *semiras.*) *O* 6 mundi *T* (*corr.* mundo) *O* 8 angelus *H* conspectum *F edd. praeter a* et *om.*, *m. 1 add. M* 10 conspectum *HF edd. praeter a* conspectum *HFP edd.* 11 conspectum nostrum *HMFAP edd.* 13 deo *HMFAP edd.* (*Vulg.* coram domino, *Septuag.* ἐνώπιον τοῦ κυρίου, ἔναντι κυρίου) 14 est opus *edd.* in *om. HMFAP edd.* 16 sint omnia semper *edd.* 17 enim *m. 2 in ras. O* 18 in *om.*, *m. 3 add. L* quibusdam] quibus *P* 19 cum *om. P* 20 cain *m. 2 in ras. et super* n *a. m. 1 m P* 21 •ubi *A* eum] eum nonnisi *T* filii dei uidebunt *A* uidebunt filii eius *edd.*

satiabitur in bonis desiderium eorum, quo desiderio flagrabat Moyses, cui loqui ad deum facie ad faciem non sufficiebat et dicebat: Ostende mihi temet ipsum manifeste, ut uideam te, tamquam diceret, quod in psalmo ex eodem desiderio canitur: Satiabor, cum manifestabitur gloria tua; quo desiderio ardebat et Philippus et sic satiari cupiebat dicens: Ostende nobis patrem et sufficit nobis. de hac uisione loquens eius etiam ipse amator et desiderator Ambrosius: 'Non in loco', inquit, 'deus uidetur' sicut ad ilicem Mambre, sicut in monte Sina 'sed mundo corde'; et sequitur sciens, quid desideret et quid aestuet et quid speret: 'Nec corporalibus', inquit, 'oculis deus quaeritur', quibus se ostendit Abrahae, Isaac, Iacob et aliis in hoc saeculo, 'nec circumscribitur uisu' propter illud, quod dictum est: Posteriora mea uidebis, 'nec tactu tenetur', sicut etiam luctatus est cum Iacob, 'nec auditur affatu', sicut non solum a tot sanctis uerum etiam a diabolo auditus est, 'nec sentitur incessu' sicut aliquando, cum in paradiso deambularet ad uesperam.

27 Vides, quem ad modum uir sanctus enitatur mentes nostras ab omnibus carnis sensibus seuocare, ut aptas faciat ad uidendum deum. et tamen quid agit talis extrinsecus plantator et rigator, nisi intrinsecus operetur, qui dat incrementum,

1 Ps. 102, 5 2 Ex. 33, 11 3 Ex. 33. 13 sec. Septuag. 5 Ps. 16, 15 7 Ioh. 14, 8 9—17 = p. 291, 14—16 14 Ex. 33. 23 15 Gen. 32, 24—30 17 Gen. 3, 14 18 Gen. 3, 8 21 I Cor. 3. 7

2 eum *P* 3 te (*om.* met) *L* 4 eodem] eorum *O* 8 desideratur, *m. 1 (?) corr.* desiderator *F* 9 uidetur et sicut *HMFA* 10 mambrę *AL* mambrae *MP edd. praeter m* membrae *F* montem *M* et sequitur] exsequitur *TO* 11 et quid] quid *TOL* aestuens, *m. 1 corr.* aestuet *M* et *om. TO* qui, *m. 1 corr.* quid *F* 12 se *om., m. 1 add. M* 13 abraham *TOL a e* isaac et iacob *H* hoc *om. TOF (m. 1 add.) L* 15 sicut etiam *bis, alterum del. L* luctatus etiam *edd.* 16 affatu *O* solū (lū̆ *m. 1 super ras. 2 l.*) *T* a *om. L* 18 cum *om. OM (m. 1 add.) L* uespm *L* uesperum *TO* 19 enitiur *TOL* nostras mentes *edd.* 20 se uocare (*m. 1 aut 2 coniunctum*) *P* euocare (*fuit* s) *F* reuocare *L* euocare *TOHMA a e* 21 agat *TO* ait *FP* (*m. 2* agit) tales *O* 22 intrinsecus] extrinsecus *O*

deus? quis enim sine adiutorio spiritus dei cogitare ualeat esse aliquid magisque esse quam omnia, quae per corpus sentiuntur, quod nec in loco uideatur nec quaerendum sit oculis nec audiatur affatu nec tactu teneatur nec sentiatur incessu et uideatur tamen sed corde mundo? neque enim de hac uita ille loquebatur, cum hoc diceret, quando quidem ab hoc saeculo, in quo deus apparuit non sicuti est, sed in specie qua uoluit, quibus uoluit, satis discreuit saeculi futuri uitam discretione apertissima, ubi ait: 'Et quid mirum, si in praesenti saeculo, nisi quando uult, dominus non uidetur? in ipsa quoque resurrectione non facile est deum uidere nisi his, qui corde sint mundo, et ideo: Beati mundo corde; ipsi enim deum uidebunt'. hinc iam de illo saeculo dicere exorsus est, ubi deum uidebunt non omnes, qui resurgent, sed qui resurgent ad uitam aeternam, non indigni, de quibus dictum est: Tollatur impius, ne uideat claritatem domini, sed digni, de qualibus dixit ipse dominus, cum praesens non uideretur: Qui diligit me, mandata mea custodit, et: Qui diligit me, diligetur a patre meo et ego diligam eum et ostendam me ipsum illi, nec hi, quibus dicetur: Ite in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et angelis eius, sed hi, quibus dicetur: Venite, benedicti

9—13 = p. 291, 6—9 16 Es. 26, 10 sec. Septuag. 18 Ioh. 14, 21; 23 21 Matth. 25, 41 22 Matth. 25, 34

2 per *om.*, *m. 1* (*?*) *add. L* 3 quaerendus *TOL* 4 auditu. *m. 1 corr.* auditur *O* 5 mundo corde *edd.* 6 illo *A* hoc *om. P* 8 uita *H* 9 discrepatione *F* apertissime, *m. 2* (*?*) *corr.* apertissima *P* 11 his (s *in ras. m. 1*) *F* hic *HA* (*m. 2* his) hiis *L* iis *f l r m* 12 mundo sint *m* suit, *corr.* sunt *H* sunt *TOML edd. praeter m* mundo, *m. 1 corr.* mundi *aut contra A* mundi *F* cordi *A* ipsi enim] quoniam ipsi *TOL edd. sec. Vulg.* 13 iam] etiam *TOL* isto *O* 16 gloriam *TOL sec. Vulg.* (*Septuag.* τὴν δόξαν) dī *TOPL edd. praeter m* 17 cum *post* praesens *iteratum sed del. L* 18 •me *F* tua, *m. 1 corr.* mea *H* et///// (*ras. 2—3 l.*) *M* 19 diligitur *THA e f l r* 20 his *M* in *A* illi *TOL* ii *f l r m* dicitur, *m. 1 corr.* dicetur *O* 22 hii *L* ii *f l r m* dicitur *A*

patris mei, percipite regnum, quod uobis praeparatum est ab initio mundi. illi quippe ibunt in ambustionem aeternam, iusti autem in uitam aeternam. et quae est uita aeterna, nisi quod ipsa uita alibi dicit: Haec est autem uita aeterna, ut cognoscant te unum deum uerum et quem misisti, Iesum Christum, sed sic, quo modo promisit ostensurum se ipsum dilectoribus suis cum patre unum deum, non quo modo in hoc saeculo in corpore uisus est a bonis et a malis?

28 Et in iudicio enim futuro, quo sic uenturus est, quo modo uisus est iens in caelum, hoc est in eadem forma filii hominis, eandem formam uidebunt, quibus dicturus est: Esuriui et non dedistis mihi manducare, quia et Iudaei uidebunt, in quem pupugerunt, non illam dei formam, in qua non rapinam arbitratus est esse aequalem deo. in illa dei forma tunc uidebunt eum, qui uidebunt, sicuti est. nec ideo uidebunt, quia pauperes spiritu in hac uita fuerunt, quia mites, quia lugentes, quia esurientes et sitientes iustitiam, quia misericordes, quia pacifici, quia persecutionem passi propter iustitiam, quamuis et haec omnia idem ipsi sint, sed quia mundo sunt corde. ideo quippe inter illas beatitudines, cum omnia faciant, qui cor mundum habent, non est tamen alicubi positum: Deum uidebunt, nisi ubi dictum est: Beati

2 Matth. 25, 46 4 Ioh. 17, 3 10 Act. 1, 11 12 Matth. 25, 42 13 Zach. 12, 10 14 Phil. 2, 6 17 Matth. 5, 3—7; 9—10 21 Matth. 5, 8

1 paratum *OPL sec. Vulg.* 2 initio] origine *M* 4 ipse *HFA* 5 cognoscent, *m. 1 corr.* cognoscant *O* te *om. OP* (*m. 2 add.*) uerum deum *P* 7 ostensurum se ipsum] ostensurum *TO* se ostensurum *L* 8 hoc *om., m. 1 add. F* et malis *TOML* 11 iens] isse *M* in eandem formã *P* 12 eadem forma *OL* 13 non *om. TL* nn̄ *in ras. paulo maiore O* dedisti, *m. 1 (?) corr.* dedistis *H* uiderunt *T* 14 pupugerunt (g *m. 2*) *O* 15 esse] esse se *O* aequales, *corr.* aequalis *H* aequalis *MFAP edd.* 16 qui uidebunt *om. a e* qui uidebunt eum *H cett. edd.* 20 iidem *edd. praeter a* sunt *T* 21 illas] alias *M* beatitudinis *H* 23 deum *om. TOL*

mundo corde, quoniam mundo corde uidebitur, qui 'nec in loco uidetur nec oculis corporalibus quaeritur nec circumscribitur uisu nec tactu tenetur nec auditur affatu nec sentitur incessu'. deum enim nemo uidit umquam uel in hac uita, sicuti ipse est, uel etiam in angelorum uita, sicut uisibilia ista, quae corporali uisione cernuntur, quia unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse narrauit. unde non ad oculorum corporalium sed ad mentium uisionem dictum est pertinere, quod narrat.

I 29 Sed rursus, ne desiderium nostrum a corporis sensu ad alium corporis sensum migraret, hoc est ad aures ab oculis, ideo, cum dixisset: 'Nec corporalibus oculis deus quaeritur nec circumscribitur uisu nec tactu tenetur', addidit etiam: 'Nec auditur affatu', ut, si possumus, unigenitum filium, qui est in sinu patris, sic intellegamus narrantem, quo modo et uerbum est non sonus auribus instrepens sed imago mentibus innotescens, ut illic interna et ineffabili luce clarescat, quod dictum est: Qui me uidit, uidit et patrem, quod hic Philippo dicebatur, quando uidebat et non uidebat. sequitur enim huius uisionis eximius concupitor Ambrosius dicens: 'Et, cum absens putatur, uidetur et, cum praesens est, non uidetur'. non dixit 'cum absens est' sed 'cum absens putatur';

1—4 = p. 291, 14—16 4; 6 Ioh. 1, 18 12—14; 21—22 = p. 291, 14—17 18 Ioh. 14, 9

1 mundo (*m. 1 supra* mundi) cordes *H* mundo (*m. 1 corr.* mundi) cordes *P* mundi cordis (*m. 2* cordes) *F* mundi cordes *MA* cordo *H* 2 oc-ul (*fuit* c) *M* 4 enim *om. L* 5 sicut ipse est *AP m* sicuti ////// (*fuit* est) ipse est *H* 6 cernitur *M* 7 narrauit (u *in ras.*, *fuisse uid.* b; *supra m. 2* ł b) *P* narrabit *L* 9 norrat, *m. 2* narrat *P* 10 rumsus, *m. 1 corr.* rursus *H* nec *M* aliud *HFA* (*corr. m. ut uid. 2* aliū) 11 migrare *M* migret *TOL* 12 deus oculis *edd.* 14 additur *H* audit'| (= auditus) *M* poss-mus (*supra ras. m. 1 add.* u) *O* possum *H* 16 strepens *HMFAP* 18 uidet uidet *PL edd. praeter m; cf. p. 286. 12* patrem] patrem meum *TOL; cf. p. 288, 3* hinc *L* 20 uisionē *M* concupitur, *m. 1 corr.* concupitor *H* 21 et cum praesens est non uidetur *om. TOL* (*in marg. m. 2 add.*)

nusquam enim est absens, qui caelum et terram implet nec spatiis includitur paruis magnisue diffunditur, sed ubique totus est et nullo continetur loco. hoc qui excedente mente intellegit, uidet deum, et cum absens putatur; qui autem hoc non potest, oret et agat, ut posse mereatur, nec ad hominem disputatorem pulset, ut, quod non legit, legat, sed ad deum saluatorem, ut, quod non ualet, ualeat. unde autem dixerit: 'Et, cum praesens est, non uidetur', consequenter aperuit dicens: 'Denique nec apostoli omnes Christum uidebant et ideo ait: Tanto tempore uobiscum sum et adhuc me non cognouistis'. ecce quo modo praesens deus erat et non uidebatur.

Sed quare non ausus est dicere 'denique nec apostoli Christum uidebant', sed ait 'nec apostoli omnes', tamquam aliqui tunc uiderent ea uisione, in qua ipse et pater unum sunt? an forte illud adtendit, quod, cum Petrus dixisset: Tu es Christus filius dei uiui, responsum accepit: Beatus es, Simon Bar Iona, quia non tibi reuelauit caro et sanguis sed pater meus, qui in caelis est? quamuis illa reuelatio utrum per fidem tantae rei creditae an per uisionem conspectae facta in eius mente fuerit, non mihi uidetur elucere. cum et ipse Petrus tam paruulum se adhuc illi ostenderit.

1 Hier. 23, 24 3 II Cor. 5, 13 9—11 = p. 291, 18—20 15 Ioh. 10, 30 16 Matth. 16, 16—17 22 Matth. 16, 21—22

1 nusquam (s *m. 1 ex* m *factum uid.*) *O* absens est *edd.* 2 species, *m. 1 corr.* spaciis *H* defunditur *O* nec (*m. 2 del.*) diffunditur *L* sed—continetur *om. TOL* (*m. 2 in marg. add.*) 3 contitur, *m. 2* continetur *A* locis, *in marg. m. 1* loco *T* excedenti *H* 6 pulset] plus et *T* pulset et *L* sed *F* deum (*ex corr. m. 1; fuitne* dō *?*) saluatore *H* 7 saluatorem—autem *om. TO* saluatorem—ualeat *om., m. 2 in marg. add. L* autem *om., m. 2 add. L* 9 omnes *om. O* 10 ait *om. TO* suum *H* 11 deus praesens *TOL edd.* 15 tunc *om. A* 16 adtendet *T* (*m. 1 corr.* adtendit) *O* cum *om. H* 18 tibi non reuelauit *A* non reuelauit tibi *P* caro et sanguis non tibi reuelauit *L sec. sacr. litt.* 21 factã *L* uideatur *HFP edd.* 22 paruulum, *m. 2 corr. uid.* pauidum *L* ostenderit, *m. 1 (??) corr.* ostenderet *F* ostenderet *HL*

ut timeret, ne amitteret morientem, quem filium dei uiui, hoc est uitae fontem fuerat paulo ante confessus.

I 31 Deinde potest mouere, quo modo iam ipsa dei substantia uideri potuerit a quibusdam in hac uita positis, propter illud, quod dictum est ad Moysen: Nemo potest faciem meam uidere et uiuere, nisi quia potest humana mens diuinitus rapi ex hac uita ad angelicam uitam, antequam per istam communem mortem carne soluatur. sic enim raptus est, qui audiuit illic ineffabilia uerba, quae non licet homini loqui, ubi usque adeo facta est ab huius uitae sensibus quaedam intentionis auersio, ut, siue in corpore siue extra corpus fuerit, id est utrum, sicut solet in uehementiore extasi, mens ab hac uita in illam uitam fuerit alienata manente corporis uinculo, an omnino resolutio facta fuerit, qualis in plena morte contingit, nescire se diceret. ita fit, ut et illud uerum sit, quod dictum est: Nemo potest faciem meam uidere et uiuere, quia necesse est abstrahi ab hac uita mentem, quando in illius ineffabilitatem uisionis adsumitur, et non sit incredibile quibusdam sanctis nondum ita defunctis, ut sepelienda cadauera remanerent, etiam istam excellentiam reuelationis fuisse concessam. quod existimo cogitasse illum, qui noluit dicere 'nec apostoli Christum uidebant', sed ait 'nec apostoli omnes Christum uidebant' credens quibusdam eorum diuinitatis quoque ipsius uisionem, de qua loquebatur,

5 Ex. 33, 20 8 II Cor. 12, 2—4

1 ut] ut ** (*fuit* ne) *H* ammitteret (*alt.* m *exp.*) *F* 5 nem potes* *T* 6 potest (st *m. 2*) *O* 8 soluator, *m. 2* soluatur *A* sic] sicut *P* qui* (*fuit* a) *T* 9 illic audiuit *L* illic] ille *M* 10 loqui (i *ex corr. m. 1; fuitne* e *?*) *H* adea, *m. 1 corr.* adeo *H* 11 a*uersio *M* ut siue siue (*om.* in corpore) *M* 12 fuerat, *m. 1 corr.* fuerit *H* uehementiori *A edd.* 13 mens ut ab *P* in * illam (*fuit* u) *F* uitam *om. F* fuerit] fieri *L* alienata manente] aliena tam *P* 14 facta *bis, alterum del. H* 15 contigit *TOL* 16 uidere faciem meam *M* 17 ui** | uere (de *eras.*) *P* 22 uoluit *T* (*m. 1 corr.* noluit) *OA* sed—uidebant *om.*, *in inf. marg. m. 1 add. F*

etiam tunc potuisse donari certe propter beatum Paulum. quia et ipse quamuis nouissimus utique apostolus erat, qui de sua illa ineffabili reuelatione non tacuit.

32 Quamquam et illi antiquo fidelissimo famulo dei Moysi mirum nisi in hac terra laboraturo populumque illum adhuc recturo concessum est, quod petiuit, ut claritatem domini uideret, cui dixerat: Si inueni gratiam ante te, ostende mihi temet ipsum manifeste. accepit enim in praesentia congruum responsum, quod faciem dei uidere non posset, quam nemo uideret et uiueret, hoc modo deo significante alterius potioris uitae illam esse uisionem. deinde in uerbis dei futurae Christi ecclesiae mysterium figuratum est. gestauit quippe Moyses typum populi Iudaeorum in Christum passum postea credituri; ideo illi dictum est: Cum transiero, posteriora mea uidebis et cetera, quae ibi dicuntur, mirabili sacramento praenuntiante ecclesiam post futuram, unde modo longum est disputare. quod autem dicere institueram, desiderio eius etiam illud, quod petierat, fuisse concessum, in libro numerorum postea demonstratum est, ubi dominus arguit contumaciam sororis ipsius et dicit aliis prophetis in uisione se apparere et in somno, Moysi autem per speciem, non per aenigmata, ubi etiam addidit dicens: Et gloriam domini uidit. quid ergo est, quod eum sic fecit exceptum,

7 Ex. 33, 13 9 Ex. 33, 20 11 Ex. 33, 21—23 14 Ex. 33. 22—23 20 Num. 12, 6—8 sec. Septuag.

1 potius se, *m. 2* potuisse *F* posse *TOL* beatitum (ti *m. 2 exp.*) *A* 2 utique nouissimus *A* 3 illa *m. 2 ex* illi *O* illic *M* 4 ill////i//// *O* fidelissimo antiquo *edd.* 5 mirum *om. L* nisi adhuc in hac *TOL* 8 temet] te *L* praesenti *H* (*in fine* a *m. 1 add. sed eras.*) *L* 9 possit *TM* (*m. 1 corr.* posset) 10 significante deo *edd. praeter a* significante (*om.* deo) *a* 12 dni *M* Xps ecłae (ps ec *m. 2 in ras.*) *M* 14 dictum est illi *edd.* 15 mirabiliter *M* 16 praenuntiant *HFAPL edd.* 17 autem] et *A* 20 illius *OL* uisione se] uisiones *TO* 21 et *om. L* in somnio *TOL; Vulg.* per somnium, *Septuag.* ἐν ὕπνῳ in specie *TOL; Vulg.* palam, *Septuag.* ἐν εἴδει non per aenigmata] ////enigmata (*ras. 1—2 l.*) *M* 23 facit *TL*

nisi forte quia illa contemplatione dignum etiam tunc habuit populi sui talem rectorem et ministrum in tota domo sua fidelem, ut, quem ad modum concupiuerat, uideret deum, sicuti est, quae contemplatio cunctis filiis in fine promittitur?
V 33 Ista credo considerans uir ille sanctus, cuius uerba tractamus, 'nec apostoli', inquit, 'omnes Christum uidebant', quoniam forte aliqui eorum etiam ipso tempore uiderant secundum ista, quae dixi. ut autem probaret, quod dixit, quia non omnes uidebant, continuo subiecit: 'Et ideo ait: Tanto tempore uobiscum sum et adhuc me non cognouistis'. deinde subiungens, a qualibus deus uideatur illa contemplatione, sicuti est: 'Qui enim cognouit', inquit, 'quae sit latitudo et longitudo et altitudo et profundum, et supereminentem scientiae caritatem Christi, uidit et Christum, uidit et patrem'.
34 Ego haec uerba apostoli Pauli sic intellegere soleo: in latitudine bona opera caritatis, in longitudine perseuerantiam usque in finem, in altitudine spem caelestium praemiorum, in profundo inscrutabilia iudicia dei, unde ista gratia in homines uenit, et hunc intellectum coaptare etiam sacramento crucis, ut in latitudine accipiatur transuersum lignum, quo extenduntur manus, propter operum significationem; in longitudine ab ipso usque in terram, ubi totum corpus crucifixum stare

2 Num. 12, 7 4 I Ioh. 3, 2 6; 9—10; 12—15 = p. 291, 18—292, 1 16—20 cf. p. 208, 3—19; 210, 16—23 20—308, 11 cf. p. 211, 11—24

2 populi (i *m. ut uid. 1 in ras.; fuit* t) sui talem *M* populis uitalem *HF* (*m. 2* populi sui talem) populus uitalem *P* toto *OM* 3 ut *om. TOL* concupiuerat (*post.* u *exp.*) *H* concupierat *TOL* uidere *TOHAL* 5 isto *H* 7 forte si aliquid eorum *H* 8 dixi] dixi• (*fuit* t) *A* 10 et •• adhuc (*fuitne* ad *?*) *M* 11 uideatur in illa *P* 12 longitudo et latitudo *P* 14 scientiã *M* uidet *P* 15 uidet *P* 16 ergo *TO* intellere, *m. 2* intelligere *P* 17 latitudine, *m. 1 corr.* altitudine *F* 18 spe *H* 20 coaptari, *m. 1 corr.* coaptare *O* captare *M* eo aptare, *m. 1 aut 3 corr.* coaptare *L* 22 in longitudinem *MF* 23 in terra *F*

uidetur, quod significat persistere, hoc est longanimiter permanere; in altitudine ab ipso transuerso ligno sursum uersus, quod ad caput eminet, propter expectationem supernorum. ne illa opera bona atque in eis perseuerantia propter beneficia dei terrena ac temporalia facienda credantur sed potius propter illud, quod desuper sempiternum sperat fides, quae per dilectionem operatur; in profundo autem pars illa ligni, quae in terrae abdito defixa latet, sed inde consurgit omne illud, quod eminet, sicut ex occulta dei uoluntate uocatur homo ad participationem tantae gratiae alius sic alius autem sic; supereminentem uero scientiae caritatem Christi eam profecto, ubi pax illa est, quae praecellit omnem intellectum. sed siue hoc in istis apostolicis uerbis etiam ille senserit euangelicus disputator siue aliud aliquid fortasse congruentius, uides tamen etiam hoc, ni fallor, a regula fidei non abhorrere.

35 Unde autem nunc agimus propter contuitum spiritalem, cum dixisset: 'Qui cognouit, quae sit latitudo et longitudo et altitudo et profundum, et supereminentem scientiae caritatem Christi, uidit et Christum, uidit et patrem', ne alicui tardissimo de corporali uisione dicere uideretur, 'nos enim', inquit, 'iam secundum carnem non nouimus Christum sed secundum spiritum. spiritus enim ante faciem

6 Gal. 5, 6 10 I Cor. 7, 7 12 Phil. 4, 7 18—20; 22—309, 1 = p. 291, 20—292, 4

1 uidebatur (ba *m. 1 exp.*) *M* signif (*sic !*) *T* 2 in altitudinem *T* ligno] limine *P* rursum *H* uersum, *m. 2* uersus *P* 4 bona opera *edd.* 5 atque *edd.* 8 que, *m. 2* quę *P* in terrae *om. TOL* in (i *ex ras.; fuitne* a *?*) *A* terra, *m. 2* terrae *P* abdito• *F* abditi, *m. 2* abditis *P* inde] in corde *O* consurget, *m. 2* consurgit *P* illud omne *TOL* 10 gratiae] gratiae eius *P* 11 autem] uero *TOL sec. Vulg.* 12 illa est pax *edd.* 13 istis *om. a e* illis *cett. edd.* apostoli•cis (*fuit* s) *M* 15 ¹tam *eras. P* n *L* nisi *TO* 16 aberrare *P* 18 et *post* latitudo *om. M* 20 uidet *P* et *om. TOL* uidet et *P* et uidit et *M* 21 nec *HF* (c *exp.*) *A* (c *eras.*) 22 non secundum carnem *TOL* ui•mus, *m. 1 corr.* noui•mus *M* 23 spiritum *H*

nostram Christus dominus'. quod ait hoc loco 'nouimus', secundum fidem dixit, quae nunc est, non secundum contemplationem, quae tunc erit, quia et illud nouimus, quicquid fide non ficta etiamsi nondum per speciem contuendo iam tamen inconcusse credendo retinemus. denique cum dixisset iam non se secundum carnem Christum nosse, sicut apostolus ait, et addidisset testimonium de propheta 'spiritus enim ante faciem nostram Christus dominus', continuo subiecit: 'Qui nos in omnem plenitudinem dei misericordia sua implere dignetur, ut uideri possit a nobis'. certe manifestum est, quod illam notitiam, ubi dixerat 'nouimus', ex fide posuit, ex qua modo iustus uiuit, non ex contemplatione, qua deum uidebimus, sicuti est. hanc enim sibi et nobis consequenter optauit futuramque significauit dicendo: 'Qui nos in omnem plenitudinem dei misericordia sua implere dignetur, ut uideri possit a nobis'.

V 36 Hanc plenitudinem dei quidam in sermone apostoli sic intellexerunt, ut putarent nos hoc futuros omnino, quod deus est. haec enim uerba, sicut recognoscis, apostolus posuit ita loquens: Cognoscere etiam supereminentem scientiae caritatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem dei. quapropter si aliquid, inquiunt, minus quam deus habebimus et in aliquo minores erimus, quo modo implebimur in omnem plenitudinem dei? sed, quoniam implebimur, profecto erimus aequales. auersaris istum utique et detestaris humanae mentis errorem, scio; recte facis. sed quo modo intellegenda

4 I Tim. 1, 5 7—10; 14—16 = p. 292, 3—5 12 Hab. 2, 4; Rom. 1, 17; Gal. 3, 11; Hebr. 10, 38 12 I Ioh. 3, 2 20 Eph. 3, 19

4 per speciem] per spicue *O* perspicue *TL* contuendum *TOL* 5 inconcussi *TOL* 6 se *om. HMFAP f l r* nos *L* nosse secundum carnem christum *TOL* sicut *in fine u. om. A* sicut apostolus ait *om., in marg.* (*m. 1 ??*) *add. T* 7 addisset *H* 8 ante *om. L* 14 futurumque *H* 22 inquiunt si aliquid *edd.* 23 implebimus *O* 24 q̄m (q *ex corr. m. 1*) *O* implemur *T* 25 a••uersaris (d *eras.*) *M* utique istum *TOML* 26 ••scio *L* recte] et recte *TOL edd. praeter a*

sit ista plenitudo, qua dictum est implendos nos esse in omnem plenitudinem dei, postea, si deus uoluerit, pro uiribus. quas dederit, disseremus.

37 Nunc autem, quod mihi proposueras et ad explicandum difficile uidebatur, utrum explicatum sit, diligenter adtende recolendo, quae dicta sunt. si enim quaeris, utrum possit deus uideri, respondeo: potest. si quaeris, unde sciam, respondeo: quia in ueracissima scriptura legitur: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt, et cetera talia. si quaeris, quo modo dictus sit inuisibilis, si uideri potest, respondeo inuisibilem esse natura, uideri autem, cum uult, sicut uult; plurimis enim uisus est, non sicuti est, sed quali specie illi placuit apparere. si quaeris, quo modo eum uidit uel Cain sceleratus, quando de suo scelere ab illo interrogatus et iudicatus est, uel etiam ipse diabolus, quando uenit cum angelis, ut coram illo adsisteret, si beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt, respondeo non quidem esse consequens, ut etiam uideant deum, qui uoces ab eo factas aliquando audiunt; neque enim uiderunt eum, qui audierunt. quando dixit ad filium: Et clarificaui et iterum clarificabo; uerum tamen non esse mirandum, si aliqui etiam non

8 Matth. 5, 8 13 Gen. 4, 6—15 15 Iob 1, 6; 2, 1 20 Ioh. 12, 28

1 ista plenitudo *om. M* quia *F* 3 disserimus, *m. 2* disseremus *F* 4 et *om. M* 5 uidebantur (n *exp.*) *F* explicitum *TOL* adtendere colendoq; dicta *H* 6 colendo *O* 8 in *m. 2 s. u. O* mundo cordes *M* mundi cordes *HF* (*ex* cordis *m. 1*) *A* (s *eras.*) 9 si uideri potest quaeris quo modo dictus sit inuisibilis, *m. 2* si quaeris quo modo dictus sit inuisibilis si uideri potest *L* 10 siuederi, *corr.* siuideri *O* 11 esse natură *O* (~ *semirasum uid.*) *L* (~ *del. uid.*) esse naturam *HF* (m *m. 2 del.*) *A* natură esse *M* 12 secuti *H* si, *m. 2* sed *P* qualis *A* 13 deum *TOL* 14 de *om. TO* scelerare *A* 16 adsisterent *TOL* mundo cordes, *corr.* mundicordes *M* mundi cordis *HF* (*m. 1 corr.* cordes) mundi cordes *A* (s *eras.*) *P* mundicordes *f l m* 17 quia *O* (*ex ras. et corr. m. ut uid. 1; fuisse uid.* qm̃) *L* 19 qui• *F* quia *T* 20 et *om. L* clarificaui• (*fuit* t) *A* clarificabo iterum *edd.* 21 sil et si *H*

mundi corde uident deum in specie, quam uoluntas eius fecerit, latente inuisibili et apud se incommutabili manente natura. si quaeris, utrum etiam, sicuti est, aliquando possit uideri, respondeo filiis hoc esse promissum, de quibus dictum est: Scimus, quia, cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum, sicuti est. si quaeris, unde eum uidebimus, respondeo: unde angeli uident, quibus tunc erimus aequales; sicut enim uidentur ista, quae uisibilia nominantur, deum nemo uidit umquam nec uidere potest, quoniam lucem habitat inaccessibilem et est natura inuisibilis sicut incorruptibilis, quae contextim apostolus posuit dicens: Regi autem saeculorum inuisibili, incorruptibili, quia sicut nunc incorruptibilis nec postea corruptibilis ita non solum nunc sed etiam semper inuisibilis. 'nec in loco' enim 'uidetur sed mundo corde nec corporalibus oculis quaeritur nec circumscribitur uisu nec tactu tenetur nec auditur affatu nec sentitur incessu'. unigenitus autem filius, qui est in sinu patris, deitatis naturam atque substantiam insonabiliter narrat et ideo dignis idoneisque tanto conspectu oculis etiam inuisibiliter monstrat. ipsi enim sunt oculi, de quibus apostolus dicit: Inluminatos oculos cordis uestri et de quibus dicitur: Inlumina oculos meos, ne umquam obdormiam in morte. dominus enim spiritus est; unde, qui adhaeret

5 I Ioh. 3, 2 7 Matth. 18, 10; Luc. 20, 36 9 I Tim. 6, 16 11 I Tim. 1, 17 14—17 = p. 291, 14—16 17 Ioh. 1, 18 21 Eph. 1, 18 22 Ps. 12, 4 23 II Cor. 3, 17; Ioh. 4, 24; I Cor. 6, 17

1 mundi cordes *T* mundo (*m. 1 ? corr.* mundi) cordes *O* mundo corde *P* uidebunt *P* qua *P* eius fecerit] ei fuerit *P* 2 manente incommutabili *M* naturā (~ *eras.*) *P* 3 possit aliquando *edd.* 4 hoc *om. M* 5 quia] qm̄ *M* apparuit, *m. ut uid. 1 corr.* apparuerit *F* 9 uideri *A* poterit *P* 10 habitat, *m. 3* inhabitat *L* habet, *m. 2* habitat *O* 11 quā *P* posuit apostolus *edd.* apostolis *H post* dicens *ras. 5 l. H* 14 uidetur] deus uidetur *TOL sec. Ambr.* 15 sed] *abstersum aliquod uerbum, quod dignosci non amplius potest M* nec circumscribitur uisu nec tactu tenetur *om. H* 19 conspectū *O* 20 monstrat] narrat *TOL* 21 illuminantes *P*

domino, unus spiritus est; proinde, qui potest deum inuisibiliter uidere, ipse deo potest incorporaliter adhaerere.

XVI 38 Puto iam non esse in quaestione, quam proposuisti, amplius, quod requiras. sed in hac tota nostra disputatione considera, quid uideris, quid credideris, quid adhuc nescias, siue quia non dixi siue quia non intellexisti siue quia non iudicasti esse credendum. et ea, quae uera esse uidisti, adhuc discerne, unde uideris, utrum recolendo illa te uidisse per corpus sicut corpora caelestia uel terrestria, an uero numquam ea corporalibus adtigeris uisibus, sed sola mente intuens uera et certa esse perspexeris sicut uoluntatem tuam, de qua ego tibi credere loquenti possum, eam uero, ut abs te uidetur, uidere ipse non possum. et cum haec utraque discreueris, etiam id adtende, unde discernas. quamuis enim alia corpore, alia mente uideamus, horum tamen duorum generum ipsa discretio uidetur mente, non corpore. et ea, quae mente conspiciuntur, non indigent ullo corporis sensu, ut ea uera esse nouerimus; quae autem per corpus uidentur, nisi mens adsit, quae talia nuntiata suscipiat, nulla possunt scientia contineri. et quod nuntiata quasi suscipere perhibetur, foris ea relinquit; sed eorum ima-

1 deo *A* dn̄m *M* 2 deo *om. TOL* deo *sed* o *in ras.* (*m. 3 ?*) *F* 3 quę|stione (quę*s ex corr. m. 2*) *O* questionē (~ *eras.*) *M* 4 disputatione nostra *TOL; cf. p. 316, 20* 5 quid uideris *bis, alterum m. 1 del. F* nescies, *m. 1 corr.* nescias *H* quia] quid *L* 6 dixi siue quia non—non *om. TOL* dixi* (*fuit* t) *A* quia *om. A* intellexi *M* 7 credendum] credendum et eaq: uersa esse credendum, *sed* et eaq: *eras. et* uersa esse credendum *m. 1 exp. F* eaq;, *m. 2* ea quae *F* uersa *F* (*m. 2* uera) *A* 8 uide*ris *M* te illa *M* corpora] corpora uel *M* 9 corporalibus ea *edd.* 10 ueita, *m. 2* ? uera *A* ue**ra *P* esse] cum *P* 11 tibi ego *signis corr. O* 12 loquenti *om. TOL* abs te uidetur] abscondetur *M* 13 itaque *HMFA a* ita *cett. edd. praeter m* 14 corpore alia] corpora alia *H* corporalia *T* (*m. 1 corr.* corpore alia) *OL* (*m. 2* corpore alia) 15 generum (um *in ras.*) *H; in P pro* generum *ras. 6—7 l. est, in qua g etiam nunc perspici potest* ista discretione *H* 18 si mens adsit *TO* si mens non assit *L* 19 suscipiat—nuntiata *om. A* (*u. p. 313, 11, ubi haec uerba alieno loco inserta sunt*) | ///// quod (*ras. 2—3 l.*) *M* quae *OL edd.* 20 suscipere (*postr. l. in ras. m. ut uid. 2*) *A* reliquid *T*

gines, id est incorporeas similitudines corporum incorporaliter commendat memoriae, unde, cum uoluerit et potuerit, uelut de custodia productas atque in conspectum cogitationis exhibitas iudicet. et cum ualet, etiam duo ista discernit, quid in specie corporali foris reliquerit, quid eius simile intus aspiciat, et illud absens, hoc praesens esse dinoscit, sicut me absente faciem mei corporis cogitas et illa tibi est imago praesens, absens autem facies, cuius imago est; et haec corpus, illa uero incorporea corporis similitudo est.

39 His igitur, quae uides, diligenter fidenterque perspectis atque distinctis adtende, quae credis in hoc ipso sermone toto, ex quo ad te loqui his litteris coepi, et in eis ipsis, quibus non uisis accommodas fidem, ipsa testium pondera discernendo perpende. neque enim mihi sic credis quem ad modum Ambrosio, de cuius libris tanta illa testimonia posui; aut si ambobus nobis aequa lance putas esse credendum, numquid ullo modo nos euangelio comparabis aut scripta nostra scripturis canonicis coaequabis? profecto, si recte in diiudicando sapis, longe nos infra uides ab illa auctoritate distare et me quidem longius, sed utrique nostrum quantum libet credas, utrumque

1 id est] idē *O* ////incorporeas (*fuitne* in *?*) *P* in incorporeas *F* incorpora////liter *O* 2 et *om. HFA* 4 uidelicet. *m. 3* iudicet *L* uolet *HMFAP edd. praeter m* ista duo *edd.* 5 relinquerit *TL* (n *del.*) similes *TO* 6 sicu, *m. 1 corr.* sicut *T* sicut si *L* absentē *TO* 7 faciem] imaginem *L* cogitas et] cogitasset *TO* cogitas sed *L* 8 autem *om. F* 10 hiis *L* iis *f l r m* ergo *edd.* fidenterque] diuidenterque *L* 11 sermone toto] sermone suscipiat nulla possunt scientia contineri et quod nuntiata (*u. p. 312, 19*) toto *A* 12 ex quo *om. A* hiis *L* 13 uisis] uis, *m. 2* uisis *P* ipsa] et ipsa *P* 14 sic (c *m. 2 s. u.*) *O* 16 ambonus, *m. 1 corr.* ambobus *F* ambrosius *A* nobis *om. L* aequa (*postr. l. ex ras.; fuitne* ae *?*) *H* lange, *m. 1 corr.* lance *F* 17 euangelio nos *edd.* cumparabis *A* scriptura nostra, *m. ut uid. 2 corr.* scripturas nostras *P* 18 canonis *HMFA* coaequalis *H* in dicando (*m. 1 post* di *add.* iucan; *sed* can *deterum est*) *T* iudicando (*om.* in di) *L* 19 uides] uiles *H* illa (lla *m. 2 in ras.*) *O* 20 longius] et longius *H* *post* longius *ras. unius u. P*

illi excellentiae nequaquam comparas. quocirca id, quod scriptum est: Deum nemo uidit umquam, et: Lucem habitat inaccessibilem, quem nemo hominum uidit nec uidere potest, et: Beati mundo corde, quia ipsi deum uidebunt, et quicquid aliud ex illis sanctis libris commemoraui, firmius credis quam id, quod dixit Ambrosius: 'Nec in loco deus uidetur nec corporalibus oculis quaeritur nec circumscribitur uisu nec tactu tenetur nec auditur affatu nec sentitur incessu'. talem quippe esse intellexit uel credidit deum, qui mundo corde conspicitur; hanc autem etiam meam sententiam esse confiteor.

40 Aliter ergo ista, aliter illa diuina uerba in fide recipis. de nobis enim tibi subest fortasse aliquis scrupulus, ne in his diuinis eloquiis aliquid minus dilucide intellegamus et, non sicut dicta sunt, sed sicut suspicamur, exponantur a nobis. forte enim dicis apud temet ipsam: Quid, si et mundo corde uidetur deus et in loco tamen uidetur? aut: Quid, si etiam oculis corporalibus deum uidebunt, qui mundo sunt corde, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, quando erimus aequales angelis dei? quantum ergo nobis credere debeas uel non debeas, fortassis ignoras et, uel plus uel minus, quam debes, nobis credendo ne fallaris, adtendis; diuinis autem scripturis etiam nondum perspicue intellectis credendum esse

1 Ioh. 1, 18; I Ioh. 4, 12; I Tim. 6, 16; Matth. 5, 8 6—9 = p. 291, 14—16 19 I Cor. 15, 53 Luc. 20, 36

2 inhabitat *L* 3 quam *L* nec uidere *bis L* 4 mundi cordes *HM* (*uirgula coniunctum*) *F* (*m. 1 ex* cordis) *AP* quoniam *P flr m sec. Vulg.* 5 libris sanctis *edd.* 6 firmū *T* firmum *O* credis *in ras. m. ut uid. 1 T* 7 deus *om. M* 8 nec auditur affatu *om. et in marg. m. ut uid. 1 add. T* 9 intelleꝛ | eē *P* esse] esse uel *TOL m* credit, *m. 1 corr.* credidit *F* 10 concipitur *T* hanc—confiteor *om. A* 12 illa *om. L* ergo *TO* recaepis, *m. 1 corr.* recipis *T* recipies *MAP* 13 hiis *L* 16 te ipsam *HFAP edd.* quod, *m. 1 corr.* quid *T* 17 si quid *H* oculis etiam *edd.* 18 corporibus *A* 19 corruptionem, *m. 1 (?) corr.* incorruptionem *P* 21 ignorat *A* et *om. O* 22 ne (e *m. 1 in ras.*) *F* 23 scripturis *om. TOL*

non dubitas. sed hanc certe considerationem credendi uel non credendi et difficultatem scientiae et dubitationis aestus et piam fidem, quae diuinis debetur affatibus, in tua mente, ita ut sunt, adtendis et uides nec de his omnino, quod apud te ita sint, siue ut ego dixi siue ut ipsa potius nosti, aliquid ambigis. uides itaque fidem tuam, uides dubitationem tuam, uides studium tuum uoluntatemque discendi et, cum auctoritate diuina mouearis ad credenda, quae non uides, haec te tamen credere incunctanter uides. distribuis et discernis haec omnia.
II 41 Num igitur his oculis cordis tui, quibus haec omnia uera et certa esse contueris tibique praesentia inuisibiliter cernis atque discernis, ullo modo corporeos oculos comparabis, cum etiam de ipsis rebus uisibilibus, quae corporalium oculorum acie quodam modo radiantur, et de ipsis corporeis oculis eorumque acie, qualiscumque et quantacumque sit, quantum distet ab inuisibilibus non excellentioribus, quibus etiam non uisis fidem debes, sed ab his, quae commemoraui, quae non credis absentia, sed praesentia mente contueris, non eisdem ipsis carnis oculis sed illis interioribus iudices? cum ergo interiores oculi iudices sint exteriorum oculorum, isti autem illis quodam officio nuntiandi et ministerio famulentur multaque illi uideant, quae isti non uident, nihil isti uideant, unde non illi tamquam praesides iudicent, quis non illos istis incomparabili aestimatione praeponat?

1 certe *om. HMFAP edd.* non *om. et m. 1 add.* con, *unde* (*m. 1 ?*) *factum est* ñ *F* 3 affectibus *HMFA* 4 uidis, *m. 2* uides *M* hiis *L* quod *m. 1 s. u. O* apud *bis, alterum m. 1 exp. M* 5 ipsa] ista *O* potius nosti///// (*ras. 2—3 l.*) *L* potuisti nosse *P* 7 uide studium, *m. 2* uides studium *F* 8 te *om. A* et *H* 9 distribuis et] distribui sed *O* 10 ergo *edd.* his *om., m. 1* hiis *add. L* iis *f l r m* 13 ⁎⁎rebus (ue *eras. uid.*) *O* 14 q////dămodo *L* 16 quantū⁎ *T* 17 etiam non] etiam nobis non *HFAP edd. praeter m* hiis *L* iis *f l r m* 18 credis *bis, alterum del. M* 19 iisdem *l r m* 20 oculti *HF* (t *m. 3 del.*) oculorum exteriorum *edd.* 21 officium, *m. 1 corr.* officio *M* 22 quae—uideant *om., m. 2 s. u. add. O* 23 non⁎illi *L* tamquam] tam *O* illo, *m. 1 corr.* illos *H* isti *A*

42 Quae cum ita sint, obsecro te, cum agitur in te ipsa hoc tam grande negotium, cum ab exterioribus interiora distinguis atque illa istis ineffabiliter anteponis cumque istis foris relictis in illis intrinsecus demoraris et ea suis quibusdam incorporalibus finibus metiendo diiudicas, in nulla te putas an in aliqua luce uersari? ego enim existimo, quod tanta ibi et talia tam uera, tam clara, tam certa uideri sine luce non possunt. ipsam igitur lucem, in qua illa cuncta perspicis, intuere et uide, utrum ad eam possit accedere ullus corporeorum radius oculorum. profecto non potest. adtende etiam et, utrum in ea uideas ulla locorum spatia uel interualla, responde. nihil ibi tale, ut arbitror, inuenis, si uigilanter abigis ab aspectu intimo, quicquid imaginum corporalium exterioris hominis sensus inuexit. sed forte difficile est; inruit enim de consuetudine carnalis uitae in ipsos quoque interiores oculos turba phantasmatum in similitudinibus corporum, cui resistere conatus saltem auctoritate diuina exclamaui dolens in illa breui epistula et dixi: 'Audiat caro carnalibus cogitationibus ebria: Spiritus est deus'. neque enim cuiusquam magis quam etiam ipsam meam mentem ab huius modi uanitate illa increpatione compescui. facilius quippe inclinamur ad solita et amicum est

18—19 = ep. XCII p. 441, 10—11 18 Ioh. 4, 24

1 quaecumq; ita *A* te//ipsa *O* 3 istis *om.*, *F* 4 demoris, *m. 1 corr.* demoraris *M* 5 mentiendo (*pr.* n *eras.*) *HP* mentiendo *FA* iudicas *HFAP edd.* nulla] ulla *HMFA* anin////aliqua (al *ex corr. m. 1*) *O* 6 tibi *m* 7 •clara (*fuit* u) *L* non *om. TO* 8 cuncta illa *edd.* 9 corporalium *P* radios, *m. 1 corr.* radius *F* 10 et *om. TOL* 11 ullo, *m. ut uid. 1 corr.* ulla *F* interuallo *HF* inter ulla *A* respondes *L* ibi *om. H* ibi (*pr.* i *in ras.*) *P* tibi *F* (t *m. 1 del.*) *A* 12 inueni, *m. 1 corr.* inuenis *H* si] •etiam (*fuit* a) si *P* uigilante, *m. 2* uigilanter *P* a•bigis *M* ambigis *OA* ab *om. L* specto, *m. 1 corr.* aspectu *H* 13 quid, *m. 2* quicquid *O* 14 fortasse *O* 15 ipsis, *m. 1 corr.* ipsos *M* 16 conatur *HMFA* 18 audiet *TL* audia, *m. 2* audiat *P* /////carnalibus *O* cogitationibus *om. TOL* (*add. m. 2*) 19 deus • *H* magis quam *om.*, *m. ut uid. 1 add. T* ipsam *om. M* //ipsam *O* 20 mentem meam *TOL; cf. p. 312, 4* uius *M* 21 inquinamur *O*

infirmitati animae corporalem conuersationem introrsus uel mittere uel admittere, non ubi sana consistat, sed ubi languida quodam modo aut incumbat aut iaceat.

43 Proinde, si non potes aciem mentis tuae a corporearum similitudinum quasi nubilo perspicue serenare, eas ipsas apud te ipsam uigilanter adtende. intuere caelum et terram cogitando, sicut oculis corporis cernendo consuesti, easque imagines caeli et terrae, quae ante oculos cogitationis productae sunt, uide similitudines corporum esse, non corpora. sic ergo iudica contra te ipsam pro te ipsa. si non potes omnifariam corporalium qualitatum imaginarias formas ab acie tuae mentis abigere, et, unde uinceris, inde conuince. neque enim est, ut opinor, quisquam etiam talibus imaginationibus ita deditus, ut credat sic esse in memoria sua uel in ipso conspectu cogitationis suae solem, lunam, stellas, amnes, maria, montes, colles, urbes, parietes denique domus suae uel etiam cubiculi sui, et quicquid per oculos corporis tale cognouit et tenet, ut locorum spatiis atque interuallis siue stent siue moueantur. porro si ea, quae in animo nostro sunt corporalibus locisque simillima, non tamen locorum spatiis ac finibus continentur nec interuallis localibus in nostra memoria reponuntur, quanto magis illa, quae nullam gerunt similitudinem corporum, caritas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, nulla locorum spatia tenent,

22 Gal. 5, 22—23

1 infirmitate *HF* animae] humanae *a e* humanae animae *cett. edd.* 2 amittere *TO* (*m. 1 corr.* admittere) 4 potest, *m. 1 corr.* potes *O* potes‧ (*fuit* t) *L* potes *ex corr. m. 1; fuisse uid.* potet *P* potes et *FA* 5 similitudinem *HF* (*eras. postr. l.*) similitudine *A* 7 corporeis *P ed. Mign.* 8 oculis (*m. 1 corr.* oculos) cogitationes *H* 10 contra temet ipsam *TOL* omnifaria *F* ob nefariam *TOL* 11 qualitatum consuetudinem imaginarias *L* 16 cubili *F* cub////ili (*ras. 1—2 l; m. ut uid. 2* cub////ilis) *P* 18 interuallos, *corr.* interuallis *H* 19 corporalibus spatiis locisque *M* corporalibus locis *P* corporalia locisque *a e* corporibus locisque *cett. edd.* 20 atque *edd.* 23 pax patientia longanimitas *H* longanimitas pax *edd.* 24 mansuetudo *om. P*

nulla intercapedine separantur aut aliqua oculi cordis, quo radios suos mittant et ea uideant, interualla conquirunt! nonne omnia in uno sunt sine angustia et suis terminis nota sunt sine circuitu regionum? aut dic, in quo loco uideas caritatem, quae tamen in tantum tibi cognita est, in quantum eam potes mentis acie contueri, quam non ideo magnam nosti, quia ingentem aliquam molem conspiciendo lustrasti; nec, cum tibi intus loquitur, ut secundum eam uiuas, ullis perstrepit sonis nec, ut eam cernas, corporalium lumen erigis oculorum nec, ut eam fortiter teneas, corporalium uires praeparas lacertorum nec, cum tibi uenit in mentem, sentis eius incessum.

44 Ecce etiam caritas, quantulacumque in nostra uoluntate consistit nobisque conspicua est, 'nec in loco uidetur nec corporalibus oculis quaeritur nec circumscribitur uisu nec tactu tenetur nec auditur affatu nec sentitur incessu'. quanto magis deus ipse, cuius hoc pignus in nobis est! nam si interior homo noster, quantulacumque imago eius non de illo genita sed ab illo creata, quamuis adhuc renouetur de die in diem, iam tamen in tali luce habitat, quo nullus oculorum corporalium sensus accedit, si ea, quae in illa luce cordis oculis intuemur, et discernuntur inter se et nullis locorum spatiis separantur, quanto magis deus, qui lucem habitat inaccessibilem corporis sensibus, quo nec ipsius

13—15 = p. 291, 14—16 17 II Cor. 4, 16 22 I Tim. 6, 16

1 aut] ut *P* qui, *m. 2* qua *O* qua *TL* 2 conquir (~ *eraso m. 2* conquirant) *P* conquirant, *m. 1 corr.* conquirunt *M* 3 sine—sunt *om., m. 2 in marg. add. H* suis] sine *edd. praeter m* 6 quam] quantum, *m. 2* quam tamen *F* 7 nec] ne *F* 8 ut *om. H* et *F* perstrepit (*pr.* e *ex corr. et pr.* r *m. 2 s. u.*) *O* 9 ...cernas (*fuit* cer) *H* 10 praepares *O* 11 ueniat *TOL* in mente *TMPL* incessu (ce *in ras.*) *H* 12 et in, *m. 2* etiam *O* quantulumcumque *TOL* 16 ipse *om., m. 2 s. u. add. O* est in nobis *TOL* si *om. L* 17 quantulumcumque *TOL* eius, *m. 2* eius est *P* de illa *A* 18 renouetur *ras. ex* remouetur *M* 19 iam tali in tali *M* 20 corporalium (um *ex ras.; fuitne* lium *?*) *H* in *om. TOL* 21 discernuntur (*pr.* u *ex ras.; fuitne* ei *?*) *H* intra *HMFA* 22 qui *om. TOL*

nisi mundi potest esse cordis accessus! cum igitur lucem istam omni corporali luci non solum iudicio rationis sed amoris quoque appetitu praeposuerimus, quanto id magis ualebimus, tanto melius ualebimus, donec sanentur omnes languores animae nostrae ab illo, qui propitius fit omnibus iniquitatibus nostris. in hac enim uiuaciore uita facti spiritales poterimus omnia diiudicare, ipsi uero a nemine diiudicari. animalis autem homo non percipit, quae sunt spiritus dei; stultitia est enim illi et non potest scire, quoniam spiritaliter diiudicatur.

II 45 Quod si nondum possumus praeferre lucem iudicantem ei luci, de qua iudicatur, praeferre uitam intellegentem uitae tantum modo sentienti, praeferre naturam non alibi hoc et alibi aliud sed omnia, quae habet, in uno simul habentem, sicuti est ipsa nostra intellegentia, ei naturae, quae ita partibus constat, ut minor sit dimidia quam tota, sicuti est omne corpus, superfluo de rebus tantis ac talibus disputamus. si autem hoc iam possumus, aliquid melius quam intellectum nostrum deum esse credamus, ut pax eius, quae praecellit omnem intellectum, custodiat corda nostra et intel-

4 Ps. 102, 3 6 I Cor. 2, 15 7 I Cor. 2, 14 19 Phil. 4, 7

1 accensus, *m. 1 corr.* accessus *O* accessu *A* cum—praeposuerimus *om., m. 1 in sup. marg. add. M* lucem] in lucem *TO* 2 incorporali *L* luci *om. M* luce *OP* sed amoris *om. A* 3 p̄posuerimus *ras. et corr. m. 1 ex* p̄posuerimus *O* 4 tanto melius ualebimus *om. TOL* magis uale | bemus, *m. 1 corr.* melius uale | bimus *M* omne, *m. 1 corr.* omnes *T* 6 uiuaciori *P* 7 ipsi (*post.* i *ex corr. m. 1*) *T* ipse, *ras. ut uid.* ipsi *H* a nemine] animę, *m. 2* a nemine *F* animine *A* 9 stultia, *m. 2* stultitia *F* enim est *MA edd.* 11 nondum] non *TL* proferre *A* ei *in fine u. om. P* et *TO* 12 luci de *ex corr. m. 1, fuisse uid.* lucem *H* luce de, *m. 2* luci de *P* p̄fer uita intellegentem *TO* 13 sentientei (*fuit* l) *H* sentientē *T* sentient *O* praeferre] prae *TO* p *L* natura ? *H* natura *AP* (*m. 2* naturā) 15 nostra ipsa *m* nostra (*om.* ipsa) *cett. edd.* natura *HF* (*m. 1 corr.* naturae) *A* 16 minus *HMFAP a e f* secuti *A* 17 corpus] opus *O* tatis, *m. 1* (*?*) *corr.* tantis *F* ac talibus] actibus *A* 18 iam] etiam *L* 19 esse *om. L* praecellet, *m. 2* praecellit *P* praecellat *L* 20 custodiat—intellectum *om. A* corda nostra] ** (*fuit* nr) corda *L*

ginem eius, qui creauit nos. in his atque huius modi scripturarum sanctarum auctoritatibus per fidem ambulantes qui dato uel adiuto diuinitus intellectu spiritaliter profecerunt et spiritalia spiritalibus comparare potuerunt. uiderunt melius uideri mente quam corpore et ea uideri mente, quae non continerentur locis nec inter se locorum interuallis separarentur nec minora essent in parte quam in toto.

47 Hinc est, quod fiducialiter ille dixit, quod 'nec in loco deus uidetur sed mundo corde nec corporalibus oculis quaeritur nec circumscribitur uisu nec tactu tenetur nec auditur affatu nec sentitur incessu'. unde quia et inuisibilis in scripturis sanctis eius substantia commendatur et uisus esse a plurimis per corpus et corporalibus locis in eisdem auctoritatibus inuenitur aut spiritu, quo corporales cernuntur imagines, per aliquam licet incorpoream tamen similitudinem corporis sicut in somnis uel in extasi, secreuit ille uir sanctus a dei natura huius modi uisiones easque dixit esse, quas dei uoluntas elegisset, non quas natura formasset. facit enim istas deus. quibus, ut uult, cui uult, quando uult, appareat sua latente

2 II Cor. 5, 7 8—11 = p. 291, 14—16 17—18 cf. p. 290, 13—14

1 hiis *L* atque] itaque *TOL* 3 diuinitus adiuto *edd.* adiuto (iuto *in ras.*) *F* adiutu, *m. 2* adiuto *O* audito *P* intellectus (s *m. 3 del.*) *F* 5 continentur *TOL* 6 inter se] in terrae *H* se locorum] seculorum, *m. ut uid. 1 corr.* se locorum *F* separantur *TOL* separentur, *m. 1 corr.* separarentur *P* 7 minores esse *TL* (*m. 2* minora esse) minor esse *O* 8 dicit *edd.* quod *om. T* 9 quaeritur] uidetur. *sed m. ut uid. 1 del. T* 13 corpos, *corr.* corpus *H* oculis, *m. 1 corr.* locis *L* eidem, *m. 1 corr.* eisdem *T* 14 inueniatur *T* corporaees (*fuit* r; *supra ras. m. 1* l *add.*) *F* 15 sicut et, *m. 1 (?) corr.* sicut in *H* 16 extaesi *H* secreuit (u *m. 2*) *P* secredit *F* discreuit *L* a dei natura ab huius modi uisionibus *FA* ////// dei naturam ab huius modi uisionibus *H* (*ras. 1 l.*) *P* (ad *eras. uid.*) dei naturam ab huius modi uisionibus *M edd.* 18 non—formasset *om. TOL* fecit *TOL* ista deus *OHL* ita deus *T* deus istas *edd.* 19 quibus *om., m. 2 add. O* qui *L* ut uult] uult ut uult *HFAP* cui uult *om., m. 1 (?) add. H* appare•t *F* apparet *L* latenta *T* latante *A*

atque in se incommutabiliter manente substantia. si enim uoluntas nostra apud se manens et latens sine ulla sui commutatione, per quas se utcumque ostendat, exprimit uoces, quanto facilius deus omnipotens sua latente atque incommutabiliter manente natura, in qua uoluerit specie, potest, cui uoluerit, apparere, qui ex nihilo creauit omnia atque in se manens innouat omnia!

X 48 Ad eam uero uisionem, qua uidebimus deum, sicuti est, mundanda corda commonuit. quia enim corpora consuetudine loquendi uisibilia nominantur, propterea deus inuisibilis dicitur, ne corpus esse credatur, non quia corda munda suae substantiae contemplatione fraudabit, cum haec magna et summa merces deum colentibus et diligentibus promittatur dicente ipso domino, quando corporalibus oculis uisibiliter apparebat et inuisibilem se contuendum mundis cordibus promittebat: Qui diligit me, diligetur a patre meo et ego diligam eum et ostendam me ipsum illi. haec quippe natura eius aequaliter cum patre inuisibilis sicut aequaliter incorruptibilis est, quae, sicut supra dictum est, continuatim apostolus posuit diuinam substantiam, qua potuit, hominibus praedicatione commendans. quam si oculi corporales in resurrectione mutata corporum qualitate conspicient, uiderint, qui hoc possunt adstruere; me plus mouet illius sententia, qui nec in ipsa resurrectione hoc corporalibus oculis sed mundis cordibus tribuit.

6 II Mach. 7, 28 Sap. 7, 27 10 Col. 1, 15; I Tim. 1, 17 15 Ioh. 14, 21 17 I Tim. 1, 17

1 substantia (*fuitne* e *?*) *T* 2 sui *om. TOL* commutationem (*del. postr. l.*) *H* 3 se *om., m. 2 add. O* ///ostendat *O* ostendat *bis, alterum m. 1 del. M* 4 latante *A* 5 manentē *T* 8 uidimus *A* 9 qui *L* corpora *om. TOL* 10 uisibia *H* uisibilia corporalia *L* 11 nec (c *del.*) *H* corpos, *corr.* corpus *H* munda *om. L* 12 fraudauit *OHMFAPL f l r* fraudantur *a e* magna *om. L* 14 incorporalibus *L* 16 diligitur *TA* 17 illi *in ras. m. ut uid. 1 T* 19 dinam, *m. 1 corr.* diuinam *H* 20 quia *A* 22 conspici///ent *O* 23 in *om. TOL* 24 mundis (s *eras.*) cordis cordibus *T*

XXI 49 Et de spiritalis quidem corporis qualitate, quod resurrecturis promittitur, uel discere aliquid adhuc uel quaerere non recuso, si tamen de hac re disputantes illis uitiis carere possimus, quae plerumque studiis humanis et concertationibus excitantur, dum supra, quam scriptum est, unus pro altero infletur aduersus alterum, ne, dum altercando quaerimus uestigare, quo modo possit uideri deus, ipsam pacem sanctificationemque perdamus, sine qua nemo poterit uidere deum; quod ipse auertat a cordibus nostris, ut ea suae contemplationi munda reddat atque custodiat. illud tamen quia non dubito, non requiro, quod dei natura numquam uideatur in loco. iam utrum possit huius corporis oculis uideri aliquid, quod in loco non uidetur, ab eis, qui hoc ualent disserendo monstrare, cum pace dilectionis audire paratus sum et, quod me mouet, in commune conferre. sunt enim quidam, qui deum ipsum omnino corpus esse praesumunt putantes, quicquid corpus non est, nullam prorsus esse substantiam. istos omni modo auersandos censeo. sunt autem alii deum quidem ipsum corpus non esse minime dubitantes, sed ideo eos, qui ad uitam aeternam resurgent, etiam per corpus deum uisuros putant, quoniam talem sperant spiritalis corporis qualitatem, ut etiam ipsa, quae caro fuerat, spiritus fiat. quod si ita est, quantum distet a superiore opinione et quam hoc sit tolerabilius, etiam si uerum non sit, puto facillime iudicari: primo, quia multum interest, utrum de creatore an de creatura aliter aliquid sentiatur, quam ueritas habet; deinde, quia conatus mentis

5 I Cor. 4, 6 7 Hebr. 12, 14

1 spiritali *M* resurrectionis, *m. 1 corr.* resurrecturis *M* 3 re *om., m. 2 add. O* disputantis *HMA* care, *m. 1 corr.* carere *F* possumus *TO* 6 inuestigare *MFL m* 7 deus uideri *L* 8 uideri *H* 9 ipsa *TOL* 10 reddet *L* 12 uidere, *m. 2* uideri *P* 13 hoc *om. HMFAP edd. praeter m* 14 cum pacē (~ *eras.*) *P* dilectationis *H* sim *P* 16 esse *om., m. 1 add. M* 17 omni modo] omnino *TOL* 18 *post* autem *ras. 2—3 l. L* alii. *H* 20 resurgunt *TL* 22 *post* ipsa *ras. 1—2 l. L* 23 a superiori *T edd.* asperiore, *m. 2* a superiore *O* tolerabile *P*

utcumque ferendus est uolentis corpus conuertere in spiritum, non in corpus deum; postremo, quia id, quod ego in illa epistula mea dixi de istis nostrae carnis oculis, quia neque nunc possunt neque tunc poterunt deum uidere, etiam sic uerum est; non enim dictum est nisi de oculis corporalibus, quod tunc non erunt, si corpus ipsum spiritus erit, ac per hoc corporei oculi numquam deum uidebunt, quia, cum uidebitur, spiritus eum, non corpus uidebit.

Tota igitur quaestio iam remansit de corpore spiritali, quatenus induat incorruptionem et inmortalitatem hoc corruptibile atque mortale et quatenus ex animali in spiritale mutetur. quae diligentius sollicitiusque tractanda est maxime propter corpus ipsius domini, qui transfigurat corpus humilitatis nostrae conforme corpori gloriae suae, ut possit sibi subicere omnia. cum enim et deus pater uideat filium et filius patrem, procul dubio non sunt audiendi, qui uisionem nolunt tribuere nisi corporibus. neque enim dici fas est, quod filium pater non uideat, aut, et ipse ut uideat, corpore indutus est, si nonnisi ad corpus pertinet uisus. quid, quod in ipso mundi exordio, antequam a filio esset ulla forma serui suscepta, uidit deus lucem, quia bona est, et firmamentum et mare et aridam et omne faenum atque omne lignum, solem, lunam, stellas, reptilia animarum uiuarum, uolatilia caeli, animam

2—4 cf. ep. XCII p. 488, 3—4 10 I Cor. 15, 53 13 Phil. 3, 21 20 Phil. 2, 7 21 Gen. 1, 4—31

1 uolentis in corpus conuertere spiritum *HMFAP* 4 poterunt (*fuit* u) *P* potuerint *L* 5 non enim dictum est *om. L* 6 q (= qui) *P* corpos, *m. 1 corr.* corpus *H* ac] an *O* 7 quia—uidebit *om. TOL* 9 tota] tua *P* 11 spiritalem *MFA* mutemur *HP* (*m. 2* ł mutetur) 12 ptractanda *O* 14 sibi *om., m. 2 add. O* 15 subiecere *HF* subiaceri *A* et deus] deus et *O* 16 nolunt] nolens, *m. 4* (?) *corr.* nolentes *F* 17 nisi/// (*parua ras.*) *P* corporabus, *m. 1 corr.* corporalibus *H* enim *om. P* 18 et ipse ut ////// *O* et ut ipse *HMAP a m* et ut ipse ⟷ (*fuit* non) *F* ut et ipse *e f l r* 19 quid quo (*m. 1 corr.* quod) *T* quid ē quod *M* qui (*m. 2* quid) quod *P* 20 a *om. HFAP edd. praeter m* 21 firmatū *A* et mare] mare *M*

uiuam? postremo uidit deus omnia, quae fecit, et ecce bona ualde. quod cum per quasque creaturas totiens scriptura repetisset, miror, unde nata fuerit illa opinio, qua putatum est tantum ad corpora pertinere uisionem. quae opinio de quocumque loquendi more orta sit, scripturae tamen sanctae non sic loqui solent, quae nisi non tantum corpori uerum etiam spiritui magisque spiritui quam corpori uisionem tribuerent, non prophetas proprie 'uidentes' appellauissent, qui non corpore sed spiritu etiam futura uiderunt.

XXII 51 Sed cogitandum est, ne quid insolenter audeamus, si dixerimus corpus non solum mortalitatem et corruptibilitatem uerum etiam hoc ipsum, quod corpus est, per gloriam resurrectionis amittere et spiritum fieri. eo modo quippe aut conduplicabitur substantia spiritus, si et corpus spiritus erit, aut, si unus erit spiritus hominis, ita ut commutato et conuerso in spiritum corpore neque geminatione neque incremento conduplicetur nec omnino ullius accessu quantitatis augeatur, metuendum est, ne nihil aliud dici uideatur quam corpora non illa mutatione inmortalia mansura, sed nulla potius futura et omnino peritura. quapropter donec diligenti inquisitione, si dominus adiuuerit, reperiatur, quid secundum scripturas de

1 Gen. 1, 31 8 I Reg. 9, 9

1 uidet *O* 2 quas, *m. 1 corr.* quasque *F* scriptura toties *edd.* 3 reppetisse mincrũ denata fuerit *H* putatum est] putant (nt *m. 2 ex* m *ut uid.; supra parua ras.*) *P* 4 est tantum *bis HF* (*alterum eras.*) 5 cumque *HF* (*m. 1 corr.* quocumque) sanctae] sanctae licet (licet *m. 2 del.*) *P* 6 sic (ic *ex ras. et corr.*) *P* 7 etiam spiritui] etiam sps *TO* uisionem (*del.*) uisionem tribueret (*m. 1 corr.* tribuerent) *H* tribuerent uisionem *edd.* 8 non] et (*m. 2 del.*) non *P* prophetae *O* 10 est] ñ (*m. 2 del.*) est *P* audiamus *TOHP* 11 mortalitem *M* mortalitate et corruptibilitate *TO* 12 etiam *om. M* 13 amitteret *TO* (*m. 2* amittere) *L* (*postr. l. eras.*) e//lo (*parua ras.*) *F* 14 substantia *cum ras. super postr. l. P* 15 commutatio et conuersio (i....i *eras.*) *T* conuerso *ras. et corr. m. 2 ex* conuersum *O* 16 spũ *TF* 17 ullius accersu *O* illius accessus *P* 20 adquisitione *TOL* 21 adiuuauerit *TOM* repperitur *A* aperiatur *P*

spiritali corpore, quod in resurrectione promittitur, probabilius sentiendum sit, interim nobis sufficiat, quod unigenitus filius idemque mediator dei et hominum homo Christus Iesus ita uidet patrem, sicut uidetur a patre. nos autem ad illam uisionem dei, quae nobis in resurrectione promittitur, non ex hoc mundo istam concupiscentiam oculorum transferre conemur, sed mundandis cordibus pio studeamus affectu, nec corporalem faciem cogitemus, cum dicit apostolus: Videmus nunc per speculum in aenigmate tunc autem facie ad faciem, praesertim quia apostolus expressius dixit: Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum. si ergo tunc corporali deum facie cognoscemus, corporali nunc eius facie cogniti sumus; tunc enim cognoscam, inquit, sicut et cognitus sum. unde quis eum non intellegat eo loco etiam nostram faciem illam significare uoluisse, de qua dicit alio loco: Nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriam tamquam a domini spiritu, de gloria scilicet fidei in gloriam contemplationis aeternae? hoc quippe agit haec transformatio, qua interior homo renouatur de die in diem, de quo et apostolus Petrus, cum eum moneret

3 I Tim. 2, 5 5 I Ioh. 3, 2 6 I Ioh. 2, 16 8; 10 I Cor. 13, 12 16 II Cor. 3, 18 20 II Cor. 4, 16

1 corporali, *m. ut uid. 1 corr.* corpore *L* 2 iterim *O* (*m. 2* interim) *F* (*m. 1 corr.* interim) 3 idem (*om.* que) *TOL* 4 uidet et patrem *L* ab illa uisione *TO* illam uisionem, *m. 1 corr.* ad illam uisionem *M* 5 dei quae *m. 2 ex* deiq; *P* 6 hoc *om. A* modo *F* 8 dit, *m. 1 corr.* dicit *F* 9 in] et in *P* fitiem *T* 10 apostolus *om. TOL* scio *F* 11 autem (*m. 2 in ras.*) cognoscam////////// *O* et *ex ras.*, *fuit* ex *T* 12 corpora *A* deum—corporali *om. TOL* eius nunc *edd.* 13 tunc enim | tunc enim (*bis*) *T* 14 et] et ego *TOL* (*Vulg.* et *Gr.* καί, *uaria lectio* καὶ ἐγώ) eum quis *L* 15 faciem nostram *M* de qua (*super* q *ras.*) in alio loco dicit *M* 16 reuelat a facie *T* 17 imaginem] formam *M* transformemur, *m. 2* transformamur *P* 18 a *om. F* 19 fide *T* contemplationes, *m. 1 corr.* contemplationis *H* 20 ait *FP* (*m. 2* agit) haec *om. TOL* ista *M* qu*a (i *eras.*) *P* 21 et *om.. m. 1 add. H*

ornari: Non quae aforis, inquit, ornantur capillorum incrispationibus aut auro et margaritis uel ueste pretiosa, sed ille absconditus cordis homo, qui est ante deum diues. in qua enim facie uelamen habent Iudaei non transeundo ad Christum, quoniam, cum transierit quisque ad Christum, auferetur uelamen, ea nos facie reuelata in eandem imaginem transformamur. apertissime autem dicit: Velamen super corda eorum positum est. ibi est igitur facies, qua reuelata nunc in fide quamuis per speculum et in aenigmate contuemur tunc autem facie ad faciem.

XXIII 52 Quae si adprobas, tene mecum sancti uiri Ambrosii sententiam iam non eius auctoritate sed ipsa ueritate firmatam. neque enim et mihi propterea placet, quia per illius os potissimum me dominus ab errore liberauit et per illius ministerium gratiam mihi baptismi salutaris indulsit, tamquam plantatori et rigatori meo nimium faueam, sed quia de hac re et ipse hoc dixit, quod pie cogitanti et recte intellegenti loquitur etiam ille, qui incrementum dat, deus. 'in ipsa' ergo 'resurrectione non facile est deum uidere nisi his, qui corde sint mundo, et ideo: Beati mundo corde; ipsi enim deum uidebunt. quantos beatos iam numerauerat et tamen uidendi his deum non promiserat facultatem! si ergo hi, qui mundo

1 I Petr. 3, 3—4 4 II Cor. 3, 14; 16 6 II Cor. 3, 18 8 II Cor. 3, 15 9 I Cor. 13, 12 15; 18 I Cor. 3, 7 18—329, 16 = p. 291, 7—292, 5

1 quae *om. P* ornatur *T* (*m. 1 corr.* ornantur) *P l r* ornentur *m sec. sacr. litt.* 2 et] aut, *ras. et corr. m. 2* et *O* aut *edd.* margaritas, *m. 2* margaritis *O* uel] aut *TOL* 8 positum est] positum *H* ubi *TO* 9 quę reuelatur *P* et *om. OL* 11 quā *L* sentiam *T* 12 ipsa (a *ex corr. m. ut uid. 3; fuitne* e *?*) *F* 13 placent *O* qua *A* 14 dominus me *TOL* 15 gratia *H* tamquam] Nec (c *exp.*) tamquam *P* 16 nomium, *m. 1 corr.* nimium *F* fabeam *T* 17 et recte intellegenti *om. A* 18 ille (e *m. 2*) *O* det *A* 19 nisi *m. 1 super ras. T* hiis *L* iis *f l r m* 20 sunt *TOL edd. praeter m* ipsi enim] quoniam ipsi *O* (quoniam *m. 2 exp.*) *edd. praeter m sec. Vulg.; cf. p. 291, 9; 301, 12* enim *om., m. 1 (?) add. H* dñm *T* 22 hiis *L* iis *f l r m* hii *L* in *A* ii *f l r m* quia (*fuit* m) *H*

sunt corde, deum uidebunt, utique alii non uidebunt; neque enim indigni deum uidebunt neque is, qui deum uidere noluerit, potest deum uidere. nec in loco deus uidetur sed mundo corde nec corporalibus oculis deus quaeritur nec circumscribitur uisu nec tactu tenetur nec auditur affatu nec sentitur incessu; et, cum absens putatur, uidetur et, cum praesens est, non uidetur. denique nec apostoli omnes Christum uidebant et ideo ait: Tanto tempore uobiscum sum et adhuc me non cognouistis. qui enim cognouit, quae sit latitudo et longitudo et altitudo et profundum, et supereminentem scientiae caritatem Christi, uidit et Christum, uidit et patrem. nos enim iam secundum carnem non nouimus Christum sed secundum spiritum. spiritus enim ante faciem nostram Christus dominus, qui nos in omnem plenitudinem dei misericordia sua implere dignetur, ut uideri possit a nobis'.

53 Haec uerba sancti uiri, quae non carnalia sed spiritalia sunt, in quantum intellegis et uera esse, non quia ipse dixit, sed quia ueritas sine strepitu clamat, agnoscis, in tantum intellegis, unde adhaereas domino, teque ipsam intrinsecus praeparas incorporalem locum mansionis eius ad audiendum silentium narrationis eius et uidendam inuisibilem formam eius. beati enim mundo corde, quia ipsi deum uidebunt, non cum eis sicut corpus ex aliquo loci interuallo apparebit, sed cum uenerit ad eos et mansionem fecerit apud eos, quo-

21 Eccli. 6, 35 23 Matth. 5, 8

2 his *M* (s *eras.*) *A* 3 potest deum] potest eum *edd.* deus *om. TOL* 6 *post.* et *om. P* 7 Christum *om. P* 8 uidebunt, *m. 4* uidebant *H* ait *om., m. 1 (?) add. H* 9 agnouit *A* 10 et longitudo *om. O* 11 uidet *A* 12 uidet *A* patrem *O* iam *om. P* non secundum carnem *TOL* (non *m. 1 s. u.*); *cf. p. 292, 2; 308, 22* 13 spiritus] scdm *A* 18 ipsa *L* 19 sonitu *TOL; cf. p. 318, 8* agnoscit *O* in quantum agnoscis *P* 20 adhere•• (*fuit* re) *P* deo *TO* ipsa *O* 21 praepara *P* mansioni *OL* 23 mundo (*m. 1 corr.* mundi) cordes *H* mundo (*corr.* mundi) cordes *M* mundi cordis (*m. 1 corr.* cordes) *F* mundi cordes *AP* quoniam *f l r m sec. Vulg.* ipsi////dm////// *O* 25 fecit, *m. 2* fecerit *A*

niam sic implebuntur in omnem plenitudinem dei, non cum fuerint et ipsi plenus deus, sed cum perfecte fuerint pleni deo. si autem nonnisi corpora cogitamus et nec illud saltem digne cogitare possumus, unde uel ipsa corpora cogitemus, non quaeramus, quid aduersum nos ipsos loquamur, sed ab hac potius carnali consuetudine orando et in anteriora nos extendendo corda mundemus. ut enim non tantum quod beatus Ambrosius uerum etiam quod sanctus Hieronymus dicam, 'non solum patris diuinitatem sed ne filii quidem nec spiritus sancti, quia una in trinitate natura est, possunt oculi carnis aspicere sed oculi mentis, de quibus ipse saluator ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt'. namque, sicut alibi idem Hieronymus breuiter ac ueraciter definiuit, 'res incorporalis corporalibus oculis non uidetur'.

54 Has sententias de re tanta uirorum tantorum non ob hoc interponere uolui, ut cuiusquam hominis sensum tamquam scripturae canonicae auctoritatem sequendum arbitreris, sed ut illi, qui aliter sapiunt, conentur mente uidere, quod uerum est, et in simplicitate cordis quaerere deum, ne tam doctos diuinorum eloquiorum tractatores temere reprehendant.

1 Eph. 3. 19 9—12 Hieron. comment. in Es. c. VI u. 1 (Migne patrol. lat. XXIV p. 93, 2—6) 14 ? cf. breu. in psalm. CXLVIII; comment. in librum Iob c. XLII u. 5 et in Zach. c. XXIV u. 11 (Migne patrol. lat. XXVI p. 1262, 40 et p. 797, 12—14; XXV p. 1532, 46—51) 19 Sap. 1. 1

2 fuerit et ipse *H* perfecti *TOL edd. praeter m* 3 ne *TOL* 4 possumus (*puncto corr. uid.* possimus, *sed puncto eraso* u *restitutum*) *M* possimus *HFA* cogimus *A* 5 aduersus *TOL* hoc, *m. 1 corr.* hac *M* 6 anteriori *O* extendo, *m. 2* extentendo *P* 8 dicamus *T* 9 ne, *m. 2* nec *A* nec *P edd. praeter r* nec] et *Hieron.* 10 quia *om. P* quia (i *m. 2 del.*) *F* una *s. u. m. 1 O* una, *m. 2* unâ *P* natura est] natura, *m. 2* naturâ *P* carni, *m. 1 corr.* carnis *H* 12 quia *HMFAP edd.* namque (que *s. u. m. 1*) *O* 15 sentias *T* tanda, *m. 1 corr.* tanta *M* ab, *m. 1 corr.* ob *F* 16 uolui. ut (*fuit* uoluit aut) *P* sensu *O* 18 ut] et, *m. 2* ut *P* 19 dominum *H* nec *P* 20 timere, *m. 1* (*?*) *corr.* temere *P*

nec te moueat, quod a quibusdam minus considerate dicitur: Quid tunc uidebunt oculi corporales, si deum non uidebunt? an forte caeci erunt uel sine causa erunt? neque enim adtendunt, qui haec loquuntur, quia, si non erunt corpora, profecto illi oculi non erunt corporales; si autem erunt corpora, erit, quod uidere possint oculi corporales. sed haec iam satis dicta sint, quae ab initio huius opusculi mei diligenter lecta et relecta considerans sine ulla fortasse dubitatione perspicies ad uidendum deum per eius auxilium cor mundum te debere praeparare. de corpore uero spiritali, si dominus iuuerit, opere alio experiemur, quid disputare ualeamus.

10 de ciu. dei XXII 29

2 qui, *m. 4 (?) corr.* quid *F* quod *O* carnales *TOL* si *om. TO* 3 uel sine] uel qui sine *L* 4 qua, *m. 1 corr.* quia *M* non erunt] nouerunt, *corr.* non erunt *H* profecto non erunt illi oculi corporales *a e* nec illi corporales profecto oculi erunt *f l r m* 5 *post* illi *ras. 3 l.* (cor *?*) *et* oculi *in ras. m. 1 F* non erunt] nouerunt, *m. ut uid. 1 corr.* non erunt *H* erit] erunt *HMFA* er̃ (~ *eraso m. 2* erit) *P* 8 relecta (e *post. ex corr. m. 3; fuitne* i *?*) *F* perspiciens *TO* perspicies (n *eras. ?*) *P* 9 *post* deum *parua ras. P* 11 explicit liber sancti agustini de uidendo deum ad paulinam clarissimam *O* explicit liber sancti augustini de uidendo deo *L* explicit epistula sancti augustini ad paulinam de uidendo deo *HM* (*om.* sancti) *FP*

CXLVIII.

COMMONITORIUM SANCTO FRATRI FORTUNATIANO.

I 1 Sicut praesens rogaui, et nunc commoneo, ut fratrem nostrum, de quo conlocuti sumus, uidere et rogare digneris, ut ignoscat mihi, si quid durius et asperius in se dictum accepit in ea epistula, quam me illo modo scripsisse non paenitet, quia dixi istius corporis oculos nec uidere deum nec esse uisuros. causam quippe adiunxi, cur hoc dixerim, ne scilicet deus ipse corporeus esse credatur et in loci spatio interualloque uisibilis — nihil enim uidere aliter istius corporis oculus potest — et ne illud, quod dictum est: Facie ad faciem, sic accipiatur, tamquam membris corporis terminatus sit deus. ideo me ergo illud dixisse non paenitet, ne de ipso deo tam impie sentiamus, ut eum non ubique totum sed per localia spatia diuisibilem existimemus; talia quippe his oculis nouimus.

11 I Cor. 13, 12

F = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
P = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
R = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*
*P*¹ = *cod. Parisinus 14480 s. XII.*
T = *cod. Trecensis 196 s. XII.*
V = *cod. Vaticanus 496 s. XIII.*

Aug. Retract. II 41: Inueni etiam in quodam nostro codice, in quo et iste liber (*i. e. ep. CXLVII*) est, quoddam commonitorium a me factum de hac re ad episcopum Siccensem Fortunatianum, quod in opusculorum meorum indiculo nec inter libros nec inter epistulas est notatum ..... illud autem [incipit]: 'Sicut praesens rogaui et nunc commoneo'.

2 sancti *A* 3 ut] ũ *P*¹ 4 uidere] unde *F* 6 ea *om. FA edd. praeter m* illo *om. R m* modo *om., m. 1 s. u. add. P*¹ 7 qua *P* deum istius corporis oculos nec uidere *P*¹*V* nec uidere] nec ut uide re *F* nec nunc uidere *P* 8 dixerit *F* 9 loci (*fuit* s) *F* 10 ninil *F* aliter uidere *P*¹*TV* 11 oculos *A* facie] faciem *A* 12 sic *om. A* tamquam] tamquam (*bis*) *A* 13 dixisse illud *R edd.* ne] nec *FA* 15 talia—nouimus *om. A*

2 Ceterum nihil tale de deo sentiens sed eum incommutabilem et incorporalem spiritum ubique totum esse credens si tantam quisquam mutationem huius corporis futuram putat, cum ex animali fuerit spiritale, ut etiam substantiam incorporalem non locorum interuallis uel spatiis diuisibilem uel etiam membrorum liniamentis ac finibus terminatam sed ubique totam per tale corpus uidere possimus, uolo, et me doceat, si uerum sapit; si autem in hoc falsum sentit, longe tolerabilius est corpori aliquid adrogare quam deo derogare. et si uera est ista sententia, non erit contraria uerbis meis, quae in illa epistula posui. istius namque corporis oculos dixi non uisuros deum hoc intuens, quod istius corporis oculi omnino non possunt cernere nisi corpora, quae ab eis aliquo loci interuallo separata sunt; nam si nullum interuallum sit, nec ipsa corpora per eos uidemus.

3 Porro autem, si in tantam sui dissimilitudinem nostra corpora mutabuntur, ut oculos habeant, per quos uideatur illa substantia, quae non per locorum spatia uel diffunditur uel finitur alibi habens aliam partem alibi aliam, in minore loco minorem in maiore maiorem, sed ubique incorporaliter tota est, longe aliud erunt haec corpora et non erunt ipsa nec sola detracta mortalitate atque corruptione et ponderis grauitate aliud erunt, sed in uirtutem ipsius mentis quodam modo conuertentur, si uidere poterunt, quo modo tunc menti nunc autem nec ipsi menti uidere concessum est. si enim mutatis moribus dicimus hominem non esse, qui fuit, si denique mutatis aetatibus ipsum corpus dicimus non esse, quod fuit, quanto magis ipsum non erit tanta conuersione mutatum, ut non solum inmortaliter uiuat, uerum etiam inuisibilem uideat!

3 I Cor. 15, 44

4 animale, *m. 1 corr.* animali P^1 speciale *V* 7 et *om.* P^1V ut | et *P* ut *T m* 8 falsam *F* 9 corporali *FAR* substantiae corporali *P* deo] de deo *R* 11 dixit *F* 16 dissimulationem *A* 17 hŭt *V* 18 defunditur *F* defenditur *A* 19 minori *A* 20 maiori *A* 22 corruptionĕ (~ *eras.*) *A* corruptibilis *P* et *om. FAP* 23 erit *V* uirtute *P* 24 poterunt (e *in ras. m. 1*) *F* pot•erunt (*fuisse uid.* u) *T*

quapropter, si uidebunt deum, non istius corporis oculi uidebunt, quia et in hoc non erit ipsum corpus usque in illam uim potentiamque mutatum, et non est contraria ista opinio illis uerbis epistulae meae. si autem hactenus non erit ipsum, quia nunc mortale tunc inmortale, nunc adgrauans animam tunc nullo pondere ad omnem motum erit facillimum ad uidenda uero ea, quae locorum spatiis interuallisque cernuntur. si non aliud quam ipsum erit, substantiam incorporalem et ubique totam nullo modo uidebit. siue ergo illud siue hoc uerum sit, secundum utrumque uerum est, quod istius corporis oculi deum non uidebunt; aut enim istius erunt et non uidebunt aut non erunt istius, si uidebunt, quoniam tanta commutatione longe alterius corporis erunt.

4 Sed paratus sum, si quid de hac re melius nouit hic frater. uel ab ipso uel ab illo, a quo didicit, discere. quod si inridenter dicerem, etiam illud de deo corporali membrisque per loca diuisibili dicerem paratum esse me discere. quod non dico. quia non inridenter loquor et talem deum non esse omnino non ambigo et, ne talis esse crederetur, illam epistulam scripsi. in qua dum essem in admonendo sollicitus, quamuis nominibus tacitis in corripiendo nimius atque inprouidus fui nec fraternam et episcopalem personam sicut frater et episcopus, quem ad modum dignum fuerat, cogitaui. hoc non defendo, sed reprehendo; hoc non excuso, sed accuso; ignoscatur. peto; recordetur nostram dilectionem pristinam et obliuiscatur offensionem nouam. faciat certe, quod me non fecisse suscensuit:

2 in *om., m. 1 add.* *P* hoc non *om., m. 2 s. u. add.* P^1 hoc (*parua ras.*) non *F* 7 uidendum P^1V uero] ergo *P* ea quae] eaq; *A* 9 hoc siue illud *edd.* 11 erit *V* 12 si] s; P^1V 13 erunt] ēe *V* 15 illo] alio PP^1V dicere *V* 16 etiam *in fine u. om. V* membris qui *F* (*m. 2* membrisque) *A* 17 me esse *edd.* 20 dum] đ P^1 cum *V* quam nominibus tacitis *FAR a e* quam nominibus tacitis conscripsi P^1 (ɔscripsi *ras. ut uid. ex* p̄scripsi) *T* (nomib; *sed* n *in ras. m. 1; fuisse uid.* m̄) *V f l r m* 21 inprouidius (*postr.* i *exp.*) sui nec *V* 22 coepiscopus *A* 23 fuerat dignum *edd.* hęc *T* 25 dilectionem nostram *P* 26 non me *R* sic censuit *R*

habeat lenitatem in danda uenia, quam ego in illa epistula conscribenda non habui. hoc per tuam caritatem rogo, quod praesens praesentem rogare uolueram, si eius haberem copiam. quod cum conatus essem, scribente ad eum uiro uenerabili nobisque omnibus honore praeferendo uenire noluit dolum forsitan meum, sicut pleraque humana sunt, quantum existimo, suspicatus. a quo me longe abesse tu illi fac fidem, quantum potes, qui praesens facilius potes. indica ei, cum quanto et quam uero dolore de offensione animi eius tecum fuerim conlocutus. nouerit, quam non eum contemnam et quantum in illo deum timeam et cogitem caput nostrum, in cuius corpore fratres sumus. ad locum, in quo habitat, ideo mihi non putaui esse ueniendum, ne spectaculum faceremus ridendum alienis, nostris dolendum, nobis pudendum. per tuam sanctitatem et caritatem totum recte agi potest; ab illo quippe agitur, qui per fidem suam habitat in corde tuo, quem credo quod non spernit in te. cum agnoscit in se.

Ego certe in hac causa, quid melius facerem, non inueni. quam ut ueniam peterem a fratre, qui laesum se litterarum mearum asperitate conquestus est. faciet et ipse, ut spero. quod sibi imperari nouit ab eo, qui per apostolum loquens ait: Donantes uobismet ipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut et deus in Christo donauit uobis. estote ergo imitatores dei sicut filii dilectissimi et ambulate in caritate, sicut et Christus dilexit

11 Col. 1, 18 16 Eph. 3, 17 22 Col. 3, 13; cf. Eph. 4, 32 24 Eph. 5, 1—2

1 non habui in illa epistola conscribenda *R edd.* 4 esse (*m. 2* essem) scribente P^1 esse inscribente *V* 6 meum] in eum *R m* mecum *a e* pluraque *V* huma|, *m. 2* humana *A* 7 abesset *FA* 8 qui] quia *P* 9 dolere *A* animae *FAP* 10 eam *A* 13 putaui non *edd.* ne expectaculum *R* 14 putendum *A* per] uel per *V* 15 et caritatem *om. P* 16 suam] tuam *A* 18 facere *F* 19 qui] quem *F* se laesum P^1V 20 conquestus est] conquestassem *F* 21 imperari (*post.* r *ex ras. et corr.; fuisse uid.* u) *T* imperare *FA* 23 in] et in *F* 24 uobis (*super* u *m. 2* ł n) *P* nobis *FAR*P^1*TV* fili P^1 25 caritate] dilectione *T*

uos. in hac caritate ambulantes, si quid diligentius possumus, de spiritali corpore, quod in resurrectione habebimus, concorditer inquiramus, quia, et si quid aliter sapimus, hoc quoque nobis deus reuelabit, si in illo maneamus. qui autem manet in caritate, in deo manet et deus in illo manet, quia deus caritas est siue tamquam eius fons ineffabiliter existendo siue illam nobis per suum spiritum largiendo. si ergo doceri potest, quod caritas corporalibus oculis aliquando uidebitur, poterit fortassis et deus; si autem ista numquam poterit, multo minus ipse fons eius uel si quid dici excellentius et conuenientius de tanta re potest.

II 6 Magni quidam uiri et in scripturis sanctis doctissimi, qui plurimum ecclesiam et bona studia fidelium suis litteris adiuuerunt, ubi eis occasio data est, dixerunt inuisibilem deum inuisibiliter uideri, hoc est per eam naturam, quae in nobis quoque inuisibilis est, munda scilicet mente uel corde. beatus Ambrosius cum de Christo ageret secundum id, quod uerbum est: 'Non enim corporalibus', inquit, 'sed spiritalibus oculis Iesus uidetur'; et paulo post: 'Non eum uiderunt', inquit. 'Iudaei; obcaecatum enim erat insipiens cor eorum' hinc ostendens, unde uideatur. item cum de spiritu sancto loqueretur, interposuit uerba domini dicentis: Rogabo patrem et alium

3 Phil. 3, 15—16 4 I Ioh. 4, 16 18 Ambros. expos. euang. sec. Luc. I 5; 6 (CSEL XXXII p. IV p. 13, 13—14; 22—23) 20 Marc. 6, 52 21 Ambros. expos. euang. sec. Luc. II 93 (CSEL XXXII p. IV p. 95, 18—96, 2; 96, 10—13) 22 Ioh. 14, 16—17

1 nos *R m sec. Vulg.* (*Gr.* ὑμᾶς, *uaria lectio* ἡμᾶς) 4 reuelabit deus *T* reuelauit *FAR* si *om. FAP* enim *P* 6 fons eius *P* existendo] existimo *A* 7 spiritum suum *f l r m* docere *FP* 8 uidetur *A* 11 de tanta re] de cantare *AT* (*m. 2* de tanta re) decantari P^1V 12 qui] quid *F* 13 bonā (∼ *eras.*) *A* fidelium (de *m. 1 s. u.*) P^1 litturis P^1V 14 adiu|⁺⁺uerunt (*fuit* iu) *R* eis] ab eis *R* 15 in *om., m. 1 add. P* 16 beatus] beatus au‡ *T* 17 de Christo cum *edd.* 19 Iesus] deus *V* uiderunt eum *Ambros.* eum] enim *R* 21 sancto spiritu *edd.* 22 patrem meum et *PT*

paraclitum dabit uobis, qui uobiscum sit in aeternum, spiritum ueritatis, quem hic mundus non potest accipere, quia non uidet eum nec cognoscit eum. 'merito ergo se', inquit, 'in corpore demonstrauit, quoniam in diuinitatis substantia non uidetur. uidimus spiritum sed in specie corporali; uideamus et patrem, sed, quia uidere non possumus, audiamus'. et paulo post: 'Audiamus ergo', inquit, 'patrem, inuisibilis enim pater; sed et filius inuisibilis secundum diuinitatem, deum enim nemo uidit umquam; cum ergo filius deus, in eo utique, quod deus est, filius non uidetur'.

7 Sanctus autem Hieronymus ait: 'Videre deum, sicuti est, in natura sua oculus hominis non potest, non solum homo nec angeli nec Throni nec Potestates nec Dominationes nec omne nomen, quod nominatur; neque enim creatura potest aspicere creatorem suum'. his uerbis uir doctissimus satis ostendit, quid etiam de futuro saeculo senserit, quod ad hanc rem adtinet. quantum libet enim oculi corporis nostri mutentur in melius, angelorum oculis aequabuntur. hic autem et ipsis et uniuersae omnino caelesti creaturae inuisibilem naturam dixit esse creatoris. aut si et hinc fit quaestio et infertur ulla dubitatio, utrum non simus futuri angelis potiores, ipsius

8 Col. 1, 15; I Tim. 1, 17 9 Ioh. 1, 18; I Ioh. 4, 12 11 ? cf. Hieron. comment. in Es. c. VI u. 1 (Migne patrol. lat. XXIV p. 93, 1—16)

1 paracletum *F edd. praeter a sec. Vulg. Ambrosi cod. Ambrosianus H 78 sup. alii deteriores* dabit (i *ras. ex* o *ut uid.*; t *m. 2 s. u.*) P^1 qui] ut *Ambros. Vulg.* (*Gr.* ἵνα) 2 qm̃ *V* 3 uidit *codd.* cognouit *V* 4 in *post* quoniam *om. Ambrosi cod. Ambrosianus et Petropolitanus* 7 et paulo post *in fine u. om. R* 9 enim *om. PV* (*s. u. m. 1 add.*) uidit *om. A* cr̃ (r *exp.*) *V* *ante* deus *s. u. m. 2 add.* sit P^1 sit deus *PV l r m* 11 uidere autem deum P^1V sicut *FA* sic̃ P^1TV 12 humanus *T* homo sed nec *P* 13 nec dominationes nec potestates *P* omne] omnino P^1V 16 senserit *om. FAR a e* ad *om. F* 17 *ante* corporis *parua ras. F* 18 *ante* angelorum *s. u. m. 2* h' *A* hoc, *corr.* hic *P* 19 omino *V* caelesti *om.* P^1V 20 fit] sit *FATV* illa *V*

domini est hinc aperta sententia, ubi ait de resurrecturis in regnum: Erunt aequales angelis dei. unde idem ipse sanctus Hieronymus alibi sic dicit: 'Homo igitur dei faciem uidere non potest; angeli autem etiam minimorum in ecclesia semper uident faciem dei. et nunc in speculo uidemus, in aenigmate, tunc autem facie ad faciem, quando de hominibus in angelos profecerimus et potuerimus cum apostolo dicere: Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur a gloria in gloriam tamquam a domini spiritu, licet faciem dei iuxta naturae suae proprietatem nulla uideat creatura et tunc mente cernatur, quando inuisibilis creditur'.

8 In his uerbis hominis dei multa consideranda sunt: primum quia secundum apertissimam domini sententiam etiam ipse sentit tunc nos uisuros faciem dei, cum in angelos profecerimus, id est aequales angelis facti fuerimus, quod erit utique in resurrectione mortuorum. deinde apostolico testimonio satis aperuit non exterioris sed interioris hominis faciem intellegendam. cum uidebimus facie ad faciem; de facie quippe cordis loquebatur apostolus, cum diceret, quod hinc commemorauit: Nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur. quod si quisquam dubitat, recenseat eundem locum et adtendat, unde apostolus loquebatur, de uelamine scilicet, quod manet in lectione ueteris testamenti, donec quisque transeat ad Christum, ut

2 Luc. 20, 36; Matth. 22, 30; Marc. 12, 25 3 Hieron. comment. in Es. c. I u. 10 (Migne patrol. lat. XXIV p. 33, 12—24) 4 Matth. 18, 10 5 I Cor. 13, 12 8 II Cor. 3, 18 10—12 = p. 339, 9—11 20 II Cor. 3, 18 24 II Cor. 3, 14 25 II Cor. 3, 16

1 sentia, *m. 1* (?) *corr.* sententia *F* resurrectoris *A* 2 dei *om. R sec. sacr. litt.* undĕ (~ *eras.*) *A* isdem *T* ipse *om. PT* 5 nunc] tunc, *m. 1 corr.* nunc *F* uidemus et in *Hieron.* 6 autem *om., s. u. m. 1 add. T* quando] qndam *V* de homineb; (*m. 1 corr.* hominib;) in angĕis *T* 7 proficerimus *FA* poterimus P^1TV 9 eandă *A* imaginem] aecclesiam *R* 10 a spiritu domini P^1V 13 * hominis (d *eras.*) P^1 15 proficerimus *FA* 22 quod] quis *A*

auferatur uelamen. ibi quippe dicit: Nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes, quae facies in Iudaeis non erat reuelata, de quibus dicit: Velamen super cor eorum positum est, ut ostendat cordis faciem nobis esse reuelatam uelamine ablato. postremo, ne quisquam ista minus intuens minusque discernens uisibilem deum uel angelis uel hominibus, cum aequales angelis facti fuerimus, siue nunc esse siue futurum esse crederet, euidentissime, quid sentiret, expressit dicens, quod 'faciem dei iuxta naturae suae proprietatem nulla uideat creatura et tunc mente cernatur, quando inuisibilis creditur'. unde sufficienter significauit, quando uisus est ab hominibus per oculos corporis tamquam ipse corporeus, non eum secundum naturae suae proprietatem fuisse uisum, in qua tunc mente cernitur, quando inuisibilis creditur. quibus inuisibilis nisi aspectibus corporalibus etiam caelestibus, sicut supra de angelis et Potestatibus et Dominationibus dixit, quanto magis terrestribus?

9 Unde alio loco euidentius dicit: 'Non solum patris diuinitatem sed ne filii quidem et spiritus sancti, quae una in trinitate natura est, posse oculos carnis aspicere sed oculos mentis, de quibus ipse saluator ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt'. quid hac manifestatione lucidius? si enim tantum modo dixisset nec patris nec filii nec spiritus sancti diuinitatem posse oculos carnis aspicere nec deinceps addidisset 'sed oculos mentis', forte diceretur carnem iam non esse appellandam, cum corpus fuerit spiritale.

1 II Cor. 3, 18 3 II Cor. 3, 15 9—11 = p. 338, 10—12 18 Hieron. comment. in Es. c. III u. 1 (Migne patrol. lat. XXIV p. 93, 2—6) 21 Matth. 5, 8

3 non *om.*, *s. u. m. 1 add.* P^1 cor eorum] cor eorum cor *V* 4 ostendit, *supra m. 1 add.* ostendat P^1 8 crederet *om.*, *m. ut uid. 2 in marg. add.* P^1 expressit quid sentiret *P* 9 dei *in fine u. om. R* 10 cretura *F* 11 credatur, *m. 1 corr.* creditur *R* 13 fuisse uisum *om.* P^1 (*m. 2 in marg. add.*) *V* (*m. 1 in marg. add.*) 18 dixit *P* 19 ne] sine *A* nec *V edd. praeter r* scs, *corr.* sci *F* quae] quia *Hieron.* 26 spiritalem (m *exp.*) *F*

addendo ergo et dicendo 'sed oculos mentis' ab omni genere corporis alienauit huius modi uisionem. ne quis autem putaret eum tantum de praesenti tempore locutum, subiecit etiam domini testimonium uolens ostendere, quos dixerat oculos mentis. quo testimonio non praesentis sed futurae uisionis promissio declaratur: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt.

Beatissimus quoque Athanasius, Alexandrinus episcopus. cum ageret aduersus Arrianos, qui tantum modo deum patrem inuisibilem dicunt, filium uero et spiritum sanctum uisibiles putant, aequalem trinitatis inuisibilitatem scripturarum sanctarum testimoniis et diligentia suae disputationis adseruit instantissime suadens deum non esse uisum nisi adsumptione creaturae, secundum deitatis autem suae proprietatem omnino deum esse inuisibilem, id est patrem et filium et spiritum sanctum, nisi quantum mente ac spiritu nosci potest. Gregorius etiam, sanctus episcopus orientalis, apertissime dicit deum natura inuisibilem, quando patribus uisus est sicut Moysi, cum quo facie ad faciem loquebatur, alicuius conspicabilis materiae dispositione adsumpta salua sua inuisibilitate uideri potuisse. hoc est, quod etiam noster dicit Ambrosius et patrem et filium et spiritum sanctum ea specie uideri, quam uoluntas

6 Matth. 5, 8 8 Oratt. adu. Arr. I 63; III 14; IV 36 (Migne patrol. gr. XXVI p. 144, 21—32; 352, 7—81; 524, 29—31; 41—525, 1) 16 De filii diuinitate et consubstantialitate tractatus Phoebadio nunc attributus c. VIII med. (Migne patrol. lat. XX p. 47, 22—30) 19 Ex. 33, 11 21—341, 1 cf. p. 290, 12—14

1 oculis *A* 2 huius mundi *F* huiusce modi *P* 3 de praesenti tantum *P* tantam, *m. 2* tantum *T* etiam *in fine u. om. R* 4 quos] quod *R* 6 mundo, *super* o *m. 1 add.* i *R* 8 quoque] ergo *V* anathasius *A* 11 trinitatis *om. P*¹*V* inuisibilem *A* 12 diligentiae *FA* aperuit *P*¹ (*m. 1 supra* ł asseruit) *V* 13 dinstantissime (d *exp.*) *V* 14 autem deitatis *P* 15 est *om. V* 18 naturam *F* quando] quando uero *P* 19 facie] facie• (*fuit* m) *A* faciem *om., m. 2 in marg. add. P*² alicuius] alii cuius *A* 20 uidere *FA* 21 etiam quod *T* et patrem] patrem, *s. u. m. 1 add.* et *F* 22 sanctum *om. R* spe *V* uidere *F*

elegerit, non natura formauerit, ut et illud uerum sit, quod deum nemo uidit umquam, quae uox ipsius domini Christi est, et: Quem nemo hominum uidit nec uidere potest, quae uox apostoli, immo eius per apostolum Christi est, et illa non repudientur testimonia scripturarum, quibus deus uisus esse narratur, quia et inuisibilis est per propriam deitatis naturam et, cum uult, uideri potest per adsumptam, sicut placuerit, creaturam.

II 11 Porro si naturae ipsius est inuisibilitas sicut incorruptibilitas, non mutabitur utique in futuro saeculo illa natura, ut de inuisibili uisibilis fiat, quia neque poterit de incorruptibili corruptibilis fieri; simul enim et incommutabilis est. et utique naturam eius commendauit apostolus, cum duo ista simul poneret dicens: Regi autem saeculorum, inuisibili, incorruptibili soli deo honor et gloria in saecula saeculorum. unde non audeo ego ita distinguere, ut dicam: Incorruptibili quidem in saecula saeculorum, inuisibili autem non in saecula saeculorum sed tantum in hoc saeculo. uerum quia nec illa testimonia falsa esse possunt: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt, et: Scimus, quia, cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum, sicuti est, negare non possumus filios dei uisuros deum, sed sicut uidentur inuisibilia, sicut se ipsum ostensurum promittebat, qui hominibus in carne uisibilis apparebat, quando dicebat: Et ego diligam eum et ostendam me ipsum illi, cum ante oculos hominum conspicuus loqueretur. unde

2 Ioh. 1, 18; I Ioh. 4, 12 3 I Tim. 6, 16 14 I Tim. 1, 17 19 Matth. 5, 8 20 I Ioh. 3, 2 25 Ioh. 14, 21

6 inuisibis, *m. 1 corr.* inuisibilis *T* 7 sicut] sicut ei P^1TV *m* 9 est *om.*, *m. 1 add.* *P* incorporalitas *A* 10 utique] profecto P^1V 11 corruptibilis de incorruptibili *R* 14 saeculorum *om.* *T* 16 ego *om.* *P* ista *PTV* 18 non *om.* *R* 19 ista *F edd.* 23 inuisilia *T* 24 promittebat *om.* *R* apparebat in carne uisibilis *edd.* 25 illi me ipsum P^1TV 26 cum ante *in fine u. om.* *F*

autem inuisibilia uidentur nisi oculis cordis, de quibus paulo ante dixi, quid Hieronymus senserit ad uidendum deum?

12 Hinc est, quod etiam memoratus Mediolanensis episcopus in ipsa resurrectione dixit non facile esse deum uidere nisi his, qui mundo sunt corde, et ideo scriptum esse: Beati mundo corde, quia ipsi deum uidebunt. 'quantos beatos', inquit, 'iam numerauerat et tamen eis uidendi deum non promiserat facultatem!' deinde adiungit et dicit: 'Si ergo hi, qui mundo sunt corde, deum uidebunt, utique alii non uidebunt'. et ne alios illos acciperemus, de quibus dictum est: Beati pauperes, beati mites et cetera, continuo subiunxit: 'Neque enim indigni deum uidebunt', indignos utique illos uolens intellegi, qui licet resurgant, deum uidere non poterunt, quoniam ad damnationem resurgent, quia per fidem ueram, quae per dilectionem operatur, cor mundare noluerunt. et ideo sequitur et dicit: 'Neque is, qui deum uidere noluerit, potest deum uidere'. deinde, quia occurrebat etiam omnes impios uelle deum uidere, statim, ut ostenderet, qua re dixerit 'qui deum uidere noluerit', quia utique illo modo non uult deum uidere impius, quia cor mundare non uult, quo ille uideri poterit, secutus adiunxit et ait: 'Nec in loco deus uidetur sed mundo corde nec corporalibus oculis deus quaeritur nec circumscribitur uisu nec tactu tenetur nec auditur

4—10; 12; 16—17; 21—343, 1 = p. 291, 7—16 11 Matth. 5, 3—4 15 Gal. 5, 6

1 oculos, *m. 1 corr.* oculis *T* 3 hic *F* etiam quod P^1TV *edd.* memoratus] memoratus ē *A* 4 dixit *om.* RP^1 (*m. 2 in marg. add.*) esse] est *V* uidere deum *edd.* uideri *A* 5 iis *flrm* corde sint *m* corde sunt *cett. edd.; cf. p. 291, 8* et ideo—corde *om. R* 6 quoniam PP^1V *edd. sec. Vulg.; cf. p. 291, 9* 7 eis uidendi] *p. 291, 10* uidendi his 8 pmiserat *V* hii *P* ii *flrm* 9 alii deum non P^1V 11 pauperes beati *in fine u. om. R* pauperes spū beati *P* et cetera *om. m* 14 q̄ *V* quia] qui *A* ueram] meam (*exp.*) ueram *V* 16 ido *T* 17 oms impius *A* impios omnes *edd.* 18 uidere deum P^1 *edd.* ut ostenderit *F* ostendit (*om.* ut) *A* qr̄ P^1 qua re dixerit] qui reduxerit *F* 19 noluerit *A* 20 quo] quod *FA* 21 uidere *F* 22 corde mundo *FAPT*

affatu nec sentitur incessu'. quibus uerbis beatus Ambrosius uoluit admonere, quid debeant homines praeparare, qui deum uolunt uidere, hoc est cor mundare per fidem, quae per dilectionem operatur, dono spiritus sancti, unde pignus accepimus, quo illam uisionem desiderare nouerimus.

13 Nam de membris dei, quae assidue scriptura commemorat, ne quisquam secundum carnis huius formam et figuram nos esse crederet similes deo, propterea eadem scriptura et alas habere deum dixit, quas nos utique non habemus. sicut ergo, alas cum audimus, protectionem intellegimus, sic et, cum audimus manus, operationem intellegere debemus et, cum audimus pedes, praesentationem et, cum audimus oculos, uisionem, qua cognoscit, et, cum audimus faciem, notitiam, qua innotescit; et si quid aliud eadem scriptura tale commemorat, puto spiritaliter intellegendum neque hoc ego tantum aut ego prior sed omnes, qui qualicumque spiritali intellegentia resistunt eis, qui ob hoc anthropomorphi nominantur. ex quorum litteris ne multa commemorando maiores moras faciam, hoc unum sancti Hieronymi interpono, ut nouerit iste frater non se de hac re mecum magis quam cum prioribus agere debere, si quid eum contra permouet.

14 Cum ergo ille uir in scripturis doctissimus psalmum exponeret, ubi dictum est: Intellegite ergo, qui insipientes estis in populo, et stulti aliquando sapite. qui plantauit aurem, non audiet? aut, qui finxit oculum, non considerat? inter cetera: 'Iste locus', inquit, 'aduersus eos maxime

4 II Cor. 5, 5; 8 8 Ps. 16, 8 23 Ps. 93, 8—9 26 Hieron. breu. in psalm. 93 (Migne patrol. lat. XXVI p. 1108, 5—22)

2 debant (*sic!*) *V* uolunt deum *edd.* 3 uidere] mundare, *m. ut uid. 1 corr.* uidere P^1 8 alias *A* 11 manus—audimus *om. RV* 13 cognoscitur P^1TV 14 notescit, *m. 1 corr.* innotescit *F* ignotescit *R* 16 qualecumque *A* 17 ob *in fine u. om. R* anthromorphi *A* anthropomorphitae *edd. praeter a* 18 mas, *m. 1 corr.* moras P^1 20 non] ne *V* mecum] me *FA* *post* magis *ras. 1—2 l. F* 21 quid eum] quidem *F* 22 iste P^1V 26 inquit *om.*, *m. 2 in marg. add.* P^1

facit, qui anthropomorphi sunt, qui dicunt deum habere membra, quae etiam nos habemus. uerbi causa dicitur deus habere oculos: oculi domini respiciunt omnia; manus domini facit omnia; et audiuit, inquit, Adam sonum pedum domini deambulantis in paradiso. haec simpliciter audiunt et humanas inbecillitates ad dei magnificentiam referunt. ego autem dico, quod deus totus oculus est, totus manus est, totus pes est. totus oculus est, quia omnia uidet; totus manus est, quia omnia operatur; totus pes est, quia ubique est. ergo uidete, quid dicat: Qui plantauit aurem, non audiet? et non dixit 'qui plantauit, ergo ipse aurem non habet'; non dixit 'ergo ipse oculos non habet'; sed quid dixit? qui plantauit aurem, non audiet? qui finxit oculum, non considerat? membra tulit, efficientias dedit'.

Haec omnia de litteris eorum et Latinorum et Graecorum, qui priores nobis in catholica ecclesia uiuentes diuina eloquia tractauerunt, ideo commemoranda arbitratus sum, ut sciat iste frater, si quid aliter quam isti sentit, deposita dissensionis amaritudine et fraternae caritatis suauitate in integrum restituta atque seruata diligenti et tranquilla consideratione quaerendum uel discendum uel docendum. neque enim quorumlibet disputationes quamuis catholicorum et laudatorum hominum uelut scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salua honorificentia, quae illis debetur hominibus, aliquid in eorum

4 Gen. 3, 8

1 anthropomorphitae *edd. praeter a Hieron.* 2 adicitur *F* dicatur *Hieron.* 3 oculi] quia oculi *m* manus dei facit *Hieron.* 4 Adam *om. P* sompnum (mp *exp.*) *V* pedium *A* 8 pes//// (s *in ras. m. 1 et deinceps ras. 1—2 l.*) *F* 10 uidete] uidetur *FP* uide *A* audiet] audiet aut qui finxit oculos non considerat *edd.* et *om. Hieron.* 11 plantauit] plantauit aurem *T edd. Hieron.* 12 oculum *A* quid] qui *R* 13 qui] et qui *Hieron.* oculos FP^1V *edd. Hieron.* 15 et graecorum et latinorum P^1V 17 sciat iste] scias te *A* 18 isti] iste *R edd. praeter m* ita P^1V sentis *A* 19 seruata atque in integrum restituta *edd.* 20 diligenti] a diligenti *F* queren|do *P* 21 disputationis *A*

scriptis inprobare atque respuere, si forte inuenerimus, quod aliter senserint, quam ueritas habet diuino adiutorio uel ab aliis intellecta uel a nobis. talis ego sum in scriptis aliorum, tales uolo esse intellectores meorum. denique in his omnibus, quae de opusculis sanctorum atque doctorum commemoraui, Ambrosii, Hieronymi, Athanasii, Gregorii, et si qua aliorum talia legere potui, quae commemorare longum putaui, deum non esse corpus nec formae humanae habere membra nec eum esse per locorum spatia diuisibilem et esse natura incommutabiliter inuisibilem nec per eandem naturam atque substantiam sed adsumpta uisibili specie, sicut uoluit, apparuisse, quibus apparuit, quando per corporis oculos in scripturis sanctis uisus esse narratur, in adiutorio domini inconcusse credo et, quantum ipse donat, intellego.

V 16 De spiritali autem corpore, quod in resurrectione habebimus, quantam capiat in melius commutationem, utrum in simplicitatem spiritus cedat, ut totus homo iam spiritus sit, an, quod magis puto, sed nondum plena fiducia confirmo, ita futurum sit spiritale corpus, ut propter quandam ineffabilem facilitatem spiritale dicatur, seruet tamen substantiam corporalem, quae per se ipsam uiuere ac sentire non possit sed per illum, qui ea utitur. spiritum — neque enim et nunc, quia corpus dicitur animale, eadem est animae natura quae corporis —, et utrum, si corporis quamuis iam inmortalis atque incorruptibilis natura seruabitur, adiuuet tunc aliquid spiritum ad uidenda ipsa uisibilia, id est corporalia, sicut nunc tale aliquid nisi per

2 uel a nobis intellecta uel ab aliis *T* 3 scriptis *ras. et corr. m. 2 ex* scripturis P^1 4 meorum] in eorum *FA* in] et *FAP* iis *flrm* 7 commemorare longum putaui] commemoraui *P* logum *T* 9 natura• *F* 11 apparuisse• (*fuit* t) *A* quibus] his quibus P^1V iis quibus *flrm* 12 per corporis oculos] per corporeos oculos *P* corporeis oculis *A* 15 in resurrectionē (~ *eras. uid.*) *P* 16 in simplicitate P^1V 19 ineffabilem quandam *edd.* 20 qui *FA* 21 ac] an *A* 22 enim et] enim qui et *R* 23 naturae *F* quae] atq; *P* 25 uidendum P^1V *edd.* 26 sic̄, *sed* c *ras. ex 1—2 l.* (~ *m. ut uid. 1; in marg. m. 2* sicut) *T*

corpus uidere non possumus, an uero etiam sine organo corporis ualeat tunc spiritus noster nosse corporalia — neque enim et deus talia per sensus corporis nouit — et multa alia, quae in hac quaestione mouere possunt, fateor me nondum alicubi legisse, quod mihi sufficere existimarem siue ad discendum siue ad docendum.

17 Ac per hoc, si non displicet huic fratri mea qualiscumque cautela, interim, propter quod scriptum est: Quoniam uidebimus eum, sicuti est, quantum possumus, cor mundum ad illam uisionem ipso adiuuante praeparemus. de corpore autem spiritali pacatius et diligentius inquiramus, ne forte aliquid certum ac liquidum, si nobis hoc utile esse nouit, secundum scripturas suas deus demonstrare dignetur. si enim hoc inuenerit inquisitio diligentior, tantam futuram corporis mutationem, ut possit uidere inuisibilia, non, ut opinor, talis potentia corporis menti auferet uisionem, ut exterior homo deum uidere tunc possit, non possit interior, quasi tantum foris sit deus ad hominem et intus non sit in homine, cum apertissime scriptum sit: Ut sit deus omnia in omnibus, aut ita sit intus ille, qui sine ullis locorum spatiis ubique totus est, ut foris tantum uideri ab exteriore homine possit, intus autem ab interiore non possit. quae si absurdissime sentiuntur — magis enim sancti pleni erunt deo, non inanes intrinsecus ab illo circumdabuntur extrinsecus nec caeci intrinsecus eum, quo pleni erunt, non uidebunt et tantum forinsecus oculati eum, quo circumdabuntur, uidebunt —, restat,

8 I Ioh. 3, 2 19 I Cor. 15, 28

1 tunc sine organo corporis ualeat *edd.* 2 nosse (~ *super* n *eras.*, os *ex corr. m. 2,* se *s. u. m. 2*) *T* 7 mea (a *ex corr. m. 2*) *T* 8 cautela *T* 9 eum sicuti] eum sic̄ P^1 deum sicut *FA* deum sic̄ *P* 10 auxiliante *P* praepararemus *T* 13 dignetur demonstrare *edd.* 14 tantum *FAR* corporis futuram *edd.* 15 *pr.* ut] ū P^1 16 auferret *T* 17 uidere deum *edd.* 19 ut] ū P^1 20 ille *om. A* 21 uidere *FA* exteriori PP^1V *edd.* hominē (~ *eras.*) *A* 22 autem *om. P* exteriore, *m. 1 corr.* interiore *R* interiori *edd.* 24 ab illo *om.* P^1 (*m. 2 in marg. add.*) *V* 25 qui *R* 26 qui *A*

ut interim de uisione dei secundum interiorem hominem certissimi simus. si autem etiam corpus mira commutatione hoc ualuerit, aliud accedet, non illud abscedet.

18 Melius ergo id adfirmamus, unde minime dubitamus, quod homo interior uidebit deum, qui modo solus potest uidere caritatem, quae cum laudaretur, dictum est: Deus caritas est, solus potest uidere pacem et sanctificationem, sine qua nemo poterit uidere deum. neque enim caritatem, pacem, sanctificationem et si qua similia uidet modo ullus oculus carnis; quae tamen omnia iam uidet, quantum potest, oculus mentis tanto purius quanto purior, ut sine dubitatione deum nos uisuros esse credamus, siue inueniamus siue non inueniamus, quod de qualitate futuri corporis quaerimus, cum tamen corpus resurrecturum et inmortale atque incorruptibile futurum non ambigamus, quoniam hinc sanctarum scripturarum sententias apertissimas firmissimasque retinemus. si autem iste frater, quod de spiritali corpore adhuc requiro, iam sibi firmat esse certissimum, nisi placidus audiero docentem ita, ut ille quoque placidus me audiat inquirentem, habebit, unde iure suscenseat. nunc tamen per Christum obsecro, ut de illa asperitate litterarum mearum, qua eum non inmerito offensum esse didici, ueniam mihi ab illo impetres et me rescriptis domino adiuuante laetifices.

6 I Ioh. 4, 8; 16 7 Hebr. 12, 14

1 interim ut *A* interim (*om.* ut) *FP* hominem *om. P* 2 certi P^1V 3 accedit non illud abscedit *FA* 4 ergo *om. R* illud *edd.* 7 sine qua—sanctificationem *om. A* 8 uidere poterit P^1 potest uidere *edd.* pacem caritatem P^1V 9 qua] qua sunt *edd.* 10 oculus mentis quantum potest P^1V quantum potest mentis oculus *edd.* 14 et *R* 15 hic *F* 20 tamen] autem *P* 22 dicis *F* dixi *A* dič (= dicit) *P* 23 explicit commonitorium sancti agustini episcopi ad fortunatianum *F* explicit commonitorium sancti augustini ad fortunatianum *P*

CXLIX.

BEATISSIMO ET VENERABILITER DESIDERABILI ET DESIDERABILITER VENERABILI SANCTO SANCTEQUE CARISSIMO FRATRI ET COEPISCOPO PAULINO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

I 1 Quod de peruentione tam prospera fratris et conpresbyteri nostri Quinti et qui cum eo nauigauerunt cito nos dominus exhilarauit nuntiantibus litteris sanctitatis tuae, gratias agens ei, qui recreat afflictos et humiles consolatur, et sinceritati cordis tui occasione filii et condiaconi nostri Rufini, quae proxima occurrit, nunc rescripta persoluo; de litore Hipponiensi namque profectus est. et adprobo misericordiae consilium. quod tibi dominus inspirauit mihique insinuare dignatus es. ipse et hoc adiuuet, ipse prosperet, qui iam curam nostram ex magna parte leniuit, quia peruectus et commendatus est carissimus

8 Ps. 145, 8 II Cor. 7, 6

H = *cod. Palatinus 211 s. X.*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76. 8, 9 s. X—XI.*
P = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
G = *cod. Sangallensis 148 s. XI.*
V = *cod. Vindobonensis 875 s. XI.*
K = *cod. Casinensis 232*[1] *s. XII.*

Eugippi excerpta (ed. P. Knoell):

p. 650, 5—651, 8 = *p. 358, 12—359, 10* (actiones)
p. 651, 9—17 = *p. 360, 2* (precationem) — *11* (emendandum)
p. 651, 19—652, 4 = *p. 362, 6* (multa) — *14* (concludit)
p. 652, 5—653, 3 = *p. 363, 10* (interpellationes) — *364, 12*
p. 653, 9—654, 15 = *p. 376, 20—378, 3*
p. 654, 19—655, 15 = *p. 378, 11—379. 8*

2 uenerabiliter—desiderabiliter *om. K* desiderabili *om. G* desiderabili‧‧ (*fuit* ter) *H* 3 honorabili *V* sancto sancteque carissimo *om. K* 7 agens, *m. 2* agimus *G* 8 consolator, *m. 1 corr.* consolatur *H* et *m. 2 del. P* et *om. l r m* sinceritate, *m. 2* sinceritati *G* 9 fili, *m. 2* filii *H* 10 pscripta, *m. 1 corr.* rescripta *V* psoluo (*sic.*) *ex corr. m. 2, fuisse uid.* resoluo *H* resoluo *M* ypponensi namque *V* namque Hipponensi *edd.* 12 es] ẽ *P* et] ad *K* 13 adiuuet (*post.* u *s. u. m. 1*) *V* prospiceret *A* 14 liniuit, *m. 2* leniuit *G* puectus *V*

homo non solum bonis operibus sed etiam sanctis orationibus tuis.

2 Litterae sane uenerationis tuae, ubi multa quaesisti et quaerenda admonuisti et quaerendo docuisti, ad me peruenerunt. sed quas ipse continuo rescripsi per homines eorundem sanctorum solaciorum nostrorum, sicut his tuis recentioribus comperi, non sunt redditae uenerationi tuae. in quibus quidem quatenus ad interrogata responderim, recolere non eualui nec earum exemplum cum requisissem, ubi hoc possem recognoscere, inueni. ad nonnulla me tamen respondisse certus omnino sum et ideo non ad omnia, quia, ut cito finirem, festinatio perlatoris urgebat. simul etiam miseram, sicut iusseras, et illius epistulae exemplum, quae tuae caritati apud Carthaginem de corporum resurrectione rescripseram, ubi de usu membrorum exorta erat quaestio. nunc ergo et hoc misi et alterum alterius, quia nec ipsam in manus tuas peruenisse conieci eo, quod iterum interrogasti quaedam, quae iam me in ea respondisse lego et agnosco. sed istam per quem direxerim, nescio. scripta quippe caritatis tuae, quibus eam reddidi, sicut etiam ipsa indicat, missa sunt mihi ab Hippone a nostris, cum essem apud sanctum fratrem et coepiscopum nostrum Bonifatium, — nam eorum perlatorem non uidi — et continuo rescripta non distuli.

1 solus *V* operibus *om. H* 3 sanae *AG* (*post.* a *del.*) quaesisti *H m* 4 quaerenda, *m. 2* quaerendo *K* admonusti (*sic!*) *V* admonuisti et quaerendo docuisti *om., m. 2 in marg. add. K* 5 quasi ipse *MA* 6 nostrorum (ro *m. 1 s. u.*) *V* nostro, *m. ut uid. 2* nostrorum *H* 8 interrogata (*post.* a *ex corr. m. 1*) *H* ualui *HM* (*m. 1 corr.* eualui) *edd.* 9 earum (a *m. 1 s. u.*) *V* exemplum, *m. 2* ł exemplar *P* possem *om. K* cognoscere (*m. 1 corr.* recognoscere) ñ inueni *V* 10 nonnullā tamen *A* nonnulla tamen me *edd.* 11 non *om., m. 2 add. K* qui aut, *m. 2* quia ut *G* quae (*m. 2* ł quia) ut *P* 13 exemplum, *m. 2* ł exemplar *P* quae] quam *PG edd.; cf. Kühner ausführl. Gramm. der lat. Spr. II § 17, 6* Karitati tuae *V* 14 membrorum *om. G* 15 et hoc] et ego hoc *P* 16 conici, *m. 2* conicio *G* 18 lege et agnosce *K* ista *HMAP a e f* dixerim *HG* (*m. 2* direxerim) 20 ipsam dicat, *m. 1 corr.* ipsa ldicat *P* ad *G* ipponea. *m. 2* ipponē a *G*

3 Quia ergo tunc, sicut scripsi, non potueram inspicere codices Graecos propter quaedam psalmi sexti decimi, inspexi postea, quos inueni. et unus habebat, quod et Latini nostri: Domine, perdens de terra dispertire eos; alius, sicut ipse posuisti: A paucis de terra. et illud quidem apertum habet sensum, perdens de terra, quam eis dedisti, dispertire eos in gentibus, quod et factum est eis, cum graui bello expugnati atque subuersi sunt. illud autem alterum quo modo accipiendum sit, non mihi occurrit, nisi quia in comparatione perditae multitudinis eorum reliquiae saluae factae sunt utique in paucis, a quibus eos dispertiendos, hoc est diuidendos atque separandos scriptura praenuntiauit dicens: Domine, a paucis, id est a reliquiis, quas ex illa gente saluas fecisti, de terra dispertire eos, ut terram intellegamus ecclesiam hereditatemque fidelium atque sanctorum, quae dicitur et terra uiuentium et quae illo etiam loco recte intellegi potest: Beati mites, quoniam ipsi hereditate possidebunt terram. cum autem dictum esset: A paucis de terra diuide eos, additum est 'in uita eorum', ut in manifesto futurum intellegeretur, dum hic uiuunt. separantur enim multi ab ecclesia, sed cum moriuntur, qui tamen cum uiuunt, per communionem sacramentorum unitatisque catholicae uidentur ecclesiae copulati. isti ergo diuisi sunt a paucis, qui ex illis crediderunt, de terra, quam sicut agrum suum excolit pater agricola, diuisi autem in uita sua, id est hic in manifesto, sicut uidemus. sequitur autem: Et de absconditis tuis adimpletus est

3; 18 Ps. 16, 14 15 Ps. 26, 13; 51, 7; 141, 6 al. 16 Matth. 5, 4 26 Ps. 16, 14

1 qui *A* sicut] sic *G* poteram *M* 2 XVI mi *K* XVI *ae* decimi sexti *cett. edd.* 5 de] a *H* aliud *A* 7 eis est *edd.* 8 sint *HMA a* 10 factae *om., m. 1 in marg. add. V* 11 atque *om. G* 12 reparandos *A post* separandos *m. fortasse 1 add. est* q, *G* domine a paucis *om., m. 2 add. K* 15 et *om. HMA edd. praeter m* 16 etiam illo *edd.* 17 hereditatem *G* (m *del.*) *K* 19 futurorum *H* 20 separentur *V* 21 qui *om. A* sacramentorum communionem *edd.* 22 ecclesia *H* 25 in uita sua *om, m. 2 add. K*

uenter eorum, id est praeter hoc, quod in manifesto diuisi sunt, etiam de absconditis tuis, quae in occulto reddis conscientiae malorum, adimpletus est uenter eorum; uentrem posuit pro internorum latentiumque secretis.

4 5 Quod uero sequitur: Saturati sunt porcina, iam, quid mihi ex hoc uideretur, aperui. sed quod alii codices habent et uerius habere perhibentur, quia diligentiora exemplaria per accentus notam eandem uerbi Graeci ambiguitatem Graeco scribendi more dissoluunt, obscurius est quidem, sed electiori 10 sententiae uidetur aptius conuenire. quia enim dixerat: Et de absconditis tuis adimpletus est uenter eorum, quibus uerbis occulta dei iudicia significata sunt — occulta quippe sunt miseris, etiam qui gaudent in malis, quos tradidit deus in concupiscentias cordis eorum —, uelut quae- 15 reretur, unde possint cognosci, qui in abscondito ira dei adimpleti sunt, et responderetur, quod in euangelio dictum est: Ex fructibus eorum cognoscetis eos, continuo subiunctum est: Saturati sunt filiis, hoc est fructibus, quod euidentius dicitur 'operibus suis'. unde alibi legitur: Ecce 20 parturiuit iniustitiam, concepit dolorem et peperit iniquitatem et alibi: Dein concupiscentia cum conceperit, parit peccatum. mali ergo filii mala opera, quibus

5; 18 Ps. 16, 14 13 Rom. 1, 24 17 Matth. 7, 16 19 Ps. 7, 15 21 Iac. 1, 15

1 propter *A* 3 cum scientiae *H* conscientia (con *in ras. m. 2*) *M* 4 possuit (*alterum* s *exp.*) *V* 6 hoc *in fine u. om. A* uidetur *A* 7 ueterius *H* 8 accentos *HM* notata tandē *V* notam eiusdem *e f l m* notam eiusmodi *r* 9 dissolunt, *m. 2* dissoluunt *P* obscure, *m. 2* obscurius est *K* est quidem *om. A* electori sententia *A* 12 occulta, *m. 1 supra add. l* occulti *V* occulte *G l r m* 13 miseri *MPGVK l r m* qui etiam *a e f* 14 dñs *V* 15 qui ** (*fuit* ab) *H* quiꝫ | *M* 16 cōpleti *M* 17 ex] a *H sec. sacr. litt.* subiectum *AV* 19 euidentius (us *ex corr. m. 2*) *K* suis *om., m. 2 add. K* legigitur (*sic!*) *K* 20 iustitiam *GV* (*ante 1 l. erasa uid.*) concepit d. et p. iniquit̄ *K* et *om. M* 21 de *A* deinde *V l r m sec. Vulg.* 22 quibus, *m. 2* in quibus *G*

cognoscuntur et qui de absconditis dei iudiciis internis cogitationum suarum tamquam in uentrem adimpleti sunt; bona opera boni filii sunt. unde ad sponsam ecclesiam dicitur: Dentes tui sicut grex detonsarum ascendens de lauacro, quae omnes geminos creant et sterilis non est in illis. in quo gemino fetu geminum opus dilectionis agnoscitur. domini dei scilicet et proximi, in quibus duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae.

Iste autem sensus, quo ita exponitur, quod scriptum est: Saturati sunt filiis, non mihi occurrerat, cum ante rescriberem; sed recensui breuissimam quandam eiusdem psalmi expositionem, quam iam olim dictaueram, et hoc satis breuiter a me positum repperi. inspexi etiam codices Graecos, utrum datiuus casus esset, quod dictum est 'filiis', an genetiuus, quo illa lingua utitur pro ablatiuo, et inueni genetiuum. quod si ad uerbum interpretaretur, scriptum esset: Saturati sunt filiorum; sed recte interpres sententiam secutus est et Latino more dixit: Saturati sunt filiis. quod uero sequitur: Et reliquerunt reliquias paruulis suis, existimo paruulos accipiendos manifestos carnis filios. unde etiam secundum istam non de porcina sed de filiis expositionem manet illa sententia. qua dixerunt: Sanguis huius super nos et super filios

4 Cant. 4, 2 7 Matth. 22, 40 18 Ps. 16, 14 22 Matth. 27, 25

1 et *om.* *V* iudicis, *m. 1 corr.* iudiciis *V* iudicii *K* internis. *m. 2* in internis *G* 2 uentrem (m *m. 2 del.*) *G* uentre *V* adinpleta *K* sunt * *H* 3 eccla *V* 4 detensarum *ex ras.*, *fuit* detemsarum *H* de *om.* *MV* 5 quae omnes *om.* *A* gemin *cum ras. super* n; *m. 2 add.* os *M* 7 dei *om.* *A* 10 sunt *m. 1 s. u.* *V* occur|rat *A* 11 rescribere *K* censui, *m. 1 corr.* recensui *M* 12 iam *om.* *K* 15 quos illa, *m. 2* quos ambos illa *G* quod (*m. 2* quo) illa *P* oblatiuo *prima l. ex ras.* (*fuitne* a *?*) *H* ΓΗΝΗΘΙΥΧ *K* 17 filiorum *P* filii | eorum (e *exp.*) *A* filii eorum *HM* interprae *H* 20 carnis, *m. 1 supra* i carnales *V* carnes *H* ista *HA* 21 parcina, *m. 1 corr.* porcina *M* portina *V* exposionem *H* ista *P* 22 eius *V*

nostros; ita enim reliquerunt operum suorum reliquias paruulis suis.

6 In quinto decimo autem psalmo quod scriptum est: Mirificauit uel: Mirificet omnes uoluntates suas inter illos, nihil prohibet intellegi, immo et conuenientius uidetur non 'inter illos' sed 'in illis'. sic enim et Graeci codices habent; saepe autem, quod habet illa lingua 'in illis', nostri interpretantur 'inter illos,' ubi uidetur sententiae conuenire. accipiamus ergo: Sanctis, qui in terra sunt eius, mirificauit omnes uoluntates suas in illis, quod plerique codices habent, et intellegamus uoluntates eius munera gratiae, quae gratis data est, id est quia uoluit, non quia debebatur. unde est: Scuto bonae uoluntatis coronasti nos et: In uoluntate tua deduxisti et: Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis et: Pluuiam uoluntariam segregans, deus, hereditati tuae et: Diuidens propria unicuique, prout uult, et alia innumerabilia. proinde: Mirificauit omnes uoluntates suas in illis; in quibus nisi in sanctis, qui in terra sunt eius? si enim terra, sicut supra ostendimus, potest accipi in bono et ubi non additum est 'eius', quanto magis ubi dicitur 'terra eius'! miras ergo fecit omnes uoluntates suas in illis, miras omnino fecit, quia eos ex desperatione mirabiliter liberauit.

7 Ex hac admiratione exclamat apostolus: O altitudo diui-

3; 9 Ps. 15, 3 12 Ps. 5, 13 13 Ps. 72, 24 14 Iac. 1, 18 14 Ps. 67, 10 15 I Cor. 12, 11 23 Rom. 11, 33

1 reli||quas, *m. 1 corr.* reli||quias *V* 3 quinto ·X·mo *V* XVo *K* est *m. 1 s. u. V* 6 et *om. m* 8 sententia *P* 9 sunt in terra *edd. sec. Vulg.* 10 suas *om. G* quod] con *H* cū *MA* habent et] habentes *K* 11 uoluntates] oēs uoluntates *V* quae] qua *A* 12 non quia] ñ quia ñ *M* uoluntatis] uoluntatis· tuae *V edd. sec. Vulg.* 13 deduxisti nos et *P* deduxisti me et *V edd. sec. sacr. litt.* 14 uoluntarię *M* (, *eras.*) *AK* uoluntariae *HG* gn̄ *K* 15 segregats, *m. 1 corr.* segregans *V* segregabis *G sec. Vulg.* hereditatis *H* 16 proprium *HMA* 17 mirificauit | mirificauit *alterum m. 2 del. G* in quibus *om., m. 2 add. K* 18 si—terra eius *om., in marg. m. 1 add. V* 19 ••terra (*fuisse uid.* in) *M* 22 l•iberauit (*fuit* i) *H* 23 exclamauit *P* clamabat *G*

tiarum sapientiae et scientiae dei! supra quippe dixerat: Conclusit enim deus omnes in infidelitate, ut omnium misereatur. nam hoc etiam hic sequitur: Multiplicatae sunt infirmitates eorum; postea accelerauerunt. infirmitates posuit pro peccatis, sicut ad Romanos apostolus dicit: Si enim Christus, cum infirmi essemus adhuc, iuxta tempus pro impiis mortuus est; hos dixit infirmos, quos impios. deinde paulo post eandem sententiam repetens: Commendat, inquit, suam caritatem deus in nobis, quoniam, cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est; quos infirmos supra, eos hic peccatores appellauit. item in consequentibus hoc idem aliis uerbis uersans: Si enim, cum inimici essemus, inquit, reconciliati sumus deo per mortem filii eius. ac per hoc in eo, quod dictum est: Multiplicatae sunt infirmitates eorum, intelleguntur multiplicata peccata eorum. lex enim subintrauit, ut abundaret delictum; sed quoniam, ubi abundauit delictum, superabundauit gratia, ideo postea accelerauerunt. non enim uenit ille uocare iustos sed peccatores, quia non est opus sanis medicus sed aegrotantibus, quorum scilicet multiplicatae sunt infirmitates, ut eis sanandis esset necessaria tantae gratiae medicina et, cui dimittuntur peccata multa, diligeret multum.

2 Rom. 11, 32 4 Ps. 15, 4 6; 9; 13; 17 Rom. 5, 6; 8; 10; 20 20 Matth. 9, 13; 12; Marc. 2, 17; Luc. 5, 32; 31 24 Luc. 7, 47

2 in infidelitatē *K; Vulg.* in incredulitatem, *Gr.* εἰς ἀπείθειαν 4 iniquitates *PG* 6 dicit] ait *M* christus enim *signis m. 1 corr. V* 8 hoc *HM* 9 commendat *H* 10 peccates, *m. 1 corr.* peccatores *V* 11 essemus—peccatores *om. A* 14 reconciliati—quod *bis A* 16 multiplicati *H* 17 eorum peccata *H* 18 delictum—superabundauit *om., m. ut uid. 2 in marg. add. H* 19 gratiam (m *del.*) *K* et gratia *A* accelauerunt *K* 20 ille *in fine u. om. G* 21 sanis *om. A* 22 multiplicati. *corr.* multiplicate *K* 23 eius (u *m. 2 del.*) *K* 24 medicine ā et *K* multa *om., m. 1 add. M*

8 Hoc cinis uaccae et aspersio sanguinis et cruentarum multiplicatio uictimarum significabat, non efficiebat. ideo deinceps dicit: Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, id est illorum sacrificiorum, quae immolabantur in figura sanguinis Christi. nec memor ero nominum illorum per labia mea. nomina quippe illorum erant in multiplicatione infirmitatum fornicatores, idolis seruientes, adulteri, molles, masculorum concubitores, fures, auari, raptores, ebriosi, maledici et quicumque alii regnum dei non possidebunt. sed ubi abundante peccato superabundauit gratia et postea accelerauerunt, haec quidem fuerunt, sed abluti sunt, sed sanctificati sunt, sed iustificati sunt in nomine domini nostri Iesu Christi et in spiritu dei nostri; ideo non memor erit nominum illorum per labia sua. sane codices emendatiores et electioris auctoritatis non habent 'uoluntates suas' sed 'uoluntates meas', quod tantundem ualet, quia ex persona filii dei dicitur. ipse quippe loquitur, quem uerba illa euidenter ostendunt, quibus et apostoli usi sunt: Non derelinques animam meam in inferno nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. eadem sunt utique munera gratiae patris et filii et spiritus sancti et ideo rectissime et filius eas potest dicere uoluntates suas.

3; 5 Ps. 15, 4 7; 12 I Cor. 6, 9—11 20 Ps. 15, 10; Act. 2, 27

1 cinis] in his *G* 2 *post* uictimarum *ras. 3—4 l. et* sign *in ras. K* efficebat *H* 4 immolabatur, *m. 1 corr.* immolabantur *V* 5 eorum *VK edd. sec. Vulg.* (*Septuag.* αὐτῶν) 6 illorum (o *in ras.*) erat *H* 7 fornicatiores (*post.* i *exp.*) *V* 8 concupitores *M* 10 non *om.*, *s. u. m. 1 add. V* ubi *m. 2 del. P* 11 superabundauit] habundauit *A* et *om. H edd.* 12 fuerant *H* sunt *om.*, *m. 1 s. u. add. V* significati, *m. 2* sanctificati *K* 13 sed iustificati sunt *om. M* (*s. u. m. 1 add.*) *G* 14 nostri *om. m* spiritum *K* 15 illorum *om. G* eorum *V* mea, *m. 2* sua *P* 16 emendatores *HA* electoris *H* auctoritates *K* 18 dei filii *H* filii (*om.* dei) *V f l r m* 19 ille uidenter, *m. 2* illa euidenter *G* 20 derelinquens *H* 21 tuum *om.*, *s. u. m. 1 add. V* corrũptione *K* 23 uoluntas *A*

9 Quod uero in psalmo quinquagesimo octauo de Iudaeis intellegitur dicente: Ne occideris eos, ne quando obliuiscantur legis tuae, conuenienter mihi uidetur intellegi ita esse praenuntiatum: eandem gentem etiam debellatam atque subuersam in populi uictoris superstitiones non fuisse cessuram, sed in ueteri lege mansuram, ut apud eam esset testimonium scripturarum toto orbe terrarum, unde ecclesia fuerat euocanda. nullo enim euidentiore documento ostenditur gentibus, quod saluberrime aduertitur, non inopinatum et repentinum aliquid institutum spiritu praesumptionis humanae, ut Christi nomen in spe salutis aeternae tanta auctoritate praepolleat. sed olim fuisse prophetatum atque conscriptum, nam ipsa prophetia quid aliud nisi a nostris putaretur esse conficta, si non de inimicorum codicibus probaretur? ideo: Ne occideris eos, ne ipsius gentis nomen extinxeris, ne quando obliuiscantur legis tuae, quod utique fieret, si ritus et sacra gentium colere compulsi penitus qualecumque nomen suae religionis minime retinerent. quod in eorum figura etiam de Cain scriptum est, quod constituit in eo dominus signum, ne quis occideret eum. denique cum dixisset: Ne occideris eos, ne quando obliuiscantur legis tuae, uelut quaereretur, quid de illis esset faciendum, ut in aliquos usus testimonii ueritatis non occidantur, id est non consumantur neque obliuiscantur legis dei, continuo subiunxit:

2 Ps. 58, 12 19 Gen. 4, 15

1 LVIII *PGK* 2 dicente ne] dictū ā *V* 5 in *m. 2 del. P* superstitionis *HP* (*m. 2* superstitionibus) *G* (*m. 2* superstitiones) 6 censuram *H* uetere *MAG* eas *A* 7 testimoniam, *m. 1 corr.* testimonium *H* orbū (~ *eras.*) *A* 8 nullo (o *in ras.*) *HP* euidentiori *HP* 12 praepollebat (b *exp.*) *V* 13 putaretur ** (*post. l. fuit* s) *H* 15 nec ipsius *V* 17 si ritus] spiritus, *m. 2 in marg.* l'ritus *A* gentilium *edd. praeter a* colege, *m. 1 corr.* colere *M* qualicumque *H* 18 religionis suae *edd.* 19 quod—eum *om., in marg. m. 1 add. V* 22 quod *A* 23 usu, *m. 2* usus *G* non] ne *G* 24 consummantur *HAG* (*m. 2* consummentur) neque] ne quando *V* dei] tuę *sed exp. et supra m. 1 add.* dī *V*

Disperge illos in uirtute tua. si enim uno in loco essent terrarum, non adiuuarent testimonio praedicationem euangelii, quae fructificat toto orbe terrarum. ideo: Disperge illos in uirtute tua, ut eius ipsius, cuius fuerunt negatores, persecutores, interfectores, ubique sint testes per ipsam legem, quam non obliuiscuntur, in qua est ille prophetatus, quem non sequuntur. neque enim eis aliquid prodest, quod eam non obliuiscuntur; aliud est enim legem dei habere in memoria, aliud in intellectu et effectu.

10 In sexagesimo autem et septimo psalmo quod quaeris quid sit: Verum tamen deus conquassabit capita inimicorum suorum, uerticem capilli perambulantium in delictis suis, non mihi uidetur aliud dictum quam 'deus conquassabit capita inimicorum suorum nimium superbientium, nimium se extollentium in delictis suis'. per hyperbolen quippe significauit superbiam tantum se extollentem et tanta elatione incedentem, quasi capilli uerticem perambulando calcarent. item in eodem psalmo quod scriptum est: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso, non semper in malo accipiendi sunt canes. alioquin non reprehenderentur apud prophetam canes nescientes latrare et amantes dormitare; profecto enim laudabiles canes essent, si et latrare

1 Ps. 58, 12 3 Col. 1, 6 11 Ps. 67, 22 18 Ps. 67, 24 20 Es. 56, 10

1 tue, *m. 1 corr.* tua *V* in uno *edd.* 2 esset, *m. 1 corr.* essent *V* adiuuaret testimonium *A* 3 ide, *m. 1 corr.* ideo *M* 4 necatores *PG* 5 ubi *H* 6 obliuiscantur *G* 7 neque—obliuiscuntur *om. M* eum *A* 8 obliuiscantur *HV* (*m. 1 corr.* obliuiscuntur) enim est *M* 9 aliud intellectu *AG* 10 et *om. edd. praeter a* 11 conquassauit *HMAPGK* 14 conquassauit *MPG* quassauit, *m. 2* conquassauit *H* superbientium nimium *om., m. 2 in marg. add. K* superbientem *A* 15 ГНРУГНРВШΛНN *K* 16 significat *H* superbia *G* stanta (s *m. 2 del.*) *K* 17 perambulande, *m. 2* perambulando *K* calcaret *edd.* 20 prophetã‧ (*fuitne* e *?* ~ *m. 2*) *M* 21 canes muti nescientes *l r m sec. sacr. litt.* 22 esset, *m. 1 corr.* essent *V*

scirent et uigilare amarent. et certe illi trecenti in numero per crucis litteram sacratissimo non eligerentur ad uictoriam faciendam, qui tamquam canes lamberent aquam, nisi aliquid magnum significarent. uigilant enim et latrant boni canes et pro domo et pro domino et pro grege et pro pastore. denique et hic in ecclesiae laudibus, cum prophetia exereretur, lingua canum est commemorata, non dentes. tuorum autem canum, dixit, ex inimicis, id est ut, qui erant inimici tui, fierent canes tui et latrarent pro te, qui saeuiebant in te. addidit autem 'ab ipso', ut non a se ipsis hoc factum intellegerent sed ab ipso, id est misericordia eius et gratia.

II 11 De prophetis quod ait apostolus: Quosdam quidem dedit deus in ecclesia apostolos, quosdam autem prophetas, hoc intellego, quod ipse scripsisti, prophetas eos dictos isto loco, ex quibus Agabus erat, non illos, qui uenturum in carne dominum prophetauerunt. euangelistas uero inuenimus, quos apostolos fuisse non legimus, sicut fuerunt Marcus et Lucas. pastores autem et doctores, quos maxime ut discernerem uoluisti, eosdem puto esse, sicut et tibi uisum est, ut non alios pastores. alios doctores intellegamus; sed ideo, cum praedixisset pastores, subiunxisse doctores, ut intellegerent pastores ad officium suum pertinere doctrinam. ideo

1 Iud. 7, 5—7 12 Eph. 4, 11 15 Act. 11, 27—28

1 certi *M* in *m. 2 del. G* 2 sacratissimâ (*sed ~ m. 2 esse uid.*) *G* 4 magnum, *sed* u *in ras.* (*m. 2 ?*) *H* 5 domo, *sed* mo *in ras.* (*m. 2 ?*) *H* grege, *sed* re *in ras.* (*m. 2 ?*) *H* pro *om., s. u. m. 1 add. V* 6 exerceretur (c *m. 2 del.*) *K* 7 dentes ** | tuorum (tu *m. 2 esse uid.*) *H* tu, *m. 1 corr.* tuorum *V* 8 ut *om., m. 1 add. M* erat, *m. 1 corr.* erant *M* 9 quis euidebant (d *eraso m. 2* qui seuiebant) *P* qui se uidebant *A* qui seuiebat, *m. 1 corr.* qui seuiebant *V* 11 misericordiae *HA* 12 de prophetis aũ quod *V* quosdam, *sed* s *in ras.* (*m. 2 ?*), *fuit* d *H* 15 dictos ex isto *Eug.* (*ex Knoelli quidem ed.*) agabus *m. 2 ex* agaius *M* non illos— prophetauerunt *om. H* 16 prophetarunt *V* (*m. 1 corr.* prophetauerunt) *Eug.* 17 inueniemus (*post.* e *exp.*) *P* fuisse aplos *signis m. 1 corr. V* apostolus *H* 18 Lucas et Marcus *edd.* 19 discerneremus *Eug.* 21 sub///iunxisse (*ras. 1—2 l.*) *M* subiunxit et, *pr.* t *in ras.* (*m. 1 ?*); *fortasse fuit* subiunxisset *P*

enim non ait: Quosdam autem pastores, quosdam uero doctores, sed cum superiora ipso locutionis genere distingueret dicendo: Quosdam autem apostolos, quosdam autem prophetas, quosdam uero euangelistas, sed hoc tamquam unum aliquid duobus nominibus amplexus est: Quosdam autem pastores et doctores.

12 Illa plane difficillime discernuntur, ubi ad Timotheum scribens ait: Obsecro itaque primum omnium fieri obsecrationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones. secundum Graecum enim eloquium discernenda sunt; nam nostri interpretes uix reperiuntur, qui ea diligenter et scienter transferre curauerint. ecce enim sicut ea ipse posuisti: Obsecro fieri obsecrationes, non eodem uerbo utrumque dixit apostolus, qui utique Graece illam scripsit epistulam; sed pro eo, quod in Latino est 'obsecro', ille Graece dixit παρακαλῶ; pro eo uero, quod Latinus uester habet 'obsecrationes', ille posuit δεήσεις. proinde alii codices, in quibus et nostri sunt, non habent 'obsecrationes' sed 'deprecationes'. tria porro quae sequuntur: Orationes, interpellationes, gratiarum actiones plerique Latini codices sic habent.

13 Unde si uelimus secundum Latinae linguae proprietates ista discernere more loquendi, nostram uel qualemque scientiam

3; 5 Eph. 4, 11 8 I Tim. 2, 1

1 non *om. K* quosdam (dam *s. u. m. 1*) *V* 2 se, *m. 2* sed *G* sed *om. m* locutioni *K* genera *A* 3 quos *A* autem *om. V* (*s. u. m. 1 add.*) *Eug.* quidem *m* apostolus *H* quosdam (dam *s. u. m. 1*) autem *V* 4 uero * (*fuit* ů) *A* sed *m. 2 del. P om. V* hos *Eug.* (*ex Knoelli quidem ed.*) 5 quosdam (dam *s. u. m. 1*) *V* quos *A* 8 fieri *in fine u. om., m. 2 add. G* 9 gratiarum actiones *om. A* 10 graecum (cum *in ras. m. 2*) *H* enim *om., m. 2 add. K* 12 eã *G* curauerunt *H* 16 ΠαΡακalo *V* ΠΑΡΑΝΑΛΩ (pa ra cv lo) *K* paracalo *MAG* paragalo *P* paraculo *H* latinibus, *m. 2* latinus *G* 17 ΛΗΗCIC (de e sis) *K* de Hecic *V* deesis *HMAPG* proinde cum (cum *m. 2 del.*) alii *P* 22 proprietatis *HM* (*m. 2* proprietates) 23 nra *A* qualē que *m. 2 coni. M* qualem, *m. 2 add.* libet *G* qualēcuq; *A* qualemcumque *P edd.* scitiam (sci *in ras. 6 fere l.*) *V* sententiam *m*

fortasse tenebimus; sed mirum si sententiam Graeci sermonis uel consuetudinis obtinebimus. precationem et deprecationem multi nostri hoc idem putant et hoc cotidiano usu iam omnino praeualuit. qui autem distinctius Latine locuti sunt, precationibus utebantur in optandis bonis, deprecationibus uero in deuitandis malis. precari enim dicebant esse precando bona optare, inprecari mala, quod uulgo iam dicitur maledicere, deprecari autem mala precando depellere. sed usitatum iam loquendi modum potius sequamur et, siue 'precationes' siue 'deprecationes' inuenerimus, quas Graeci δεήσεις uocant, non putemus esse emendandum. orationes uero, quas Graecus habet προσευχάς, distinguere a precibus uel precationibus omnino difficile est. quod uero quidam codices non habent 'orationes' sed 'adorationes', quia non dictum est in Graeco εὐχάς sed προσευχάς, non arbitror scienter interpretatum; προσευχάς enim orationes dici a Graecis notissimum est. et utique aliud est orare, aliud adorare. denique non isto uerbo sed alio legitur in Graeco: Dominum deum tuum adorabis et: Adorabo ad templum sanctum tuum et si qua similia.

14 Pro interpellationibus autem, quod nostri habent, secundum codices, credo, uestros postulationes posuisti. haec interim duo, id est quod alii postulationes, alii interpellationes inter-

18 Matth. 4, 10 Ps. 5, 8

1 sed—obtinebimus *om. K* 2 precationem] predicationem *A* 3 nostri, *m. 2* nostrū *G* haec idem *Eugippi cod. Ambr. et Vat.* usui *HMAK* 9 sequantur, *m. 2* sequamur *G* 10 inuenimus *H* quam *MAP* (*m. 2* ł quas) *G* ΛΗΗCIC *K* deesis *cett. codd.* 11 emendandum esse *edd.* quas *om., s. u. m. 1 add. V* graecis *H* graecas. *m. 1 corr.* graecus *V* habent, *m. 1 corr.* habet *A* 12 ΓPWCHVKAC *K* proseuchas *HPG* ꝑseuchas *M* ꝑseuscas, *m. 1 corr.* ꝑseuschas *V* pro seuchas *A* omnino] omni modo *M* 14 adorationes] orationes, *m. 2* adorationes *G* non *om. M* HVKAC sed ΓPWCHVKAC *K* euchas sed proseuchas *cett. codd.* 15 ΓPWCHVKAC *K* proseuchas *cett. codd.* 16 a *om., m. 1 add. M* 17 orare] orationes, *m. 1 corr.* orare *V* aliud] aliud ē *M* adorare] orare, *m. ut uid. 2* adorare *G* 21 credo *s. u. m. 1 V* interim, *m. 2* l' iterum *G*

pretati sunt, unum uerbum transferre uoluerunt, quod Graecus habet, ἐντεύξεις. et profecto aduertis et nosti aliud esse interpellare, aliud postulare. non enim solemus dicere 'postulant interpellaturi' sed 'interpellant postulaturi'; uerum tamen ex uicinitate uerbum usurpatum, cui propinquitas ipsa impetrat intellectum, non est uelut censoria notatione culpandum. nam et de ipso domino Iesu Christo dictum est, quod interpellet pro nobis. numquidnam interpellat et non etiam postulat? immo uero, quia postulat, pro eo positum est 'interpellat'. euidenter quippe alibi de illo dicitur: Et si quis peccauerit, aduocatum habemus ad patrem Iesum Christum iustum; ipse est exoratio pro peccatis nostris. quamquam fortassis codices apud uos etiam in eo loco de domino Iesu non habent 'interpellat pro nobis' sed 'postulat pro nobis'; in Graeco enim, quo uerbo hic positae sunt interpellationes, quas ipse posuisti postulationes, ipsum et illic uerbum est, ubi scriptum est: Interpellat pro nobis.

Cum igitur, et qui precatur et qui orat, precetur et, qui interpellat deum, ad hoc interpellet, ut oret et precetur, quid sibi uult, quod ista ita posuit apostolus, ut non sit

7 Rom. 8, 34 10 I Ioh. 2, 1—2

2 HHΘHVXIC *K* enteuxis *HMAPG* enteunxis *V* adfertis et *H* aduertisset *A* aduertis. Sed *M* interpellares (s *m. 2 del.*) *K* 4 interpellatori *K* interpellaturi (tu *m. 2 del.*) *G* interpellari *A* sed interpellant postulaturi *om. P* interpellant *ex* interpellent *aut contra m. 1 M* postulatori *K* postulari *AG* 5 impetrant *H* imperat *V* (*m. 1 corr.* impetrat) *K* 6 censuaria notatione *HMA* censoria | otione *P* censori an oratione, *m. 2* censoria oratione *G* 7 interpellat *PG edd.* 8 numquidnon *G* 10 eo *edd.* 11 apud *l r.m sec. Vulg.* 12 iustum *om. PG* ipse] et ipse *V l r m sec. sacr. litt.* est] est et (et *exp.*) *V* 13 in *s. u. m. 1 V* 14 Iesu Christo *edd.* habet, *m. 1 corr.* habent *G* 15 qui (*m. 2* quo) uerbo *G* 17 inpellat, *m. 1 corr.* interpellat *V* 19 precatur oret et qui orat *V edd. praeter a e* orat] operat *A* 20 ad hoc interpellet (*m. 2* interpellat) *G* 21 quid] quia, *m. 2* quid *P*

eorum neglegenda distinctio? excepto itaque nomine generali et salua loquendi consuetudine, secundum quam, siue dicas precationem siue orationem siue interpellationem uel postulationem, una eademque res intellegitur, aliqua etiam singulorum istorum proprietas inquirenda est, sed ad eam liquido peruenire difficile est; multa quippe hinc dici possunt, quae inprobanda non sint.

16 Sed eligo in his uerbis hoc intellegere, quod omnis uel paene omnis frequentat ecclesia, ut precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione sacramentorum, antequam illud, quod est in domini mensa, incipiat benedici, orationes, cum benedicitur et sanctificatur et ad distribuendum comminuitur, quam totam petitionem fere omnis ecclesia dominica oratione concludit. ad quem intellectum etiam uerbi Graeci origo nos adiuuat; nam eam quam dicunt εὐχήν raro ita scriptura ponit, ut intellegatur oratio; sed plerumque et multo usitatius uotum appellatur εὐχή, προσευχήν uero, quod uerbum ita positum est, unde tractamus, semper orationem uocat. unde hanc uerbi originem, sicut superius dixi, nonnulli minus erudite intuentes προσευχήν non orationem sed adorationem dicere uoluerunt, quae potius προσκύνησις dicitur; sed quia oratio interdum uocatur εὐχή, adoratio putata est προσευχή. porro si usitatius, ut dixi, in scripturis uotum appellatur εὐχή, excepto nomine generali orationis ea proprie intellegenda est oratio, quam facimus ad uotum, id est πρὸς

1 nec legenda *M* 4 unã (~ *eras.*) *M* eademque (que *s. u. m. 1*) *V* 6 istinc *H* 9 frequentat ecclesia *M* 13 omnis fere *M* 15 HVKHN *K* euchen *cett. codd.* ita *om. M* 16 et] ut *MAP* (*m. 2* aut) *G* (*m. 2* et) 17 appellatum *HK* (*corr.* appellatur) appellat *edd. praeter a* euche *HMAPGV* HVKHN *K* εὐχήν *edd.* ΠΡШCHVKHN *K* proseuchen *cett. codd.* 18 i:a] ibi *V* 20 ΠΡШCHVKHN *K* proseuchen *cett. codd.* dicere sed adorationem *I'G* 21 ΠΡШCKINHCIC *K* proscynesis *HMAPGV* (c *s. u. m. 1*) 22 HVKH *K* euche *HMAG* reuche *P* euchen (n *exp.*) *V* 23 ΠΡШCHVKHN *K* proseuche *HMAPG* pseuchen (n *exp.*) *V* 24 HVKH *K* euche *cett. codd.* 25 fecimus *V* ΠΡШCHVKHN *K* proseuchen *cett. codd.*

εὐχήν. uouentur autem omnia, quae offeruntur deo, maxime sancti altaris oblatio, quo sacramento praedicatur nostrum illud maximum uotum, quo nos uouimus in Christo esse mansuros, utique in compage corporis Christi. cuius rei sacramentum est, quod unus panis, unum corpus multi sumus. ideo in huius sanctificatione et distributionis praeparatione existimo apostolum iussisse proprie fieri προσευχάς, id est orationes uel, ut nonnulli minus perite interpretati sunt, adorationes, hoc est enim ad uotum, quod usitatius in scripturis nuncupatur εὐχή. interpellationes autem siue, ut uestri codices habent, postulationes fiunt, cum populus benedicitur; tunc enim antistites uelut aduocati susceptos suos per manus inpositionem misericordissimae offerunt potestati. quibus peractis et participato tanto sacramento gratiarum actio cuncta concludit, quam in his etiam uerbis ultimam commendauit apostolus.

17 Haec autem causa praecipua fuit ista dicendi, ut his breuiter perstrictis atque significatis non putaretur neglegendum esse, quod sequitur: Pro omnibus hominibus, pro regibus et his, qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam uitam agamus in omni pietate et caritate, ne quisquam, sicut se habet humanae cogitationis infirmitas, existimaret non esse ista facienda pro his, a quibus persecutionem patiebatur ecclesia, cum membra Christi ex omni essent hominum genere colligenda. unde adiungit et

5 I Cor. 10, 17 19 I Tim. 2, 1—2

3 aliud *HMA edd. praeter m* uotum maximum *edd.* nouimus *AGV* (*m. 1 corr.* uouimus) uouemus *P* 4 cui *K* 6 sanctificatione ••••••••••onis praeparatione (*in ras. fuisse uid.* distributi) *V* sanctificationis praeparatione *m* 7 apostolorum *A* ΓΡΦCHVKAC *K* proseuchas *cett. codd.* 8 uelut *HAG* (*m. 2* uel ut) uelut ut (*pr.* ut *m. 2 del.*) *P* 10 nuncupatus, *m. 2* nuncupatur *M* HVKH (e u che) *K* euche *cett. codd.* 11 nostri *GV* 13 inpositione *H* 17 ut] in *A* 18 constrictis *A* perscribtis *Eugippi cod. Vat.*, praescriptis *cett. Eugippi codd.* 19 esse *om. Eugippi cod. Vat.* 20 qui et••am (*fuit* i) *H* 23 ñe (e *exp.*) *V* ista esse *Eugippi cod. Vat.* 25 unde] unde | et *M*

dicit: Hoc enim bonum est et acceptum coram saluatore deo nostro, qui omnes homines uult saluos fieri et in agnitionem ueritatis uenire. et ne quisquam diceret posse esse salutis uiam in bona conuersatione et unius dei omnipotentis cultu sine participatione corporis et sanguinis Christi, unus enim deus, inquit, et unus mediator dei et hominum homo Christus Iesus, ut illud, quod dixerat 'omnes homines uult saluos fieri', nullo alio modo intellegatur praestari nisi per mediatorem non deum, quod semper erat uerbum, sed hominem Christum Iesum, cum uerbum caro factum est et habitauit in nobis.

18 Unde nec illud te moueat, quod de Iudaeis idem apostolus dicit: Secundum euangelium quidem inimici propter uos, secundum electionem autem dilecti propter patres. altitudo quippe illa diuitiarum sapientiae et scientiae dei et illa inscrutabilia iudicia eius et inuestigabiles uiae eius hanc fidelibus cordibus magnam ingerunt admirationem, qui de illius sapientia pertendente a fine usque in finem fortiter et omnia suauiter disponente non dubitant, quid sit, quod ei placet, ut nascantur, crescant ac multiplicentur hi, quos etsi malos ipse non fecit, tamen malos futuros esse praesciuit. nimis enim consilium eius in abdito est, quo etiam malis

1; 6 I Tim. 2, 3—5 11 Ioh. 1, 14 14 Rom. 11, 28 16 Rom. 11, 33 20 Sap. 8, 1 22 Gen. 1, 28 al.

1 bonum et acceptum est *edd.* coram .. *H* dō saluatore nr̄o *signis corr. V* saluatore nostro deo *edd. Eug. sec. sacr. litt.* saluatore *ex* saluatori *factum uid. P* saluatori *M* (*m. 2* saluatore) *A Vulgatae cod. Amiatinus et Fuldensis* (*m. 1*) salutari *HK* 3 in] ad *Eugippi cod. Vat. sec. Vulg.* 4 bono *H* con¦, *m. 2 add.* ūsatione *M* 6 inquit deus *A* 8 uult *s. u. m. 1 V* saluus *H* 9 p̄ri *K* non] nostrum *H* 10 uerbum erat *edd.* 11 habitabit *H* 13 moueat te *M edd.* 14 ait *V edd.* secd̄m (c *s. u. m. 1*) *V* 16 patres (e *s. u. m. 1*) *V* 18 hoc *M* 19 quid *K* quę *A* 20 sapientiae *H* pertende¦ *A* in] ad, *m. 1 corr.* in *M* ad *edd. sec. Vulg.* 21 disponite *A* 22 ei (i *ex ras.*) *A* ac (*fuit* h) *H*

bene utitur ad prouectum bonorum etiam in hoc mirificans omnipotentiam bonitatis suae, quia, sicut illorum nequitiae est male uti bonis operibus eius, sic illius sapientiae est bene uti malis operibus eorum.

19 Hanc igitur altitudinem sacramenti sic commendat apostolus: Nolo uos ignorare, fratres, sacramentum hoc, ut non sitis uobis sapientes, quia caecitas ex parte in Israhel facta est, donec plenitudo gentium intraret et sic omnis Israhel saluus fieret. 'ex parte' dixit, quia non omnes excaecati sunt; erant enim ex illis, qui Christum cognouerunt. plenitudo autem gentium in his intrat, qui secundum propositum uocati sunt. et sic omnis Israhel saluus fiet, quia et ex Iudaeis et ex gentibus, qui secundum propositum uocati sunt, ipsi uerius sunt Israhel, de quo dicit idem apostolus: Et super Israhel dei; illos autem dicit Israhel secundum carnem: Videte, inquit, Israhel secundum carnem. deinde interponit testimonium prophetae: Veniet ex Sion, qui eripiat et auertat impietatem ab Iacob; et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata illorum non utique omnium Iudaeorum sed electorum.

20 Hinc adiungit ea, quae inquirenda posuisti: Secundum euangelium quidem inimici propter uos. pretium quippe redemptionis nostrae sanguis est Christi, qui utique non nisi ab inimicis potuit occidi. hic est ille usus malorum

6 Rom. 11, 25—26 15 Gal. 6, 16 16 I Cor. 10, 18 18 Rom. 11, 26—27; Es. 59, 20—21 22 Rom. 11, 28

1 profectum *HG; cf. p. 366, 1* 2 nequitia *M* 3 mali (*sic!*) — eius *m. 2 in ras.*, sic illius sapientae (*sic!*) — eorum *in marg. m. 2 add. H* sapientia *M* 6 hoc sacramentum *edd.* 7 satis, *m. 2* sitis *G* 8 in *om. PG* (*m. 2 add.*) *V* subintraret *V* 9 omnes *H* fieret] erit *A* 12 et sic—uocati sunt *om. H* 13 fieret *P* (*m. 1 ?* re *del.*) *K* 14 uerus *edd. praeter l* 16 uidete—carnem *om. G* 18 exyon *A* auertat] auferat *V* 20 eorum *edd. sec. Vulg.* 21 dilectorum *P m* 24 sanguinis (ni *exp.*) *V* 25 inimicis (in *s. u. m. 1*) *V*

in prouectum bonorum. quod uero adiungit: Secundum electionem autem dilecti propter patres, hinc ostendit non illos inimicos sed electos esse dilectos. sed scripturae mos est ita loqui de parte tamquam de toto, sicut Corinthios in primis epistulae suae partibus ita laudat, tamquam omnes tales sint, cum essent laudabiles quidam eorum, et postea in nonnullis epistulae ipsius locis ita reprehendit, tamquam omnes culpabiles essent, propter quosdam, qui tales erant. istam diuinarum scripturarum consuetudinem per omne corpus litterarum eius creberrime sparsam quisquis diligenter aduerterit, multa dissoluit, quae inter se uidentur esse contraria. inimicos ergo alios dicit, alios dilectos; sed quia in uno populo erant, uelut eosdem ipsos dicere uidetur. quamquam et ex ipsis inimicis, qui crucifixerunt dominum, plerique conuersi sunt et apparuerunt electi, tunc electi, quando conuersi, quantum ad salutis initium, quantum uero ad dei praescientiam, non tunc electi sed ante constitutionem mundi. sicut idem dicit apostolus, quod elegerit nos ante mundi constitutionem. duobus itaque modis ipsi inimici, qui dilecti, siue quia in uno populo utrique fuerant siue quia ex inimicis saeuientibus usque ad sanguinem Christi quidam eorum dilecti facti erant secundum electionem, quae latebat in praescientia dei. ad hoc enim addidit 'propter patres', quia id, quod patribus promissum est, oportebat impleri, sicut circa finem epistulae ad Romanos ait: Dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis propter ueritatem

1 Rom. 11, 28 18 Eph. 1, 4 25 Rom. 15, 8—9

1 prouectu *V* 2 hic *V* 5 tamquam omnes—reprehendit *om.*, *m. 2 in marg. add. H* 7 in *s. u. m. 1 V* in *om. HAK* 11 multo, *m. 2* multa *MP* multo *HG* (*m. ut uid. 2* multa) 14 crucifixerant *V* dñm *A* 15 apparuerunt delecti (d *eras. m. 1 supra add.* ·:·) *V* conuersi·· *V* 17 praes·cientiam (*fuit* t) *H* praesentiam *G* (*m. 2* praescientiam) *V* 18 constitutionem mundi *GK* 19 ita *A* quia *HM* (*m. 2* qui et) *A* 21 usque] que *K* 22 facti *om. HMA* qua *H* 23 praesentia *A* 24 impleri Si ppt̃ patres. quia id qđ patrib; sicut *P* 26 fuisse] suis se *K*

dei ad confirmandas promissiones patrum, gentes autem super misericordia glorificare deum. secundum istam misericordiam dictum est: Inimici propter uos, quod et supra dixerat: Illorum delicto salus gentibus.

21 Cum autem dixisset: Secundum electionem propter patres, addidit: Sine paenitentia enim sunt dona et uocatio dei. uides certe illos significari, qui pertinent ad numerum praedestinatorum. de quibus alio loco dicit: Scimus, quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum uocati sunt. multi enim sunt uocati, pauci uero electi; qui uero electi, ipsi sunt secundum propositum uocati, in quibus procul dubio dei praescientia falli non potest. hos praesciuit et praedestinauit conformes imaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus; quos autem praedestinauit, illos et uocauit. haec uocatio est secundum propositum; haec est sine paenitentia. quos autem uocauit, illos et iustificauit; quos autem iustificauit, illos et glorificauit. si deus pro nobis, quis contra nos?

22 Non sunt in ista uocatione, qui in fide, quae per dilectionem operatur, etiamsi aliquantum ambulant, non per-

4 Rom. 11, 11 7 Rom. 11, 29 10; 14; 18 Rom. 8, 28—31 12 Matth. 20, 16; 22, 14 22 Gal. 5, 6

2 misericordiā *M* 3 inimicis (s *m. 2 del.*) *K* 4 delecto, *m. 2* delicto *M* dilectio *A* 6 electionem dilecti propter *l r m* propter *om. HV* (*in marg. m. 1 add.*) 7 patris *HP* (*m. 2* patres) penitentiā (~ *eras.*) *M* patitentia, *m. 1 corr.* penitentia *V* 8 significare, *m. 1 corr.* significari *V* 10 quia] qūo *G sec. Vulg.* 11 bono *HM* (*ex* bonū *m. ut uid. 1*) bona *ex* bonū *V* 12 multi] sci multi *MG edd. praeter m scc. Vulg.* 13 qui uero electi *om. H* 14 dei procul dubio *edd.* praesentia *AG* (*m. 2* praescientia) 15 conformes, *m. 2* conformes fieri *P* conformes fieri *GV sec. Vulg.* 16 sint (n *exp.*) *V* primogenit?s (*super incertam l.* u *m. 1*) *V* multis] multib; *V* 18 est *om. V* haee, *m. 1 corr.* haec *V* 19 paenitentia• (*fuit* m) *H* iustificauit—illos et *om. A*

seuerant usque in finem. et utique potuerunt rapi, ne malitia mutaret intellectum eorum, si ad illam praedestinationem et uocationem, quae secundum propositum et sine paenitentia est, pertinerent. ac ne quisquam praesumptor ita de occultis iudicet alienis, ut dicat: 'Ideo non rapti sunt ex hac uita, antequam essent fidei desertores, quia in eadem uita non fideliter ambulabant et hoc in eorum cordibus nouerat dominus, quamuis hominibus aliter appareret,' quid dicturus est de infantulis paruulis, qui plerique accepto in illa aetate Christianae gratiae sacramento, cum sine dubio pertinerent ad uitam aeternam regnumque caelorum, si continuo ex hac uita migrarent, sinuntur crescere et nonnulli etiam apostatae fiunt? unde, nisi quia non pertinent ad illam praedestinationem et secundum propositum ac sine paenitentia uocationem? cur autem ad eam alii pertineant, alii non pertineant, occulta causa esse potest, iniusta non potest. numquid enim iniquitas apud deum? absit. nam et hoc ad illam pertinet altitudinem iudiciorum, quam mirans tamquam expauit apostolus; ideo quippe illa iudicia uocat, ne quisquam talia fieri putet siue iniquitate siue temeritate facientis siue casu et fortuito labentibus ullis partibus tam dispositorum sub tanta dei sapientia saeculorum.

23 In epistula porro ad Colossenses quod scriptum est: Nemo uos seducat uolens in humilitate et cetera, quae

1 Sap. 4, 11 16 Rom. 9, 14 18 Rom. 11, 33 23 Col. 2, 18

1 utique non potuerunt *K* rapinę *A* rapine, *m. 2* rapi ne *P* malicie, *m. 1 corr.* malicia *V* 2 mutare, *m. 2* mutaret *P* utare, *m. 2* mutaret *G* illa, *m. 2* illā *G* 4 at *V edd.* quisquam (is *s. u. m. 1*) *V* 5 iudic *in fine u.*, *m. 2* iudicet *G* 6 ac, *m. 2* hac *M* uita ante ambulabant *HM* uita ubi ante ambulabant *A* (*om.* quam essent—fideliter) deseꝛtores *K* 7 uia *VK* cordis *A* 8 quod *H* 9 infantulis (*fuitne* s *?*) *A* 12 emigrarent *APGV* (n *s. u. m. 1*) *edd.* 16 iniusta esse non *m* 17 apud] ā apud *V* 18 pertinet *H* iudę-orum *A* 19 illa] alia, *m. 2* talia *G* 20 ꝛ fieri (*fuit* p) *K* faciendis *HMA* 21 fortuitu *AV* illis *G* tam *m. 2 del. P* sub tanta] substantia, *m. 2* a substantie *G* 22 sapientia dei *HMA edd.*

sequuntur, quousque tibi obscura esse dixisti, nec ego adhuc sine caligine intellego. atque utinam praesens de me ista quaesisses! in eo quippe sensu, quem mihi in his uerbis habere uideor, adhibenda est quaedam pronuntiatio in uultu et modo uocis, qui exprimi litteris non potest, ut ex aliqua parte aperiatur, quod ideo fit obscurius, quia non recte, sicut existimo, pronuntiatur. quod enim scriptum est: Ne tetigeritis, ne gustaueritis, ne adtaminaueritis, tamquam praeceptum putatur apostoli nescio quid tangere, gustare, adtaminare prohibentis. contra est autem, si tamen in tanta ista obscuritate non fallor. per inrisionem quippe uerba posuit eorum, a quibus eos nolebat decipi atque seduci, qui discernentes cibos secundum culturam angelorum atque ita de hoc mundo decernentes dicunt: Ne tetigeris, ne gustaueris, ne adtaminaueris, cum sint omnia munda mundis et omnis creatura dei bona sit, quod alio loco euidenter ipse commendat.

24 Totam ergo ipsius sententiae circumstantiam uideamus; ita enim apostoli intentione perspecta sensum eius, quantum ualemus, fortasse tenebimus. quibus enim ista scribit, metuebat eos seduci umbris rerum, dulci nomine scientiae, et auerti a luce ueritatis, quae est in Christo Iesu domino nostro. hanc autem sub nomine sapientiae uel scientiae curam uanarum superfluarumue obseruationum et de superstitione gentilitatis

7; 14 Col. 2, 21 15 Tit. 1, 15 16 I Tim. 4, 4 21 Col. 2, 17; Hebr. 10, 1 22 Eph. 4, 21; Ioh. 14, 6; I Ioh. 5, 6

1 obscura tibi *GV* adhuc *om. K* 2 ista *om. A* 3 quaesiisses *m* in eo] ideo *A* 4 habere] uidere *VK* uultu// (*parua ras.*) *P* 7 ne tetigeritis, ne gustaueritis *om. K* 8 ne gustaueritis *om. A* neque gustaueritis *PG sec. sacr. litt.* 9 qui *H* 10 prohibentes *HM* (*ras.* prohibentis) 11 obscuritate ista *edd.* inrisorem, *m. 2* irrisionem *M* 12 decipiat que *H* dicipi (*corr.* decipi) atque *P* 13 culturum *H* 14 discernentes *P* ne tetigeritis, ne gustaueritis, ne attaminaueritis *V edd.* (*cf. u. 7*); *sacr. litt. singularem habent numerum* neque gustaueris *G sec. sacr. litt.* 16 quod in alio *H edd.* 17 ipse euidenter *edd.* 20 ita *HMA* 21 uerti *K* 24 superfluarum uel *GK* superstitutione *H*

maximeque ab eis, qui philosophi nuncupati sunt, et a Iudaismo cauendam esse cernebat, ubi erant umbrae futurorum remouendae, quoniam lumen earum iam Christus aduenerat. cum ergo commemorasset et commendasset, quantum certamen pro eis haberet et pro his, qui Laodiciae fuerant et quicumque non uiderant faciem eius in carne, ut cordibus consolarentur copulati in caritate et in omnibus diuitiis plenitudinis intellectus ad cognoscendum mysterium dei, quod est Christus. in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi, hoc dico, inquit, ut nemo uos circumueniat in uerisimili sermone. quia ueritatis amore ducebantur, ueri similitudinem illis timuit, ne deciperentur. et ideo commendauit in Christo, quod dulcissimum habebant. thesaurum scilicet sapientiae et scientiae, cuius nomine et promissione induci poterant in errorem.

Nam etsi corpore, inquit, absens sum, spiritu uobiscum sum gaudens et uidens uestram ordinationem et id, quod deest fidei uestrae in Christo. ideo illis timebat, quoniam, quid eis adhuc deesset, uidebat. sicut ergo accepistis, inquit, Iesum Christum dominum nostrum, in ipso ambulate radicati et superaedificati in ipso et confirmati in fide, sicut et didicistis, abundantes in ea gratiarum actione. uult eos fide nutriri, ut capaces fiant participandorum thesau-

2 Col. 2, 17; Hebr. 10. 1 3 Ioh. 1, 7—9; 3, 19; 8, 12; 9, 5; 12, 46 4 Col. 2, 1—4 17; 21 Col. 2, 5—7

1 sunt nuncupati *edd.* nuncupant̃, *m. 1 corr.* nuncupati *V* 2 cauendā *G* cauenda *cett. codd.* 5 laodicę, *m. 2* laodicię *M* 10 scientiae ////// (*fuitne* dī ?) *H* 12 uerisimile, *m. 2* uerisimili *M* uerisimi *G* 17 absensum *A* (*m. 2* absens sum) *K* 18 suum *H* et *m. 2 del. G* 19 deesse, *m. 2* deē *M* 20 illos, *m. 2* illis *G* quid eis] iudeis. *m. 2* id eis *G* deesset, *m. 2* deesse *G* 22 ipsu *K* ambulante (n *exp.*) *P* 23 sicut ex, *m. 2* sicut et *G* sicut (*om.* et) *V* 24 in ea ingratiarum *V* in earum gratiarum *K* 25 thesaurū *M*

rorum sapientiae et scientiae, qui sunt absconditi in Christo. ne ante. quam sint ad haec idonei, uerisimili sermone capiantur et a ueritatis itinere deuient. deinde apertius, quid eis timeat, ostendens: Videte, inquit, ne quis uos decipiat per philosophiam et inanem seductionem secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi et non secundum Christum, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. ideo 'corporaliter' dixit, quia illi umbraliter seducebant, translato uerbo usus, sicut etiam umbrae nomen in his rebus non est utique uerbum proprium sed quadam similitudinis ratione translatum. et estis, inquit, in illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis. per principatus enim et potestates superstitio gentilium uel philosophi seducebant praedicantes illam, quam uocant, theologiam per elementa huius mundi. caput autem omnium Christum principium omnium uoluit intellegi, sicut ipse, cum ei dictum esset: Tu quis es? respondit: Principium. quod et loquor uobis. omnia enim per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil. mirabiliter autem uult eos esse horum uelut mirabilium contemptores, cum eos ostendit corpus factos illius capitis dicendo: Et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis.

4; 12 Col. 2, 8—10 18 Ioh. 8, 25 19 Ioh. 1, 3

3 a *om., m. ut uid. 1 add. G* ueritatis, *m. 2* ueritate *G* itinere *om. G* deuitnt, *m. 1 corr.* deuient *V* quid] inquid (in *m. 2 del.*) *P* 4 uos quis *PG* 8 habitat *AG edd. praeter a* 9 ideo corporaliter *om., m. 2 add. K* umbratiliter *PK m* umbrabiliter *V; cf. ep. CLXXXVII, 39 in.* seducebant, *m. 2* seducebantur *G* seducebant *V* 11 proprium uerbum *M* sed] ubi *P* 12 simulationis *A* et] ut *K* in illo inquit *edd.* 13 est *om., m. 1 add. H* potestates *K* 14 per *om. A* potestate *K* superstitiū (~ *eras. m. 2* superstitio) *M* 15 • illam *H* quem *A* 18 ipse ait cum *MAPGV* 19 qui *VK edd.* (*Gr.* ὅτι, *Vulg.* quia) 23 principnatus, *m. 1 corr.* principatus *V* 24 potestatus, *m. 2* potestatis *M*

26 Hinc iam, ne umbris Iudaismi seducantur, adiungit: In quo etiam circumcisi estis circumcisione non manu facta in expoliatione corporis carnis — uel, sicut aliqui habent, in expoliatione corporis peccatorum carnis —, in circumcisione Christi consepulti ei in baptismum, in quo et consurrexistis per fidem operationis dei, qui suscitauit illum a mortuis. uide, quem ad modum et hic corpus Christi eos ostendit, ut ista contemnant, cohaerentes tanto capiti suo, mediatori dei et hominum Christo Iesu, et nullum falsum uel inualidum medium, per quod deo cohaereant, requirentes. et uos, inquit, cum essetis mortui in delictis et praeputio carnis uestrae — praeputium uocauit, quod significatur praeputio, hoc est delicta carnalia, quibus expoliandi sumus —, uiuificauit, inquit, cum illo donans uobis omnia delicta, delens, quod aduersus nos erat, chirographum in decretis, quod erat contrarium nobis — quia reos lex faciebat, quae subintrauerat, ut abundaret delictum —, tollens, inquit, illud de medio et affigens illud cruci, exuens se carne principatus et potestates exemplauit fiducialiter triumphans eos in semet ipso. non utique bonos sed malos principatus et malas potestates diabolicas scilicet et daemoniacas exemplauit, id est exemplum de illis dedit, ut,

1; 11; 15; 19 Col. 2, 11—15 8 Eph. 1, 22—23; 4, 15; 5, 23: Col. 1, 18 10 I Tim. 2, 5 18 Rom. 5, 20

3 expoliatione• *H* corporis peccatorum carnis in circumcisione non manu facta in expoliatione corporis carnis uel (*sed* peccatorum *et* in circumcisione—carnis *eras.*) *K* 5 in *om. HMA* 6 ei////// (*ras. 2—3 litt*) *H* in baptismum, *m. 1* (*?*) *corr.* in baptismo *G* per baptismum *l r* in baptismo *m sec. sacr. litt.* č••surrexistis *V* čresurrexistis *M* 8 uidē, *corr.* uide *K* 10 mediatoris (s *m. 1 del.*) *G* mediator, *post* r *parua ras. esse uid. H* 14 carnalia delicta *G* 15 nobis *A* 16 dolens, *m. 2* delens *G* aduersum *H* eos, *m. 1 corr.* nos *V* 18 uobis, *m. 1 corr. uid.* nobis *H* 20 cruci et exuens *V* carnē *codd.* (*in M ~ eras.*) carnem *a e f l; cf. p. 373, 1* 21 potestatē, *corr.* potestatis *K* potestatis *A* 22 eos *om. K* 23 et *post* scilicet *om. K* 24 demoniacas, *m. 2* demonicas *G*

quem ad modum ipse se exuit carne, sic suos ostenderet exuendos carnalibus uitiis, per quae illi eis dominabantur.

27 Iam hic diligenter adtende, quem ad modum inferat, propter quod cuncta ista commemorauimus. nemo ergo uos, inquit, iudicet in cibo, tamquam propterea omnia illa dixerit, quia isti per huius modi obseruationes seducebantur a ueritate, qua liberi fiebant, de qua dictum est in euangelio: Et ueritas liberabit uos, id est liberos faciet. nemo ergo uos, inquit, iudicet in cibo aut in potu aut in parte diei festi aut neomeniae aut sabbatorum, quod est umbra futurorum. hoc propter Iudaismum; deinde sequitur propter superstitiones gentilium: Corpus autem Christi, inquit, nemo uos conuincat. turpe est, inquit, et nimis incongruum et a generositate uestrae libertatis alienum, ut, cum sitis corpus Christi, seducamini umbris et conuinci uideamini ueluti peccantes, si haec obseruare neglegitis. corpus ergo Christi nemo uos conuincat uolens in humilitate cordis. hoc si per uerbum Graecum diceretur, etiam in Latina consuetudine populari sonaret usitatius. sic enim et uulgo dicitur, qui diuitem affectat, thelodiues et, qui sapientem, thelosapiens et cetera huius modi; ergo et hic thelohumilis, quod plenius dicitur thelon humilis, id est uolens humilis, affectans humilitatem, quod intelle-

4; 8; 12; 16; Col. 2, 16—18 7 Ioh. 8, 32

1 carnē *PG* uos *PG* suos **** (*fuitne* suos *?*) *V* 2 dominabatur, *m. 1 corr.* dominabantur *V* 3 propter—tamquam *om., in marg. m. 1 add. V* 4 inquit uos iudicet *P* inquit iudicet uos *G* 5 omnia *ex corr. m. 2 K* 6 obseruationis *H* 8 liberabit *ex* liberabat *V* libabit *K* facit *M* 9 festi aut** *V* 10 numeniae, *m. 2* neomeniae *M* 12 christi estis inquit *A* 13 agere nositate, *m. 2* a generositate *M* a generosita, *m. ut uid. 1 add.* te *A* 14 corpus *om., m. 1 in marg. add. V* seduca in, *m. 2* seducamini *G* 15 umbres *H* hoc *G* 19 effectat, *m. 2* affectat *G* theodiues *P* 20 theosapiens *P* 21 etgo, *m. 1 corr.* ergo *V* ego, *m. 2* ergo *K* quod—thelon humilis *om., in marg. m. 2 add. K* quod—uolens humilis *om., in marg. m. 1 add. V* plenius, *m. 2* planius *G* thelo *G* 22 quod—humilitatem *om. K* intellegatur *HA*

gitur uolens uideri humilis, affectans humilitatem. hoc enim in talibus obseruationibus agitur, ut cor hominis uelut religione humile reddatur. addidit autem et culturam angelorum uel. sicut uestri codices habent, religionem angelorum, quae Graece θρησκεία dicitur, angelos uolens intellegi principatus, quos elementorum mundi huius praepositos in his obseruationibus colendos esse arbitrantur.

28 Nemo ergo uos, inquit, conuincat, cum sitis corpus Christi, uolens uideri humilis corde in cultura angelorum, quae non uidit inculcans uel, sicut quidam codices habent, quae uidit inculcans. aut enim sic dicere uoluit: Quae non uidit inculcans, quia ista homines suspicionibus et opinionibus agunt, non quod uiderint ita esse facienda, aut certe: Quae uidit inculcans, ideo magna existimans, quia uidit ea quibusdam locis obseruari ab hominibus, quorum auctoritati haberet fidem etiam ratione non reddita, et ideo sibi magnus uidetur, quia ei contigit quorundam sacrorum uidere secreta. sed plenior sensus est: Quae non uidit inculcans frustra inflatus mente carnis suae. mirabiliter ibi eum dixit inflatum mente carnis suae, ubi thelohumilem supra dixerat; fit enim miris modis in anima hominis, ut de falsa humilitate magis infletur, quam si apertius superbiret. et non tenens, inquit, caput — quod

3 Col. 2, 18 8; 18; 23 Col. 2, 17—20

2 in *om. m* obserbationibus (rb *in ras. m. recentiore*) *K* 3 humili *M* 4 angelorum *om. K* 5 threscia *codd.* 7 arbitretor *H* arbitretur *A* 8 inquit uos *M* inquit *om. G* 9 humiles *A* 10 uidet *HA* 11 dicere sic *M* 12 non n uidit (n *exp.*) *V* homines ista *edd.* istis *P* isti *G* 13 uiderint (n *s. u. m. 1*) *V* ita] ista *edd.* 14 certe *om. M* ideo] id est *V m* 15 ab omnibus hominibus *H* ab aliquibus hominibus *A* alibi ab omnibus hominibus *M* alibi ab hominibus *edd.* 17 uidetur, *m. 2* uideretur *G* contingit *HMV* (*post.* n *exp.*) 18 plenior, *m. 2 ł* planior *P* planior *V* plenius, *m. 1 corr.* plenior *M* 20 eum] cum *K* mente *om., m. 2 add. H* 22 magnis. *m. 2* magis *K* aperteus, *m. 1 corr.* apertius *V* 23 et] e *V*

uult Christum intellegi —, ex quo omne corpus per contactum et conexum subministratum et copulatum crescit in incrementum dei. si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc uelut uiuentes de hoc mundo decernitis?

29 His dictis inserit uerba eorum, qui decernunt de hoc mundo per has obseruationes quasi rationabiles affectata uanitate humilitatis inflati: Ne tetigeris, ne gustaueris, ne adtaminaueris. recolamus, quod dictum est superius, ut hoc intellegamus. non uult enim eos in his obseruationibus iudicari, ubi dicitur: Ne tetigeris, ne gustaueris, ne adtaminaueris, quae sunt, inquit, omnia in corruptionem per abusionem. omnia haec, inquit, magis ad corruptionem ualent, cum superstitiose ab his abstinetur, ut eis homo abutatur, id est non eis utatur secundum praecepta et doctrinas hominum. hoc planum est; sed quod sequitur, multum requiris: Quae sunt quidem rationem habentia sapientiae in obseruatione et humilitate cordis et uexatione corporis — uel, sicut alii interpretati sunt, ad non parcendum corpori —, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. cur, inquis, haec dicit rationem habere sapientiae, quae ita reprehendit?

30 Dicam, quod et ipse in scripturis potes aduertere, saepe sapientiam positam etiam in sedibus mundi huius, quam dicit expressius sapientiam huius mundi. nec moueat, quod hic

8; 11; 15; 17 Col. 2, 21—23 24 I Cor. 3, 19

1 per contactam *H* • cpactum *V* compactum *P edd.* (*Gr.* διὰ τῶν ἁφῶν, *Vulg.* per nexus) 3 in *om., m. 2 add. P* ergo] enim *V* 4 ab *om. HA* 7 affecta *H* 8 ne tetigeritis ne gustaueritis ne attaminaueritis *V edd.; cf. p. 369, 7* attaminaueritis *G* 11 ne tetigeritis ne gustaueritis ne attaminaueritis *V edd.* ne gustaueris *om. A* 12 inquit *om. K* omnia inquit *edd.* in] per *PG* corruptione *H* 13 ab•usionem *P* ablusionem *G* haec] enim *G* 14 his] eis *f l r m* 15 doctrin?s, *super incertam l. m. 1 add.* a *V* 21 inquit *P* (*m. 2* inquis) *G* (*corr.* inquis, *sed* inquit *ras. restitutum*) 23 potest *G* 24 positi, *m. 1 corr.* positā *K* 25 sapientiam/ ////mundi (*ras. 4 fere l.; in marg. m. 1* huius) *V* nec te moueat *V*

non addidit 'mundi'; non enim et alio loco, cum ait: Ubi sapiens? ubi scriba? addidit 'huius mundi', ut diceret: Ubi sapiens huius mundi? et tamen hoc intellegitur. sic et ista ratio sapientiae; nihil enim ab eis dicitur in huius modi superstitiosis obseruationibus, ubi non *secundum* mundi huius elementa naturarumque rerum ratio quaedam sapientiae reddi uideatur. nam et cum dicit: Cauete, ne quis uos decipiat per philosophiam, non ait 'huius mundi'; et quid est philosophia Latine nisi studium sapientiae? sunt ergo, inquit, ista rationem quidem habentia sapientiae — id est de quibus aliqua ratio reddatur secundum elementa mundi huius et principatus ac potestates — in obseruatione et humilitate cordis — id enim agunt ista, ut superstitionis uitio cor humilietur — ad non parcendum corpori — dum fraudatur istis escis, quibus compellitur abstinere —, non in honore aliquo ad saturitatem carnis, non quod honoratius illo magis quam illo cibo carò saturaretur, cum ad eius necessitatem non pertineat nisi quolibet ualitudini apto alimento refici atque fulciri.

III 31 De euangelio inquisitio tua solet multos mouere, quo modo dominus post resurrectionem, cum in eodem corpore surrexerit, a quibusdam, qui eum nouerant, utriusque sexus hominibus et agnitus non sit et agnitus sit. ubi primum

1 I Cor. 1, 20 7 Col. 2, 8

1 addit *H* 2 ut diceret ubi sapiens huius mundi *om. K* 3 hoc *om. K* 5 non mundi huius elementa *codd. a e f* non mundi huius elementorum *cett. edd.; de emendatione mea cf. u. 11* 6 naturalium-que *PG* 8 at, *m. 1 corr.* ait *M* 9 phylosophiã (~ *eras.*) *M* Latine nisi] latinensi, *m. 2* latine nisi *M* latens nisi *H* nisi (*om.* Latine) *A* 11 alia *K* 12 ac *s. u. m. 1 V* humanitate *G* 13 id] ideo *V* ista, *m. 1 corr.* isti *G* 14 humilietur (e *s. u. m. 1*) *V* 15 esiis *P* complebitur *H* non *om. G* 16 ad] a *H* 17 saturata, *m. 1 corr.* saturaretur *V* saturetur *PG m* 18 non *om. V* quolibet (uo *in ras. m. 2*) *M* 19 reficiat quae *H* reficiatq; (*m. 2* refici atq;) *P* 22 surrexit *A m* resurrexerit *Eugippi cod. Vat. et Ambr.* 23 et *m. 2 del. P* et agnitus sit *om. P*

quaeri solet, utrum in eius corpore an potius in illorum oculis aliquid factum sit, quo non posset agnosci. cum enim legitur: Tenebantur oculi eorum, ne agnoscerent eum, impedimentum quoddam agnoscendi uidetur in luminibus factum esse cernentium; cum uero aperte alibi dicitur: Apparuit eis in alia effigie, utique in ipso corpore, cuius alia erat effigies, aliquid factum fuisse, quo impedimento tenerentur, id est moram agnoscendi paterentur oculi illorum. sed ego miror, cum duo sint in corpore, quibus cuiusque species agnoscatur, liniamenta et color, cur ante resurrectionem, quod in monte ita transfiguratus est, ut fieret uultus eius splendidus sicut sol, neminem mouet eum usque ad tantam excellentiam fulgoris et lucis colorem sui corporis mutare potuisse et post resurrectionem mouet aliquatenus liniamenta mutasse, ut non posset agnosci, et rursus eadem potentiae facilitate sicut tunc pristinum colorem sic et post resurrectionem pristina liniamenta reuocasse. nam et illi tres discipuli, ante quorum oculos in monte transfiguratus est, non eum agnoscerent, si ad eos talis aliunde uenisset; sed quia cum illo erant. ipsum esse certissime retinebant. at enim corpus ipsum erat, in quo resurrexit. quid hoc ad rem? nam illud utique ipsum corpus erat, in quo in monte transfiguratus est, et ipsum erat iuuenis, in quo natus est, et tamen, si quis eum iuuenem

3 Luc. 24, 16 5 Marc. 16, 12 10 Matth. 17, 1—2; Marc. 9, 1—2

2 quod *H* agnosci« (*fuit* t) *A* 5 alibi aperte *K* 6 uti quo, *m. 2* utiq, *G* 8 eorum *VK* ego *s. u. m. 1 V* 9 duo *om.*, *in marg. m. 1 add. V* duo sint in] duos in in, *m. 2* duo sint in uno *M* 11 montē *K* splendidissimus *m* 12 sol et neminem *Eug.* (*ex Knoelli quidem ed.*) mouet] uo (*exp.*) mouet *V* mouet eum potuisse usque *codd.* mouet eum usque *edd.* mouet usque *Eug.* 13 mutare] eum mutare *Eug.* potuisse *del. M* 14 mutata esse *codd. edd.* mutasse *Eug.* 15 possit *HMAK Eugippi cod. Ambr.* rursum *HMAV edd.* potentia et *K* potente *HA* facultate *HMAPG edd.* 16 tunc *om.*, *post* pristinum *s. u. m. 1 add. V* 17 tres *om.*, *m. 2 add. K* 18 mente *H* 19 si] sed *G* tales *H* 20 ad, *m. 2* at *G* aut *H* adeo *A* 22 in monte] monte, *m. 2* in monte *P* 23 eum] cum *HMA* repente iuuenem *edd.*

repente uidisset, qui non nisi infantulum nosset, non utique agnosceret. an uero ad liniamenta mutanda non potest celeriter dei potestas, quod potest per annorum moras hominis aetas?

32 Quod autem Mariae dixit: Noli me tangere; nondum enim ascendi ad patrem, nihil aliud me noueris intellexisse quam tu. ita enim significare uoluit tactum spiritalem, id est accessum fidei se requirere, qua creditur eum excelsum esse cum patre. et quod ab illis duobus in fractione panis est agnitus, sacramentum esse, quod nos in agnitionem suam congregat, nullus debet ambigere.

33 De uerbis Symeonis, ubi ait uirgini matri domini: Et tuam ipsius animam pertransiet framea, in alia epistula, cuius exemplum etiam modo misi, dixi, quid mihi uideatur; quod etiam tibi inter cetera uisum est. et quod adiunxit: Ut denudentur multorum cordium cogitationes, hoc intellegendum puto, quia per domini passionem et insidiae Iudaeorum et discipulorum infirmitas patuit. tribulationem igitur gladii nomine significatam esse credibile est, quo materna anima uulnerata est doloris affectu. ipse fuit gladius in ore persecutorum, de quibus in psalmo dicitur: Et gladius in ore eorum. ipsi enim erant filii hominum, quorum dentes arma et sagittae et lingua eorum gladius acutus. nam et ferrum, quod pertransiit animam Ioseph, pro

4 Ioh. 20, 17 8 Luc. 24, 30—31 11; 14 Luc. 2, 35 20 Ps. 58, 8 21 Ps. 56, 5

1 qūo *G* ō enim *s. u. m. 1 V* ad patrem meum nihil *G sec. Vulg.* noueris me intellexisse *a e* noueris me intelligere *f l r* me intellexisse noueris *m* 7 fidein se *H* qa, *m. 1* ia *super* a *add. V* 8 patrē (~ *eras.*) *A* 10 illos, *m. 1 corr.* nullus *V* 11 domini matri *PG* 12 pertransiit *M* pertransisset *K* pertransibit *edd. sec. Vulg.* framea] gladius *Eug. sec. Vulg.* (*Gr.* ῥομφαία) in epistula alia *A* 14 quod *s. u. m. 1 V* 15 cogitationis *V* 16 passionem domini *signis corr. V* 18 gladii *om., s. u. m. ut uid. 1 add.* hoc *G* nomine] ñ mihi *A* incredibile *A* ieterna. *m. 1 corr.* materna *V* 19 affectu. (*fuitne* m ?) *P* 20 in ore eorum] ioe coū *V* 21 ipse *H* (*corr.* ipsi *V* (*m. 1 corr.* ipsi 23 et] ꝑ *G* pertransiuit *Eugippi nonnulli codd.*

dura tribulatione positum ferrum mihi uidetur; aperte quippe dicitur: Ferrum pertransiit animam eius, donec ueniret uerbum eius, id est tam diu fuit in dura tribulatione, donec fieret, quod praedixit. hinc enim magnus est habitus et ab illa tribulatione liberatus. sed ne humanae sapientiae tribueretur, quod uenit uerbum eius, id est factum est, quod praedixit, more suo scriptura sancta deo inde dat gloriam et continuo subiungit: Eloquium domini igniuit eum.

34 Ut potui, non defui interrogationibus tuis adiutus orationibus tuis et ipsis, quas misisti, disputationibus tuis. cum enim interrogando disputas, et quaeris acriter et doces humiliter. utile est autem, ut de obscuritatibus diuinarum scripturarum, quas exercitationis nostrae causa deus esse uoluit, multae inueniantur sententiae, cum aliud alii uidetur, quae tamen omnes sanae fidei doctrinaeque concordent. dabis sane ueniam stilo meo multum festinanti, ut iam in naui constituto occurrerem perlatori. filium autem nostrum Paulinum in Christi caritate dulcissimum in hac potius epistula resaluto et paucis ut festinus exhortor, ut misericordiae domini, qui sciens dare auxilium de tribulatione eum turbulentissima tempestate misit in portum, quo tu pelago tranquilliore permeasti ipsi marinae tranquillitati minime credens, et qui eius rudimentis excipiendis atque nutriendis te dedit, gratias agat, quantas potest, et

2; 8 Ps. 104, 18—19

1 mihi uidetur ferrum positum *G* positum mihi ferrum uidetur *V* ferrum *om. m* quippe] quidem *Eugippi cod. Vat.* 2 pertranseat, *m. 1 (?) corr.* pertransiit *H* anima *H* donec—tribulatione *bis, alterum eras. K* 3 dira *Eugippi cod. Vat.* 4 est *om. Eug.* 7 gram (= gratiam) *G* 8 subiunxgit (x *exp.*) *V* 9 defuit (t *m. 2 del.*) *K* adiutus orationibus tuis *om. A* 11 enim *om. A* 12 de utilitatibus *A* 13 excitationis *A* exercitationes, *m. 1 supra add.* exercitationis *V* 14 alii *om. H* q:· *m. 2* q:· *H* 15 concordant *H* 16 multum *bis, alterum exp. V* 20 eum, *m. 2* eum de *P* cum. *m. 1 supra add.* eum *G* tribulantissima *A* 22 tranquillitati, *postr.* i *ex ras.* (*fuitne* e *?*) *M* tranquillitate *H* excipiendis *ex corr., fuisse uid.* excipientis *K*

omnia ossa eius dicant: Domine, quis similis tibi? non enim uberiore fructu legit uel audit me docentem ac disserentem uel quibuslibet exhortationibus accendentem, quam inspicit te uiuentem. resalutant sanctam et sincerissimam benignitatem tuam conserui mei, qui mecum sunt. condiaconus autem noster Peregrinus, ex quo a me profectus est cum sancto fratre nostro Urbano, quando episcopatus sarcinam subire perrexit, nondum remeauit Hipponem; saluos eos tamen in nomine Christi et litteris eorum et fama nuntiante cognoscimus. conpresbyterum Paulinum et omnes, qui tua praesentia in domino perfruuntur, germano salutamus affectu.

CL.

DOMINARUM HONORE DIGNISSIMIS MERITO INLUSTRIBUS ET PRAESTANTISSIMIS FILIABUS PROBAE ET IULIANAE AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

Implestis gaudio cor nostrum tanto iucundius quanto carius, tanto gratius quanto citius. uestrae namque stirpis sanctimoniam uirginalem quoniam quacumque innotuistis ac per hoc

1 Ps. 34, 10

1 eius ossa *K f l r m* domine] d̈ *K* 2 ubiore, *m. 2* uberiore *K* 3 accedentem *GV* 4 inspicet (*sic!*) *A* resalutint, *m. 1 corr.* resalutant *K* resalutans, *m. 1 (?) corr.* resalutant *M* resolutans *H* serissimà *exp., in marg. m. 1 add.* sincerissimam *V* 5 cumdiaconus *H* 8 perrexit subire *G* 9 et litteris *in ras.* (*m. 1 ?*) *H* 10 cũpresbiterum, *m. 2* cõpresbiterum *M* tuà praesentiã (~ ..... ~ *eras.*) *P* 11 affectum *K*

P = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
F = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P*¹ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
L = *cod. Laurentianus St. Crucis plut. XVII dext. 2 s. XI.*
R = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

13 honere *MF* dignissimarum *L* 14 augustinus episcopus *PL* 16 gaudium *P* 17 grauius *P* sanctimonia *L* 18 quaecumque *A* qua cunctis *PL* ac| hac *L*

ubique famą celeberrima praedicat, uelocissimum uolatum eius fideliore atque certiore litterarum nuntio praeuenistis et prius nos fecistis exultare de cognito tam excellentissimo bono quam dubitare de audito. quis uerbis explicet, quis digno praeconio prosequatur, quantum incomparabiliter gloriosius atque fructuosius habeat ex uestro sanguine feminas uirgines Christus quam uiros consules mundus? nam uolumina temporum si magnum atque praeclarum est nominis dignitate signare, quanto est maius atque praeclarius cordis et corporis integritate transcendere! magis itaque gaudeat puella nobilis genere, nobilior sanctitate, quod sit per diuinum consortium praecipuam in caelis consecutura sublimitatem, quam si esset per humanum conubium prolem propagatura sublimem. generosius quippe elegit Aniciana posteritas tam inlustrem familiam beare nuptias nesciendo quam multiplicare pariendo et in carne iam imitari uitam angelorum quam ex carne numerum adhuc augere mortalium. haec est uberior fecundiorque felicitas non uentre grauescere sed mente grandescere, non lactescere pectore sed corde candescere, non uisceribus terram sed caelum orationibus parturire. dominarum honore dignissimae et merito inlustres et praestantissimae filiae, perfruamini in illa, quod defuit uobis, ut nasceretur ex uobis; perseueret usque in finem adhaerens coniugio, quod non habet finem. imitentur eam multae famulae dominam ignobiles nobilem, fragiliter

1 celerrima *L* uelatum *MFAP*^{1} 2 certio rem *P* litterarum *om. R* 3 excellenti *MFAP*^{1}*R edd.*; *cf. ep. CXVIII p. 671, 8* 5 quantum] quam *PL* 6 femineas uirgines *L* femina uirginis *MFA* 8 est *om. R* 9 et] ac *P*^{1} 10 integritatē *L* 12 praecipuū, *m. 2* praecipuā *M* praecipua *L* sublimitate *L* 13 umanā, *m. 2* umanū *M* conuiuium *L* 14 eligit *L* 15 ueare *PL* nuntias *P* nec sciendo *MF* 16 numerum augere adhuc *L* adhuc numerum augere *edd.* 17 augere mortalium] augeremur talium *A* uerior *P* ulterior *L* 18 grandescere] grauescere *P* 19 pectores *M* (s *exp.*) *F* (s *eras.*) candescere corde *R* 20 domine *PL* et merito inlustres et praestantissimae *om. MFAP*^{1}*R edd.* 22 nobis *MFA* ut nasceretur ex uobis *om. MFAP*^{1}*R edd.* perseueres *P* perseuerat *MFA* 24 familiae *A* dominam] domū *A* fragiter, *m. 1 corr.* fragiliter *P*^{1}

excelsae excelsius humilem; uirgines, quae sibi optant Aniciorum claritatem, eligant sanctitatem. illud enim quanta libet cupiditate quando adsequentur? hoc autem, si plene cupierint, mox habebunt. protegat uos incolumes et feliciores dextera altissimi. dominae honore dignissimae et praestantissimae filiae. pignera sanctitatis uestrae, praecipue ipsam sanctitate praecipuam debito uestris meritis officio dilectione domini salutamus. uelationis apophoretum gratissime accepimus.

CLI.

DOMINO MERITO INLUSTRI ET DEBITO A ME HONORE DIGNISSIMO FILIO CAECILIANO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Querela de me apud te litteris tuis indita tanto est mihi gratior quanto plenior caritatis. si ergo, quod tacui, purgare coner, quid conabor aliud quam ostendere te non habuisse causam, qua mihi suscensere deberes? sed cum id in te magis diligam, quod de mea reticentia es dignatus offendi, quam inter tuas curas nihil momenti habere credideram, causam meam deseram, si me purgare contendero. si enim indignari non debuisti, quia non ad te scripserim, nihili me pendis, qui.

1 excelsae *om. P* uirginesq; sibi *M* 3 quando] quandoq; *A* adsequantur, *m. 1 corr.* adsequentur *M* adseqntur *A* adsequuntur *P* assecuntur *L* cupiert *R* concupierint *L* mox *om. P* 4 altissimi —pignera *om. P* altissimi et quod supra pignora (*om.* dominae honore dignissimae et praestantissimae filiae) *L* 5 pignora P^1L *edd.* 6 uestrae] uestra et *P* sanctitatem *codd. praeter* P^1 *edd. praeter m* praecipuam *om. PL* 7 dilectione] dilectorē *L* dilectorem domus *P* 8 uelationis—accepimus *om. PL* apo phę retum (o phę *in ras.*) *M* apopheretum *R* apophetretum *F*

P = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
V = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
U = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

Louanienses hanc epistulam in Vaticanis exemplaribus repertam primi ediderunt.

12 te] me *P* 19 nihil *VU edd.*

loquarne an taceam, indifferenter feras. porro quia me tacuisse moleste tulisti, indignatio ista dignatio est. non itaque tam doleo me non praebuisse, quam gaudeo te nostrum desiderasse sermonem. nam ueterem amicum et, quod abs te taceri sed a nobis oportet agnosci, talem ac tantum uirum in peregrinis positum curisque publicis laborantem quod nullo fuerim consolatus alloquio, hinc argui meruisse honori mihi est, non maerori. ignosce igitur agenti gratias, quod me indignum non putasti, cui suscenseres tacenti. nunc enim inter tot et tanta negotia non tua sed publica, id est omnium non solum posse esse non onerosas, immo non solum onerosas esse non posse, uerum etiam gratas esse posse litteras meas credidi beniuolentiae tuae, qua excellentiam uincis.

2 Cum enim accepissem mihi a fratribus epistulam missam sancti et praecipuis meritis uenerandi papae Innocentii, quam per tuam praestantiam ad me datam certis declararetur indiciis, ideo nullam tuam paginam simul aduectam esse putaueram, quod scribendi et rescribendi cura nolueris grauioribus rebus occupatus obstringi. nam utique consentaneum uidebatur, ut qui mihi tam sancti uiri et tam sancta scripta perferre dignatus es, ea sumere adiunctis tuis. hinc ergo statueram non esse oneri litteris meis animo tuo, nisi esset necesse commendandi alicuius gratia, cui hoc negare non possem intercessionis officio, quae solet nostra esse omnibus concedendi consuetudo et quaedam etiam importuna non tamen inprobanda professio. itaque feci; nam amicum meum commendaui benignitati tuae,

2 dignatio est] indignatio non est *VU edd.* 6 nullo fuerim consolatus alloquio hinc argui meruisse] memoriae uerim *VU edd.* 8 quod] cui *U* 10 posse esse non onerosas, immo non solum onerosas esse non posse] onerosas non esse *VU edd.* 15 sanctis *P* 16 declaratur *V* (*m. 2* declarabatur) *U edd.* 18 scribendi (*postr. l. ex corr. m. 1*) *P* 20 tam *om. VU edd.* et tam sancta *om. VU edd.* perferre dignatus es] dignatus es *add. in marg.* mittere *VU r* dignatus es *l s* dignatus es mittere *m* 21 sumeres *VU l s r* sumerem *m* adiuncta cum tuis *VU edd.* 22 litteras meas *VU edd.* 24 concedentibus *P*

a quo etiam tua rescripta iam sumpsi agente gratias, quas et ipse ago.

3 Si quid autem de te mali existimarem praesertim in ea causa, quam etiam non expressam tamen mihi tua epistula redolebat, absit, ut ad te tale aliquid scriberem, ubi ullum uel mihi uel cuiquam beneficium postularem. aut enim conticescerem obseruans tempus, ubi te possem habere praesentem, aut, si litteris agendum putarem, illud potius agerem et sic agerem, ut dolorem meum ferre uix posses. nam ideo post illius impiam crudelemque perfidiam, cui etiam per tuam nobiscum participatam sollicitudinem frustra uehementer institimus, ne illo cor nostrum dolore percelleret, suam uero conscientiam tanto scelere trucidaret, continuo sum a Carthagine profectus occultato abscessu meo, ne tot ac tanti, qui eius et intra ecclesiam gladium formidabant, uiolentis fletibus et gemitibus me tenerent putantes meam sibi aliquid posse prodesse praesentiam, ut, quem satis digne pro eius anima obiurgare non possem, pro illorum corporibus etiam rogare compellerer quam tamen eorum corporalem salutem satis parietes ecclesiae muniebant. ego autem duris coartabar angustiis, quod neque ille me pateretur, qualem oporteret, et insuper facere cogerer, quod non deceret. dolebam etiam grauiter uicem uenerabilis coepiscopi mei, tantae rectoris ecclesiae, ad cuius pertinere dicebatur officium post hominis tam nefariam fallaciam adhuc se praebere humilem, quo ceteris parceretur. fateor: cum tantum malum nullo pectoris robore potuissem tolerare, discessi.

4 Haec esset et nunc silentii mei causa apud te, quae fuit tunc discessionis meae, si te apud illum egisse crederem.

1 sua rescripta iam *V edd.* iam sua rescripta *U* 5 ad] a (t *a. m. s. u. add.*) *P* nullum *P* 6 cuiquam] alicui *U* 8 si *om. PV lsr* agendum, *m. ut uid. 1 corr.* non agendum *V* non agendum *lsr* 9 meum ferre] manifestare *VU edd.* possis *U* 11 uehemente (*fuit* m) *U* 12 dolere *P* praecelleret *U* 14 et *om. VU edd.* 21 ille *om., m. 1 add. P* 22 non] nos *P* 23 tantae] tandem *VU lsr*

ut tam nefarie tuas ulcisceretur iniurias. credunt ista, qui nesciunt, quo modo et quotiens et quae nobis dixeris, cum anxia cura perageremus, ut, quanto tibi familiarius inhaerebat, quanto ad eum crebrius uentitabas, quanto saepius cum solo conloquebaris, tanto magis curaret existimationem tuam, ne his, qui tui dicebantur inimici, talem exitum daret, ut nihil cum illo aliud egisse putareris. quod quidem nec ego credo nec hi fratres mei, qui et in loquelis audierunt et in auditu atque omni motu uiderunt signa benigni pectoris tui. sed, obsecro te, ignosce credentibus; homines enim sunt et in animis hominum tantae latebrae sunt et tanti recessus, ut omnes suspiciosi cum merito culpentur, etiam laudari arbitrentur se debere, quod cauti sint. causae stabant; ab uno eorum, quos teneri ille repente praeceperat, grauissimam te passum fuisse iniuriam noueramus. frater quoque eius, in quo ecclesiam maxime persecutus est, nescio quid duriter quasi pro fratre tibi respondisse dicebatur. putabantur tibi ambo esse suspecti. postulati cum abissent, te illic remanente et cum illo secretius, ut ferebatur, loquente subito iussi sunt adtineri. amicitiam uestram non recentem sed ueterem homines loquebantur. famam confirmabat tanta coniunctio et tam assidua solius cum solo sermocinatio. potestas illius magna tunc erat; calumniae facilitas adiacebat. non erat grande negotium procurari aliquem, qui diceret, quod salute promissa dicendum ille mandasset. omnia in tempore ista suffragabantur, ut etiam uno teste tamquam inuidioso et credibili crimine sine iubentis discrimine quilibet de medio tolleretur.

Nos interea, quoniam rumor erat, quod ecclesiastica manus

1 nefarie tuas] nefarias *VU edd.* 5 colloquebatur *P* curaret] incurreret *U* *post* tuam *sequitur* quod quidem nec ego credo *sed del. U* 6 exitium *P* 8 hi *om. VU edd.* qui et] qui te *VU edd.* et auditu *VU edd.* 9 nutu *VU edd.; cf. p. 386, 17* 12 et iam *U* 15 ecclesia *P* 16 pro fratre] proferens *VU edd.* 18 postulati] postulationē *P* abiissent *s m* 19 detineri *VU edd.* 23 radiabat *VU edd.* 25 isto *m* 28 quoniam] quia *U*

posset eos eripere, falsis promissionibus ludebamur, ut illo non solum quasi uolente sed etiam instante pro eis ad comitatum episcopus mitteretur ea pollicitatione interposita episcopalibus auribus, quod, donec aliquid pro eis illic ageretur, nullum causae illorum agitaretur examen. postremo pridie, quam ferirentur, uenit ad nos praestantia tua; spem dedisti, qualem numquam antea dederas, quod eos tibi posset concedere profecturo, quoniam illi grauiter prudenterque dixisses, totum, quod tecum tam assidue familiarius et secretius loqueretur, non te honorari potius quam grauari atque ad id ualere, ut de communicato et pertractato inter uos mortis eorum consilio nemo dubitaret, si illa post haec omnia sequeretur. quae cum te dixisse nobis indicares, inter narrandum exiluisti manusque tendens in eum locum, ubi celebrantur sacramenta fidelium, stupentibus nobis ita iurasti te ista dixisse, ut non solum tunc uerum etiam nunc post tam horrendum et inopinatum exitum, cum tuos omnes motus recolo, nimis mihi inpudens uidear, si de te aliquid mali credam. quibus tuis uerbis sic eum permotum fuisse dicebas, ut non desperares, quod uelut familiare uiaticum tibi eorum donaturus esset salutem.

6 Unde fateor dilectioni tuae, postero die, quo illius parturitionis nefarius fetus est editus, cum esset nobis repente nuntiatum illos e carcere ad eum iudicem ductos, quamquam perturbati fuerimus, tamen ego considerans, et quae nobis pridie dixeras et quis esset post illum exorturus dies, quoniam

1 illudebamur *U* 2 quasi uolentes (quasi u *ex corr. m. 1*) *P* 5 excitaretur *VU edd.* 8 cum *VU edd.* 9 et secretius] secretiusque *VU edd.* 10 loqueremur *VU l s r* honorare *m* grauare *m* 11 ut de] quod *VU edd.* 12 si illa] quid *VU edd.* 14 exiluisti *om. VU edd.* manusque] namque *VU edd.* 15 iurasti (rasti *ex corr. m. 1*) *P* 17 et *om. VU edd.* nutus *VU edd.; cf. p. 385, 9* 18 de te aliquid mali (*sic!*) *P* 19 ut non desperares *om. VU edd.* 22 testor *VU edd.* 23 editus] ortus *VU edd.* 26 dixeris *P* quis] qui *VU edd.*

beati Cypriani erat pridiana sollemnitas, existimaui, quod etiam elegerit diem, quo et tibi postulata concederet et uniuersam Christi ecclesiam repente laetificans ad locum tanti martyris ascendere uoluerit parcendi benignitate quam occidendi potestate sublimior, cum ecce nobis nuntius inruit, quo prius percussos esse nossemus, quam, quo modo audirentur, quaerere ualeremus. prouisus enim erat et proximus locus non suppliciis hominum deputatus sed ornamento potius ciuitatis, ubi merito creditur propterea quosdam ante aliquot dies iussisse mactari. ne in istis inuidiosa nouitas esset, quos consilium fuit sic posse subripi ecclesiae, si non solum subito feriri iuberentur, uerum etiam in loco proximo ferirentur. satis itaque indicauit ei matri se inferre non timuisse cruciatum, cuius timuit interuentum, ecclesiae scilicet sanctae, inter cuius fideles in eius gremio baptizatos et ipsum utique noueramus. post hunc igitur tanti moliminis exitum, cum tam diligenter nobiscum actum esset, ut etiam per te etsi nesciente te paene securi et paene certi de salute illorum pridie fieremus, quis non talium, qualis hominum multitudo est, indubitatum habeat etiam a te ipso nobis uerba data, illis animam ablatam? ideo, sicut dixi, uir bone, etiamsi nos hoc non credimus, ignosce credentibus.

7 Absit autem a corde et qualicumque uita mea, ut apud te pro aliquo intercederem uel a te cuiquam beneficium postularem, si te crederem tanti huius mali et tam consceleratae crudelitatis auctorem. sed plane fateor, si etiam posthac in ea familiaritate estis, in qua antea fuistis, — pace tua sit liber dolor — multum nos, quod nolebamus, compellitis credere. est autem consentaneum, ut neque hoc credam, qui de te illa non credo. amicus tuus inopinato successu repentinae potestatis non magis persecutus est illorum uitam quam tuam famam. nec ista dicens odia tua in illum mei animi ac

5 sublimior (r *ex ras. et corr.; 2 l. fuisse uid.*) *P* 6 quod prius *P* 17 esset actum *U* 20 haberet *VU edd.* ipso *om. VU edd.* 26 etiam si *U* 30 illã *P* 32 loquens *VU edd.*

professionis oblitus inflammo, sed ad fideliorem prouoco dilectionem. qui enim sic agit cum malis, ut eos malitiae paeniteat, nouit etiam indignatione consulere; nam sicut mali obsunt assentando, ita boni et aduersando prosunt. suam quippe animam eodem ferro, quo alios insolentissime occidit, grauius altiusque percussit, quod post hanc uitam, si non eam paenitendo correxerit et patientia dei bene usus fuerit, inuenire ac sentire cogetur. saepe autem uita praesens etiam bonorum alto dei iudicio malis eripienda permissa est, ne talia perpeti putaretur malum. occidi quippe in carne quid potest obesse morituris? aut quid agunt, qui mori timent, nisi ut paulo serius moriantur? quicquid obest morientibus, ex uita, non ex morte contingit; in qua illi si tales animas habuerunt, qualibus Christiana gratia subuenitur, non sane mors eorum uitae bonae occasus fuit sed melioris occasio.

8 Et maioris quidem mores apparebant huic saeculo amiciores esse quam Christo, quamquam et ipse iuuenalem prius saecularemque uitam uxore ducta non parua ex parte correxerat. non tamen fortasse misericors deus fratris eum esse in morte comitem nisi miserans uoluit. ille uero alius religiose uixit et multum corde uitaque Christiana. haec eum fama praecessit, ut in causa ecclesiae sic ueniret; haec consecuta est, cum uenisset. quae illi uero probitas in moribus, in amicitia fides, in doctrina studium, in religione sinceritas, in coniugio pudicitia, in iudicio continentia, erga inimicos patientia, erga amicos affabilitas, erga sanctos humilitas, erga omnes caritas, in beneficiis praestandis facilitas, in petendis pudor, in recte factis amor, in peccatis dolor! quantum decus honestatis, qui splendor gratiae, quae cura pietatis, quae in subueniendo misericordia, in ignoscendo beniuolentia, in orando fiducia! quod salubriter sciebat, qua modestia loquebatur! quod inutiliter nesciebat, qua diligentia scrutabatur! quantus

4 et *om. VU edd.* 6 alteriusque *P* 9 alto *om. VU edd.* 10 occidi] mori *VU edd.* 12 posterius *VU edd.* 13 illi *om. VU edd.* 14 habuerint *VU edd* 17 iuuenilem *VU edd.*

in eo contemptus rerum praesentium, quanta spes et desiderium bonorum aeternorum! ne relictis omnibus saecularibus actionibus susciperet cingulum militiae Christianae, uinculum praepediebat uxorium, quo iam innodatus coeperat concupiscere meliora, quando iam non licebat illa quamuis inferiora disrumpere.

9 Quodam die frater eius, cum iam pariter in custodia tenerentur, ait illi: 'Si ego haec pro meritis patior peccatorum meorum, tu, cuius uitam nouimus tam attente feruenterque Christianam, quibus malis meritis ad ista perductus es?' at ille: 'Paruumne', inquit, 'mihi existimas conferri diuinitus beneficium, si tamen hoc testimonium tuum de uita mea uerum est, ut hoc, quod patior, etiam si usque ad effusionem sanguinis patiar, ibi mea peccata puniantur nec mihi ad futurum iudicium reseruentur?' hic forte aliquis credat eum fuisse sibi conscium aliquorum occultorum inpudicitiae peccatorum. dicam ergo, quid me dominus deus ad magnam meam consolationem ex eius ore audire et plane scire uoluerit. cum de hoc ipso, ut sunt humana, sollicitus solus cum solo agerem iam in eadem custodia constituto, ne quid esset, unde maiore et insigniore paenitentia deum sibi placare deberet, ille, ut erat uerecundiae singularis, cum ipsam licet falsam meam suspicionem erubesceret, sed admonitionem gratissime acciperet, modeste grauiterque subridens et utraque manu meam dexteram adprehendens: 'Testor', inquit, 'sacramenta, quae per hanc offeruntur manum, me nullum expertum esse concubitum praeter uxorem nec ante nec postea'.

10 Quid ergo huic in morte accidit mali ac non potius plurimum boni, cum haec habens dona ad Christum, sine quo inaniter habentur, ex hac uita migrarit? quae apud te non commemo-

1 contentus *V* 8 meorum *om., in marg. add. U* fruenterque *P* frequenterque *VU l s r* 10 parumne *codd. l r* 13 peccata mea *VU edd.* 22 reciperet *U* 25 afferuntur *VU edd.* (*m in marg.:* f. offeruntur) esse expertum *VU edd.* 27 huic *om., m. 1 add. P* ac] hac *P* 28 ad Christum] a xpm *P* 29 ex hac uitę magrarit (*m. 2* migrarit) *P*

rarem, si crederem te laudibus eius offendi; cum autem hoc non credo, nec illud profecto, quod te non dico instante sed saltem uolente aut optante posset occidi. proinde iudicas nobiscum tanto sincerius quanto innocentius, quod ille cum anima sua quam cum istius corpore crudelius egerit, quando contemptis nobis, contemptis promissionibus suis, contemptis tot ac tantis petitionibus et admonitionibus tuis, contempta denique ecclesia Christi et in ea quo nisi Christo ad finem suae machinationis huius morte peruenit. an uero illius honor istius uel carceri comparandus est, cum ille fureret sublimatus, iste gauderet inclusus? horrendis et poenalibus tenebris omnes non carceres sed etiam inferos uincit scelerati hominis conscientia. tibi etiam quid nocuit, cuius etsi famam grauiter laesit, tamen innocentiam non perimit? quamuis fama quoque ipsa salua sit et apud eos, qui te melius nouerunt quam nos. et apud nos ipsos, qui curas nobiscum tuas, ne tam immane perpetraretur scelus, tanto expressas inspiciebamus affectu, ut tui cordis inuisibilia paene oculis cerneremus. sibi igitur ille nocuit, quicquid nocuit; suam transfixit animam, suam uitam, suam conscientiam, suam denique ipsam famam, quam bonam solent etiam pessimi concupiscere, caeca illa crudelitate uastauit. tanto enim est odiosior omnibus bonis, quanto magis impiis placere conatus est uel placuisse laetatus.

11 Ubi autem magis potuit apparere non eum habuisse necessitatem, quam se habere confinxit, ut eius obtentu tamquam bonus faceret tantum malum, quam quod nec illi placuit, de cuius praecepto se ausus est excusare? referat praestantiae tuae sanctus diaconus Quintianus — ipse enim fuerat episcopo, quem pro illis miseramus, adiunctus —, quem ad modum nec indulgentia illis danda uisa est, ne uel sic aliquo

6 contemptatis tot *P* 8 eo *PU* 12 non] non tantum *VU edd.* 14 peremit *VU edd.* 18 ille *om., m 1 add. P* 24 eum non *U* 25 confixit, *m. 1 corr.* confinxit *P* 28 Quintianus] qui .p. n. manus (.p. n *s. u.*) *V* qui p nom. manus (p nom. *s. u.*) *U* qui per N. manus *edd.* 30 sic] si *P*

crimine notarentur, sed tantum commonitorium, quo eos ab omni molestia liberos dimittere iuberetur. gratuita igitur crudelitate nulla necessitate, quamuis et aliae causae, quas suspicamur nec opus est committere litteris, forsitan fuerint, atrociter contristauit ecclesiam, ad cuius ecclesiae gremium frater eius metuens perire confugerat, ut eum uiuum tanti sceleris consiliarium reperiret, cuius ecclesiae etiam ipse cum patronum offendisset, petiuit auxilium nec ei potuit denegari. hunc si diligis, detestare; si non uis, ut in aeternum puniatur, exhorre. sic existimationi tuae, sic est uitae illius consulendum; nam qui in eo diligit, quod odit deus, non solum odit ipsum sed etiam se ipsum.

12 Quae cum ita sint, nec de tua benignitate credo, quod tanti sceleris auctor uel particeps fueris nosque malitiosa crudelitate fefelleris, quod absit a uita et moribus tuis, nec amicitias uestras tales uolo, quibus et ille in suum interitum glorietur de malo et confirmetur humana suspicio, sed tales potius, quibus ad paenitentiam deponatur et talem ac tantam paenitentiam, qualem quantamque postulant tam horrenda uulnera medicinam. tanto quippe illi amicior eris quanto sceleribus eius inimicior. cupio sane praestantiae tuae nosse rescriptis, ubi eo die fueris, quo illud admissum est, quo modo acceperis, quid postea egeris, utrum eum uideris, quid ei dixeris, quid ab illo audieris. ego enim ex quo inde postridie repente discessi, nihil, quod ad hanc rem adtinet, de te audire potui.

13 Quod uero in epistula tua legi iam te cogi credere, ne a me uidereris. et Carthagini me negatum, tu potius cogis his uerbis, ut absentiae meae causas non taceam. quarum est

2 iuberetur, *in marg.* al. iuberentur *l r* 8 axilum *VU* (*in marg.* asylum) asylum *m* 10 exhorre!!!!! (*ras. 1—2 l.*) *P* 11 deus odit *U* 14 nosque] nonque, *m. 1 corr.* nosque *P* neque quod *VU edd.* 15 credulitate *U* 18 disponatur *VU edd.; cf. ep. CCXXXII 6 in.* 20 illi *om. VU edd.* 21 cupio sane] curiosum est *VU edd* praesentiae *codd. l s r* (*in marg.* praestantiae) 23 utrum] aut cum *VU edd.* 25 ad *om. VU l m*

una, quoniam laborem, quem in illa urbe perpeti necesse est et quem si exponere uelim, aliud tantum loquendum est, iam sustinere non possum, quod infirmitati meae propriae, quae nota est omnibus, qui familiarius me nouerunt, accessit etiam senectus, quae generis humani est communis infirmitas. altera causa est, quod statui, si dominus uelit, quantum mihi ab aliis occupationibus, quas ecclesiae, cui proprio munere seruio. necessitas flagitat, datur temporis, id totum inpendere labori studiorum ad ecclesiasticas litteras pertinentium, ubi me arbitror, si dei misericordiae placet, etiam posteris aliquid profuturum.

14 Unum est autem, si uerum quaeris audire, quod in te molestissime fero, quod, cum sis et huius iam aetatis et huius uitae atque probitatis, adhuc uis esse catechumenus, quasi fideles non possint, quanto sint fideliores atque meliores. tanto fidelius ac melius administrare rem publicam. quid autem boni agitis in his tantis curis et laboribus uestris, nisi ut bene sit hominibus? si enim hoc non agitis, uel dormire satius est noctes diesque quam uigilare in laboribus publicis nulli utilitati hominum profuturis. nec sane dubito excellentiam tuam prudenti . . . . . .

5 communi, *m. 1 corr.* communis *P* 6 ab aliis] ex illis *VU edd.* 8 flagitat ////////////// (*ras. 7 fere l.*) datur *V* flagitat quid datur *U* 9 litteras] scientias *VU edd.* 14 atque] ac *VU edd.* 15 quanto *om.. in marg. add. U* sint *om. U* 19 noctesque diesque *VU edd.* 20 profuturis *postremum uerbum est in U*, tuam *in V; insequuntur enim nonnullae uacuae paginae, quibus uterque codex finitur* 21 prudenti *postremum uerbum est in P; in fine una littera euanuisse uidetur, in cuius locum quod manus recens addidit, legi non potest; terminatur epistula in medio uersiculo, altera enim uersiculi pars et reliqui 7 uersiculi et tota insequens columna 34 uersiculorum, quae quaternionis est extrema, sunt uacua.*

CLII.

DOMINO MERITO VENERABILI ET UNICE COLENDO PATRI AUGUSTINO MACEDONIUS.

1 Optatas admodum sanctitatis tuae litteras accepi per Bonifatium, uenerandae legis antistitem, quem ego *eo* magis receptum dilexi, quod ad me desiderata pertulerat, sermonem sanctitatis tuae et incolumitatem, domine merito uenerabilis et unice colende pater. itaque sine mora, quod optabat, obtinuit. uerum quoniam extitit occasio, hoc ipsum, quantulumcumque est, quod admonitus indulsi. nolo sine mercede remanere. cupio enim accipere eam, quae mihi commodet sine pendentis incommodo, immo quae mihi commodet cum gloria dependentis.

P = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
P^2 = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
H = *cod. Palatinus 211 s. X.*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
P^3 = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
P^4 = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
L = *cod. Laurentianus St. Crucis plut. XVII dextr. 2 s. XI.*

Posteriorem tantum partem a p. 394, 19 propter *habent eamque adiectam ep. CLV (cf. p. 447, 13):*
P^1 = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
S = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
V = *cod. Vaticanus 3834 s. IX—X.*

Inscriptionem om. PP^4 5 uenerandae (ae *ex corr. m. 2*) *H* antistitem (item *ex corr. m. 2; fuisse uid.* antistem) *H* antistem *M* ego magis *codd. a* eo magis *cett. edd.; scripsi* ego eo magis 6 a *P*^{3}*L m* desirata, *m. 3* desiderata *H* desideratum *AP*^{3} *edd. praeter m* 7 et incolumitatem *om. P*^{2} domine, *corr. uid.* domino *H* 8 patri, *m. 2* pater *H* quod optabat sine mora *P*^{2} petebat *f l r m* 9 existitit *H* existit *MAP*^{3} *edd.* occasio] occasio olim *P*^{2} quantulumque *PP*^{4}*L* 10 quod a monitis (*m. 2* admonitis) *M* quodam monitus *A* quoda (a *exp.*) admonitus *L* 11 ea *HMAP*^{3}*L a* commodet, *m. 2* commodentur *H* sine—commodet *om. H* pendentis, *m. 2* impendentis *P*^{3} 12 immoq; mihi *M* gloria, *m. 2* gratia *H* dependendis *PP*^{4} dependenti *P*^{2} dependentes, *m. 2* dependentis *H*

2 Officium sacerdotii uestri esse dicitis interuenire pro reis et, nisi obtineatis, offendi, quasi, quod erat officii uestri. minime reportetis. hic ego uehementer ambigo, utrum istud ex religione descendat. nam si a domino peccata adeo prohibentur, ut ne paenitendi quidem copia post primam tribuatur, quem ad modum nos possumus ex religione contendere, ut nobis, qualecumque illud crimen fuerit, remittatur, quod utique, cum inpunitum uolumus, probamus? et si constat non minus auctorem quam probatorem teneri in omnibus, quae peccantur, certum est nos culpae societate uinciri, quotiens eum inpunitum esse cupimus, qui culpae tenetur obnoxius. tum praeterea accedit hoc, quod grauius est. nam omnia peccata uidentur ueniabiliora, cum is, qui reus est, correctionem promittit; uerum nunc, ut mores nostri sunt, et sceleris poenam cupiunt sibi homines relaxari et id, propter quod scelus admissum est, possidere. pro his quoque interueniendum putat sacerdotium uestrum, de quibus adeo futuri spes nulla est, ut etiam in praesenti eadem criminis ratio perseueret: nam qui tam peruicaciter tenet, propter quae crimen admisit, ostendit se, ubi licentia fuerit, similia peccaturum.

1—4 cf. p. 396, 6—9 4—11 = p. 396, 10—397, 3 12—14 = p. 397, 9—12; 16—398, 2 14—17 = p. 419, 1—4; 421, 17—20; 422, 9—11

1 eis *H* (*m. 1 corr.* reis) *A* rees, *m. 2* reis *M* 2 offendi | offendi (*bis, alterum m. 2 del.*) *M* 3 deportetis P^2 ergo PP^2H (*m. 2* ego) P^4 abigo, *m. 2* ābigo P^3 ambiguo (u *exp.*) *L* utrum] uerum *P* 4 ideo perhibentur, *m. 2* adeo prohibentur *H* 5 nec P^2 copiā P^2 primam] primam poenitentiam *edd. praeter m; cf. p. 396, 11* 6 nos| non *P* 7 nobis, *m. 2* a nobis *H* dimittatur *HMAP*^{3} *edd.; cf. p. 396, 13* 8 inputum, *m. 2* impunitum *H* si *om., m. 1 add. H* non] nos *L* 9 tenere P^2 10 peccant P^3 uincere *H* (*m. 2* uinciri) *MA* quotenens *P* 11 obnoxium *L* 12 tum] tā, *m. 2 add.* n *L* accidit *PMP*^{4} 13 *is (h *eras.*) *PHP*^{3} his P^2P^4L correptionem PP^2P^4L 15 homines sibi *edd.* 16 amissum, *m. 2* admissum *L* pro *in ras.* (*m. 1 ?*) P^3 17 putant *A* uris, *m. 2* urum *L* abeo, *m. 2* adeo *M* nulla spes *edd.* 19 quae] q., *m. 2* quę *M* què PP^1 quem P^2SVP^4 crimen *om.* P^2 crimĕ *P* amisit *PL* (*m. 2* admisit) 20 peccatorum, *m. 1 corr.* peccaturum *H* peccatorum, *m. 2* peccaturum P^1M

3 Ob haec igitur consulo prudentiam tuam et me hoc ambiguo, quo laboro, absolui desidero; nec ob aliam causam consultum te putes. ceterum mihi hoc propositum est, ut intercessoribus praesertim talis meriti. qualis tu es, etiam gratias agam. pleraque enim, quae sponte facere uideri nolo, ne remissio seueritatis alios armet in crimina, opto bonis intercessoribus relaxare, ut, quod libens concedo, salua seueritate iudicii alterius merito uideatur indultum. incolumem sanctitatem tuam diuinitas aeterna tueatur aeuo largissimo, domine uenerabilis et uere colende pater.

De scriptis sanctitatis tuae aliqua mihi promiseras et non accepi; quaeso, ut uel nunc mittas et ad hanc meam epistulam respondeas, ut, quia sanctitatem tuam interim uidere non datur, saltem sermonibus tuis pascar.

CLIII.

AUGUSTINUS EPISCOPUS FAMULUS CHRISTI FAMILIAEQUE EIUS DILECTO FILIO MACEDONIO IN DOMINO SALUTEM.

I 1 Negotiosissimum in re publica uirum et non suis sed aliorum utilitatibus attentissimum, qualem te esse et tibi gratu-

1 hoc *PP¹SVP⁴* et, *m. 3* ut *V* etiam et *m. 1 s. u. L* 2 quo, *m. 2* quod *P* quo* *H* quod *P²M* (*m. 2* quo) absolui, *m. 3* et absolui *V* ab, *m. 1 corr.* ob *HL* te consultum *PP¹SVP⁴* 3 hoc mihi *edd.* prositum, *m. 1 corr.* propositum *H* positum *P³* 4 meritis (s *exp.*) *L* quales, *m. 2* qualis *P¹* aes, *m. 1 corr.* es *M* gratiam *L edd. praeter a* 5 remissione *P³* 6 crimen *L* 7 salua *om. P¹SV* saluas (s *exp.*) *L* 8 incolumem—pater *ad finem epistulae reiecerunt HMAP³ edd.* incolomen *V* tuam *om. P¹* (*m. 1 ? s. u. add.*) *H* (*m. 2 add.*) 9 aeterno *L* tuatur *A* longissimo *PP¹P²SVP¹L; cf. p. 430, 6* uenerabilis] merito uenerabilis *HMAP³ edd.; cf. p. 393, 2* 11 aliquã *V* aliquae, *m. 1 corr.* aliqua *H* et non accepi *om. P²* 12 accipi, *m. 1 corr.* accepi *L* 13 uideri *P¹SP⁴*

* *Idem codices, qui in ep. CLII; accedit*
U = cod. Vaticanus 202 s. X.

16 familia*que (*fuit* e) *HP⁴* familiaque *PV* 17 filio dilecto *P¹* (*signis corr. uid.*) *SV* (filio *ras. ex* fidio) salute *P¹* 18 publica* (m *eras.*) *P³* 19 gratulamus, *corr.* gratulamur *P¹*

lamur et rebus humanis, nec deserere debemus alloquio nec occupare prooemio. accipe itaque, quod per me uel nosse uoluisti uel, utrum ipse nossem, experiri. quod si paruum aut superfluum iudicares, nullo modo inter tam magnas tamque necessarias curas tuas curandum esse censeres. quaeris a me, cur officii sacerdotii nostri esse dicamus interuenire pro reis et, nisi obtineamus, offendi, quasi, quod erat officii nostri, minime reportemus. ubi uehementer te dicis ambigere, utrum istud ex religione descendat. deinde adiungens, qua ratione ita mouearis: 'Nam si a domino peccata', inquis, 'adeo prohibentur, ut ne paenitendi quidem copia post primam tribuatur, quem ad modum nos possumus ex religione contendere, ut nobis, qualecumque illud crimen fuerit, remittatur?' adhuc urgues grauius et dicis nos probare, quod uolumus inpunitum; et si constat non minus auctorem quam probatorem

6—9 cf. p. 394, 1—4 10—397. 3 = p. 394, 4—11

1 nec *om.*, *m. 2 add. M* desere, *m. 2* deseri *P* 2 prohaemio (ha *m. 2 exp.*) P^1 ꝑmio *ex ras. et corr. m. ut uid. 2; fuisse uid.* p̄mio *M* praemio *PL* premio *HA* proymio P^2 3 experire *H* (*corr.* experiri) *M* (*m. 2* experiri) paruum, *m. 2* prauum *S* parum P^2U 4 nullu P^2 tam *om.*, *m. 1 add.* P^2 magnas tamquam (*m. 2* tamque) P^1 magna istamque (*m. 2* instantesque) *L* 5 conseres, *m. 2* censeres P^1 quaeri. *m. 2* quaeris *P* 6 officii, *supra* (*m. 2 ?*) *k* orum *H* officium *PSV*P^4*L* offiū, *m. 2* officii P^1; *cf. p. 394. 1* interueni po, *m. 1 (?) corr.* interuenire pro P^1 7 reis *V* eis *M* (*m. 1 corr.* reis) *A* quas. *m. 2* quasi P^1S quas *V* 8 reposcemus, *m. 2* reportemus *H* 9 adiungens. *m. 2* adiungis *L* adiunges P^1 (*corr.* adiungis) *S* (*m. 1 corr.* adiungis) P^4 (*m. 1 ? corr.* adiungis) adiungis *PVUHAP*^{3} *edd.* adiugis, *m. 2* adiungis *M* 10 a deo P^2 peccata inquis] peccatum quis P^1 (*m. 1 ? corr.* peccatum inquis) *S* (*m. 2* peccata inquis) peccata quaedam, *sed* a quaedam *in ras. m. 3 V* adeo, *sed* e *m. 3 add. V* 11 prohibentur (n *del.*) P^1 ne *om.* P^2 nec *SHMA edd.* prim, *m. 2* primū *P* prima *L* primum *V* (u *ex corr.*) *M* (*m. 2* primam) 12 tribu.atur *V* quemadmomum P^2 quammodum, *m. 2* quemammodum *L* nos *om. L* possimus, *corr.* possumus *V* 13 nobis *om. m* demittatur, *corr.* dimittatur *H* dimittatur *UMAP*^{3} *edd.* 14 urgues, *m. 1 corr.* urguis *S* urges, *m. 1 (? corr.* urgis P^4 argues, *corr.* urges P^1 arguis *PV* grauius urges *edd.* 15 si *om.* P^1 (*m. 1 ? add.*) *SV* constat (c *ex corr. m. 2*) P^2

teneri in omnibus, quae peccantur, certum esse nos culpae societate uinciri, quotiens eum inpunitum esse uolumus, qui culpae tenetur obnoxius.

2 His uerbis quem non terreas tuae lenitatis et humanitatis ignarum? unde nos, qui te nouimus et haec quaerendi gratia, non decernendi scripsisse minime dubitamus, aliis tuis uerbis ad ista citius respondemus. tamquam enim nos haesitare in hac quaestione nolueris, aut praeuidisti, quid dicturi essemus, aut admonuisti, quid dicere deberemus. et aisti: 'Tum praeterea accedit hoc, quod grauius est. nam omnia peccata uidentur ueniabiliora, cum is, qui reus est, correctionem promittit'. antequam ergo discutiam, quid sit illud grauius, quod in epistula tua sequitur, hoc interim, quod dedisti, accipiam eoque utar ad molem hanc amoliendam, qua nostrae intercessiones posse reprimi uidebantur. ideo quippe, quantum facultas datur, pro peccatis omnibus intercedimus, quia 'omnia

9—12; 16—398, 2 = p. 394, 12—14

2 societate *om.*, *m. 1 s. u. add.* P^2 societate *cum ras. super postr. l.* *M* satietate, *m. 2* sotietate *L* uincire, *m. 2* uinciri *H* uincere *M* (*m. 2* uinciri) *A* esse *om. P* esse nos *HMA* 3 culpa *L* 4 non] nos *P* humanitatis] unitatis P^3 6 decernendi (*pr.* n *in ras. m. 2*) P^1 uerbis tuis *edd.* 7 enim *om.*, *m. 1 add.* P^2 8 uolueris *S* (*m. 1 ? corr.* nolueris) *UH* peruidisti quod *H* 9 aut tam monuisti, *m. 2* (*?*) aut admonuisti *S* aut *ammonuisti *V* aut iam monuisti, *m. ut uid. 1 corr.* aut ammonuisti *A* 9 quid—aisti *om.* P^1 (*m. 2 s. u. add.*) *SV* quid] aut quid (aut *exp.*) *L* aisti, *m. 2* adisti *L* aisti tum (ti tum *ex corr. m. 2*) *H* tum *m. 2 inductum* *M* tutum *L* tam, *m. 2* tum P^1 iam (*ex* tam *ut uid.*) *V* tamen *S* 10 accedit, *m. 2* accidit *P* accidit P^2UHMAP^3 11 ueniabilia, *m. 1 corr.* ueniabiliora *V* *is (*fuit* h) $SHMP^3$ his P^2VL correctionem *ras. ex* correptionem P^1 correptionem PP^1 (*m. 1 corr.* correctionem) P^2S (*m. 2* correctionem) *L* 12 ego *L* illud] ad (*exp.*) illum (*m. 2* illud) *L* 13 sequimur, *m. 1 corr.* sequitur *S* dedisti. *m. 2* didisti *P* 14 accipiam eoque *om. L* amoliendam, *in marg. m. 2* amouendam P^1 a*moliendam (*fuit* d) *V* moliendam *A* commoliendum *L* amouendam *U m* admouendam (*pr.* d *m. 2 exp.*) P^3 amouendum *a e r* admouendum *f l* nostre, *m. 2* nostras P^1 nostra, *m. 2* nostras *L* 15 primi P^1 (*m. 2* reprimi) *S* (*m. 2* premi) *V* (*m. 3* reprimi) uidebuntur, *m. 2* uidebantur *L*

peccata uidentur ueniabiliora, cum is, qui reus est, correctionem promittit'. haec tua est, haec et nostra sententia.

3 Nullo modo ergo culpas, quas corrigi uolumus, adprobamus nec, quod perperam committitur, ideo uolumus inpunitum esse, quia placet; sed hominem miserantes, facinus autem seu flagitium detestantes, quanto magis nobis displicet uitium, tanto minus uolumus inemendatum interire uitiosum. facile est enim atque procliue malos odisse, quia mali sunt, rarum autem et pium eosdem ipsos diligere, quia homines sunt, ut in uno simul et culpam inprobes et naturam probes ac propterea culpam iustius oderis, quod ea foedatur natura, quam diligis. non est igitur iniquitatis sed potius humanitatis societate deuinctus, qui propterea est criminis persecutor, ut sit hominis liberator. morum porro corrigendorum nullus alius quam in hac uita locus; nam post hanc quisque id habebit, quod in hac sibimet conquisierit. ideo compellimur humani generis caritate interuenire pro reis, ne istam uitam sic finiant per supplicium, ut ea finita non possint finire supplicium.

II 4 Noli ergo dubitare hoc officium nostrum ex religione descendere, cum deus, apud quem nulla est iniquitas, cuius

20 II Paral. 19, 7

1 *is* (*fuit* h) *SH* his P^2VL correctionem *ras. ex* correptionem P^1 correptionem PP^1P^2S (*m. 2* correctionem) *L* 2 tuę, *m. 2* tua *L* et tua *U* 3 nullu P^2 qua *P* nolumus P^2 4 haec, *m. 2 (?)* nec *H* perpera P^2 ammittitur PP^1SVP^4 5 facinus *ras. ex* facimus *S* 6 flagitia PP^1SVP^4 7 uolumus *om. L* 8 est enim (est *m. 1 s. u.*) P^1 enim est *H edd.* est autem PP^4 prodibe, *m. 1 (?) corr.* procliue P^2 9 ut] et *L* 10 simul, *sed* imul *ex ras. et corr. (m. 1 ?)* P^1 et naturam probes *om. H* approbes *edd.* hac P^2L 11 istius *M* 12 legis, *m. ut uid. 2* diligis *A* 13 qui *ras. (ex* qua *?)* P^1 14 mirum (*m. 1 ? corr.* morum) porro *H* mirum porro quod P^3 nullū, *m. 2* nullūs *P* 15 locus] locus est *l r m* id *om., m. 3 add. V* 16 hoc P^2 sibimet (ibi *ex ras. et corr. m. 1*) P^2 sibi *L* cumquesierit *M* (*m. 2* conquisierit) *A* cumpellimur, *m. 2* compellimur *M* 17 eis *PH* (*m. 2* reis) P^4 fineant, *m. 2* finiant *M* 18 ut in ea *A* possent *H* (*m. 2* possint) *MA* 19 et. *m. 2* ex P^1 discendere *H* 20 *ante* iniquitas *et post ras. 1—2 l. H*

summa potestas est, qui non tantum, qualis quisque sit, uidet, uerum etiam, qualis futurus sit, praeuidet, qui solus potest in iudicando non labi, quia in cognoscendo non potest falli, faciat tamen, sicut euangelium loquitur, solem suum oriri super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. cuius mirabilis bonitatis ut simus imitatores, dominus Christus exhortans: Diligite, inquit, inimicos uestros, benefacite eis, qui uos oderunt, et orate pro eis, qui uos persequuntur, ut sitis filii patris uestri, qui in caelis est, qui facit solem suum oriri super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. hac indulgentia et lenitate diuina multos abuti ad perniciem suam quis nesciat? quos arguens apostolus et grauiter increpans dicit: Existimas autem, o homo omnis, qui iudicas eos, qui talia agunt, et facis ea, quoniam tu effugies iudicium dei? an diuitias benignitatis eius et patientiae et longanimi-

2 Ps. 138, 4 4; 7 Matth. 5, 44—45 13 Rom. 2, 3—6

1 qualis quisque] qualiscumque *L* qualis] quas *cum ras. supra* as *et puncto (m. 2) infra P* 3 labi *om. spatio 7—8 l. relicto, in quo a. m. scriptum est* falli P^2 lani, *m. 2* labi *L* falli non potest *U* 4 faciat (*post.* a *exp.*) P^1 faci•t, *m. 2* faciat *S* facia *P* facit *UP*^{3}*L edd.* loqui•tur *H* orire, *m. 2* oriri *HM* 5 pluit (a *super* i *m. 2 add.*) *S* pluit, *m. 3 (?) corr.* pluat *V* pluat P^2*HMA; cf. ep. LXXXVIII p. 408, 10—12; CLXVII 15 med.; CCXXX 5 in.* iusto, *m. 2* iustos *P* 6 cuius—iniustos *in fine pag. om. M* huius *L* Christus] iesus christus *U* 7 ////////ortans *L* et exortans P^1 (et *m. 2 del.*) *S* (*m. 2* ait exortans) dilige, *a. m.* diligite P^2 inimicos uestros inquit PP^4 (inquit *s. u. m. 1*) inquit *om.* P^1 (*m. 2 add.*) *SV* 8 his *A sec. Vulg.* oderint, *m. 1 (?) corr.* oderunt *S* et *om. L* 10 oriri solem suum P^2 solum P^1 (*m. 1 corr.* solem) *H* (*m. 2* solem) orire *H* 11 pluet, *m. 2* pluit *H* ha•c P^1 indulgentia et] indulgentia ex P^4 indulgenti *A* 12 ad perniciem suam] ut perniciae suam *L* nesciat (iat *ex corr. m. 2*) *P* nescit *HMA* 14 autem *om.* P^1*SV* omnis *ras. ex* hominis *S* iudicans (n *del.*) *M* 15 facies (e *exp.*) ea *L* eadem facis PP^1*SVP*^{4} quia *L sec. Vulg.* effigies *P* dI (i *ras.; fuisse uid.* s) P^1 16 eius benignitatis P^1 bonitatis *U sec. Vulg.* paenitentiae *S* longanimitates, *m. 2* longanimitatis *H* longanimitatis eius *U*

tatis contemnis? ignoras, quoniam benignitas dei ad paenitentiam te adducit? secundum autem duritiam cordis tui et cor inpaenitens thesaurizas tibi iram in die irae et reuelationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opera eius. numquid, quoniam isti in sua nequitia perseuerant, ideo deus in sua patientia non perseuerat perpauca in hoc saeculo puniens, ne diuina prouidentia non esse credatur, et multa seruans ultimo examini. ut futurum iudicium commendetur?

Non, ut opinor, magister ille caelestis impietatem nos diligere praecipit, cum praecipit, ut nostros diligamus inimicos, benefaciamus eis, qui nos oderunt, oremus pro eis, qui nos persequuntur. cum procul dubio, si pie deum colimus, inimicos atque odiis aduersum nos acerrimis incitatos ac persecutores nisi impios habere non possumus. num igitur diligendi sunt impii? num impiis benefaciendum est? num pro impiis etiam orandum est? ita plane. qui enim hoc praecipit, deus est; nec tamen nos hoc pacto societati adiungit impiorum, quibus et ipse parcendo et uitam salutemque largiendo non utique sociatur. consilium quippe eius, quantum homini pio nosse donatum

1 ignoras, *m. 2* ignorans P^1 ignorans P^2 (*post.* n *exp.*) *HMAP*^{3} *sec. sacr. litt.* quia PP^1SVP^4 2 te *om. H* (*m. 2 ? add.*) *A* duritiam autem P^2 (autem *s. u. m. 1*) *L sec. Vulg.* 3 cordis sui (*m. 1 corr.* tui) *A* tuam P^2 *f l r m sec. sacr. litt.* tibi *om. V* 4 reuelationem *HMA* reddat, *m. 2* reddet *S* 5 quia P^2 iusti *P* 6 ideo—perseuerat *om., m. 3 in inf. marg. add. V* pacientia sua *A* patia. *m. 1 corr.* patientia P^2 7 per pauca *cum ras. super postr. l.* P^3 per paucă *P* in *om., m. 2 add. H* 8 et] ut P^3 mul (*m. 2* multa) | seruans *M* multas (s *exp.*) eruans *L* exanimi *M* 9 ut *m. 2 del.* P^3 commendet P^3 10 ut *om. P* 11 praecepit *HMAP*^{3} cum praecipit *om. UHMAP*^{3} cum praecepit (*corr.* praecipit) *V* 13 deum pie PP^1SVP^4L 14 *impios (*fuit* p) P^1 15 possumus, *ras.* possimus *H* possimus *edd.* non, *m. 2* num P^1 sint *H* num ipsiis (*alterum* i *exp.*) *L* 17 quenim hoc P^3 qui | hoc P^2 qui mihi hoc *V* quae mihi hoc P^1 (*m. 2* qui enim hoc) *S* (*m. 2* quia qui mihi hoc) praecepit *PHMA* tamen et nos *L* 18 pacto *ex* peccato *m. 1 U* facto *L* 19 pascendo P^2H (*m. 2* parcendo) *M* (*corr.* parcendo) AP^3 et *om.* P^2 20 quippe] que *S* eius (ius *m. 2; fuit* ẽ) *H* datum P^2

est, exponit apostolus dicens: Ignoras, quia patientia dei ad paenitentiam te adducit? ad hanc uolumus adduci, pro quibus interuenimus, non eorum peccatis uel parcimus uel fauemus.

III 6 Nam quosdam, quorum crimina manifesta sunt, a uestra seueritate liberatos a societate tamen remouemus altaris, ut paenitendo placare possint, quem peccando contempserant, seque ipsos puniendo. nam nihil aliud agit, quem ueraciter paenitet, nisi ut id, quod male fecerit, inpunitum esse non sinat. eo quippe modo sibi non parcenti ille parcit, cuius altum iustumque iudicium nullus contemptor euadit. quod si iniquis et scelestis ille parcendo eisque uitam salutemque largiendo etiam plerisque eorum, quos nouit non acturos paenitentiam, tamen exhibet patientiam, quanto magis nos in eos, qui correctionem promittunt et, utrum faciant, quod promittunt, incerti sumus, misericordes esse debemus, ut rigorem uestrum pro eis intercedendo flectamus, pro quibus et deum, quem nihil de moribus eorum etiam futuris latet, non tamen inpudenter, quia hoc ipse praecepit, oramus!

7 In tantum autem hominum iniquitas aliquando progreditur,

1 ignoras** (*fuitne* is *?*) *A* ignorans (n *exp.*) *L* quoniam *PP*^{1}*P*^{2}*SVP*^{4}; *cf. p. 400, 1* 2 uolumus, *m. 2* cum uolumus *S* 3 *pr.* uel *om. PP*^{1}*SVP*^{4} 4 fauemus (u *ex ras.*) *S* fabemus, *m. 2* fauemus *P*^{1} facimus *A* 5 a uestra] auram, *m. 2* a ũra *P*^{1} 6 seruitute *P* liberato *L* altaris remouemus *L* 7 placere, *m. 2* placare *P*^{1}*S* deo placere *L* peccandi *P*^{2} contempserunt *P*^{1}*SV* 8 se* (*fuit* q;) *P*^{4} puniant *P*^{3} aliud *om. PP*^{1} (*m. 2 add.*) *SP*^{4} agit quem, *m. 2* agit qui *M* agit quos *L* agunt quos *PP*^{1}*P*^{2}*SVP*^{4} 9 ut *om. P*^{2} id *om. L* mala *PP*^{4} mali *HMA edd.* fecerunt *PP*^{1}*P*^{2}*SVP*^{4} 10 sinant *PP*^{1}*P*^{2}*SVP*^{4}*L* parcentibus *PP*^{1}*P*^{2}*SVP*^{4}*L* parci, *m. 1* (*?*) *corr.* parcit *H* 11 quos, *m. 2* quod *P*^{1} 12 celestis, *m. 2* scelestis *M* eis, *m. 2* (*?*) *corr.* eisque *H* 15 eas, *m. 1 corr.* eos *V* correptionem *PP*^{2}*S* (*m. 2* correctionem) *MP*^{4} (*ras.* correctionem) *L* corruptionem *P*^{1} (*m. ut uid. 1 corr.* correptionem, *m. 2* correctionem) *A* (*m. 1 corr.* correptionem) 16 incertissimus misericordes *A* 17 nostrum *A* 18 dominum *UHMAP*^{3} *edd.* etiam *om. PP*^{1} (*m. 2 add.*) *SVP*^{4} 19 inpudenter, *m. 2* inprudenter *A* praecipit *PP*^{2} 20 aliquando iniquitas *edd.* iniquita-s *V* iniquitatis (ti *exp.*) *P*^{1}

ut etiam post actam paenitentiam, post altaris reconciliationem uel similia uel grauiora committant; et tamen deus facit etiam super tales oriri solem suum nec minus tribuit, quam antea tribuebat, largissima munera uitae ac salutis. et quamuis eis in ecclesia locus ille paenitentiae non concedatur, deus tamen super eos suae patientiae non obliuiscitur. ex quorum numero si quis nobis dicat: 'Aut date mihi eundem iterum paenitendi locum aut desperatum me pronuntiate, ut faciam, quicquid libuerit, quantum meis opibus adiuuor et humanis legibus non prohibeor, in scortis omnique luxuria damnabili quidem apud deum sed apud homines plerosque etiam laudabili, aut si me ab hac nequitia reuocatis, dicite, utrum mihi aliquid prosit ad uitam futuram, si in ista uita inlecebrosissimae uoluptatis blandimenta contempsero, si libidinum incitamenta frenauero. si ad castigandum corpus meum multa mihi etiam licita et concessa subtraxero, si me paenitendo uehementius quam prius excruciauero, si miserabilius ingemuero, si fleuero uberius, si uixero melius, si pauperes sustentauero largius, si caritate,

2 Matth. 5, 45

2 facit deus *U* 3 tribuat *A* qui, *m. 1 corr.* quam *U* ante P^2L *edd.* 4 hac (h *exp.*) *L* et *m. 2 del. H* 5 ille] ille qui prius *U* simillimae *a* humillimae *cett. edd.; cf. p. 403, 6* non—patientiae *om. H* 6 paenitentiae PAP^3 (*m. 1 corr.* patientiae) 7 dicit, *m. 1 corr.* dicat *U* iterum *om. L* 8 me pro unitate, *m. 2* me permittite *HA* me pro unitate, *m. 2* me dimittite *M* me permittite P^3 *edd.* permittite me *U* faciat, *m. 1 corr.* faciam *L* 9 meis uiribus (s ui *ex corr. m. 2 et* ri *s. u. m. 2*) P^2 adiubor, *m. 2* adiuuor P^1 adiutor, *m. 2* adiuuor *M* 11 dominum $HMAP^3L$ *edd.* aut si *spatio relicto om. L* 12 reuocatus, *m. 1 corr.* reuocatis *V* utrum] iterum P^1 (*m. 1 ? corr.* utrum) *SV* aliquid quod prosit P^1 (quod *m. 2 del.*) *SV* 13 lecebrosissimae. *m. 2* illecebrosissimae P^1S 14 incitamen *in fine u. P* frenaro si. *m. 1 corr.* frenauero si P^2 frena (*m. 2* frenauero) | ∗Si *M* 15 multa *om. L* multa mihi *om. P* 16 contraxero *L* 17 ingenuero. *m. 2* ingemuero P^1 si fleuero uberius *spatio relicto om.* PP^4 si fleuero uberius si *om., m. 2* si *add.* P^1 18 pauperos *S* (*m. 1 corr.* pauperes) *L* caritatem P^1 (m *m. 2 del.*) P^2S (m *del. praeposito m. 2* in)

quae cooperit multitudinem peccatorum, flagrauero ardentius', quis nostrum ita desipit, ut huic homini dicat: 'Nihil tibi ista in posterum proderunt; uade, saltem uitae huius suauitate perfruere'? auerterit deus tam immanem sacrilegamque dementiam! quamuis ergo caute salubriterque prouisum sit. ut locus illius humillimae paenitentiae semel in ecclesia concedatur, ne medicina uilis minus utilis esset aegrotis, quae tanto magis salubris erit, quanto minus contemptibilis fuerit, quis tamen audeat deo dicere: 'Quare huic homini, qui post primam paenitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis?' quis audeat dicere erga istos non agi, quod apostolus ait: Ignoras, quia patientia dei ad paenitentiam te adducit? aut istis exceptis esse definitum, quod scriptum est: Beati omnes, qui confidunt in eum, aut ad istos non pertinere, quod dicitur: Viriliter

1 I Petr. 4, 8 12 Rom. 2, 4 14 Ps. 2, 13 15 Ps. 30, 25

1 caeperit *A* operit *V edd. sec. Vulg.* (*cod. Amiat.* cooperit) flagrauero (r *post* g *in ras. 2 l.*) *L* flagitauero *U* 2 desipiat *PP*^{1}*SVP*^{4} decepit, *m. 2* desipit *L* nil *L* 3 ista *om., m. 2 add. H* proderunt in posterum *edd.* proderunt (e *ex corr. m. 2*) *S* huius *om. P* 4 auertit *PP*^{4} auertat *UP*^{3} *edd.* tam *om. L* inmane sacrilegamque *P*^{2} inmane sacrilegumque (*m. 2* sacrilegium atque) *L* 5 ego *A* salubriter quam (*m. 2* que) *L* prouisum sumpsit *M* (sump *m. 1 del.*) *A* pro cum sūp sit (*m. 2* prouisum sit) *H* 6 illius (us *m. 2 exp.*) *L* in aecclesię *L* 7 ne (e *m. 3 et* ~ *super* n *eras.*) *V* medicina uilis (u *ex ras. et corr. m. 1*) *P*^{1} medicinabilis *P*^{2}*S* (*m. 2* medicina sanabilis) medicinalibus *V* medicina uel *U* minus utilis *om. A* utiles esse | egrotis *P*^{2} aegotis, *m. 2* aegrotis *P* 8 tantum. *m. 2* tanto *HM* tantum *A* erit *om. P*^{2} eni *V* est *UHMAP*^{3} *edd.* contemtibilis (contem *ex ras. et corr. m. 1*) *P*^{2} 9 tam, *m. 2* tamen *L* audet *P*^{2} dicere deo *S edd.* hunc, *m. 2* huic *L* 10 •• qui *H* russus *V* 11 obstringit, *m. 2* obstrinxit *H* adhuc] huic *H* dicere *om. V* 12 quod] sicut *L* ignorans *A sec. sacr. litt.* patientia• dei (m *eras.*) *P*^{1} 13 aut istis (ut i *in ras. m. 2*) *M* exceptū *P*^{2} 14 diffinitum *U* definitus *A* deum itū, *m. 1 corr.* dictū *M* 15 eū, *m. 1* (*?*) *corr.* eo *V* eo *U sec. Vulg.* aut •ad *V* quid, *m. 1 corr.* quod *A* uiriter, *a. m.* uiriliter *P*^{2} utiliter, *m. 2 ut uid.* iuriliter *A*

agite et confortetur cor uestrum, omnes qui speratis in domino?

8 Cum igitur super peccatores tanta sit patientia, tanta misericordia dei, ut in hac temporali uita moribus emendatis non damnentur in aeternum, qui nullius, quae sibi praebeatur, expectat misericordiam, quoniam nemo est illo beatior, nemo potentior, nemo iustior, quales nos esse oportet homines erga homines, qui hanc uitam nostram quantacumque laude cumulemus, eam sine peccato esse non dicimus, quia, si dixerimus. nos ipsos, sicut scriptum est, decipimus et ueritas in nobis non est! proinde licet accusatoris alia persona sit. alia defensoris, alia intercessoris, alia iudicis, de quorum propriis officiis nimis longum est et non necessarium hoc sermone disserere, sic tamen etiam ipsos criminum ultores atque in hoc officio non ira propria concitatos sed legum ministros nec suarum sed alienarum iniuriarum examinatarum uindices. quales iudices esse debent, terruit censura diuina, ut cogitarent sibi propter sua peccata dei misericordiam necessariam nec putarent ad culpam sui officii pertinere, si quid erga eos misericorditer agerent, quorum uitae necisque haberent legitimam potestatem.

9 I Ioh. 1, 8

1 confortur *A* cor *om.* P^2 sperant, *m. 1 (?) corr.* speratis P^1 2 dominum, *corr.* domino *H* dominum MP^3 *edd.* 3 cum] quantum *L* 4 misericordia] sit m, *a. m.* sit mia P^2 in *om. V* 5 damnetur PP^4 qui nullius *om., in marg. m. 2 add.* P^1 qui⁹ (*fuit* n) *H* nullus *S* (*m. 2* nullius) *V* quae *om. U* 6 expectat, *m. 2* expectant P^1 7 nos/// (*parua ras.*) P^1 non, *corr.* nos *H* non *A f m* oportet esse P^2 erga homines *om. P* 8 commendemus *M* 9 eam] etiam *M* qm̃ P^2 quod *UHMA*P^3 *edd.* dicimus PP^1 (*m. 2* dixerimus) VP^4L 12 intercessores, *m. 1 corr.* intercessoris *S* inarcessoris, *m. 2* intercessoris *L* decorum, *m. 2* de quorum *P* 13 nimis *om.* P^2 14 criminu (*m. 2* criminũ) | ⁹ultores *M* 15 concitat', *m. 2* concitat'o *M* 16 examinatarum iniuriarum P^3 *edd.* examinatores P^2 examinaturos *L* uindices] ac uindices P^2 17 *ante* quales *ras. 1—2 l. V* censura terruit PP^1P^4 18 misericordia necessaria putarent ad cupam (*m. 1 corr.* culpam) P^2 20 nec his que *A*

IV 9 Nam cum ad dominum Christum Iudaei adduxissent mulierem in adulterio deprehensam eumque temptantes dicerent, quod iussa esset lege lapidari, ac deinde quaererent, quid de illa ipse praeciperet, respondit eis: Qui sine peccato est uestrum, prior in illam lapidem iaciat. ita nec legem inprobauit, quae huius modi reas iussit occidi, et illos terrendo ad misericordiam reuocauit, quorum iudicio haec posset occidi. puto, quod hac sententia domini audita, si praesens fuit etiam maritus ipse, qui uiolatam sui tori fidem uindicari postulabat, exterritus animum ad uoluntatem parcendi ab ulciscendi cupiditate deflexit. nam quo modo est admonitus accusator, ne suas persequeretur iniurias, quando ipsi iudices ita sunt a uindicando prohibiti, qui in adultera punienda non priuato dolori compellebantur seruire sed legi! unde Ioseph, cui uirgo Maria, domini mater, fuerat desponsata, cum eam comperisset esse praegnantem, cui se nouerat non esse commixtum, et ob hoc nihil aliud quam adulteram credidisset, puniri eam tamen

1 Ioh. 8, 3—7 14 Matth. 1, 18—20

2 comprehensam *UHMAP*^{3} *edd.* 3 quod (d *m. 2 s. u.*) *L* lapidare *H* (*m. 1 corr.* lapidari) *MA* 4 qđ, *m. 2* qd *M* praeciperet *om., m. 2 add.* P^1 praecipere•t (n *eras.*) P^2 5 eam *HMAP*^{3}*L edd.* iaceat *H* (*corr.* iaciat) *M* (*m. 2* iaciat) *A* iactet, *in marg. m. 1* aꝺ iaciat *U* mittat *L sec. Vulg.* 6 inprobabit, *m. 2* inprobauit P^1S improbabit *ut uid. ex* improbauit *corr. m. 1* P^2 qua *A* eiusmodi *A* reas *om., m. 3 add.* reos *V* reos PP^1S (*m. 2* reas) P^4L (*m. 2* reas) ream P^2P^3 *edd praeter m* occidere *U* 7 iudicium *H* (*corr.* iudicio) *M* (*m. 2* iudicio) possit MP^3 8 hac] ac P^2M (*m. 2* hac) haec P^3L 9 ipse////////qui (*ras. 6—7 l.*) *P* sui tori] *inter* sui *et* tori *spatium 2 fere l. uacuum* P^2 uxoris *A* uindicare *SHMA* 10 animus P^2 ab] ad *A* ab ulciscendi *om. L* ab|•ulciscendi P^1 11 deflexerit *V* est] non est *m* 12 ipso, *m. 1* (*?*) *corr.* ipsi *H* 13 iudicando *L* prohibita, *m. 2* prohibiti *P* ad in ultera, *m. 1 corr.* in adultera *S* in ipsa adultera *U* in adulteria (i *exp.*) *L* in adulterā puniendā (*post.* ~ *m. fortasse 2*) P^1 priuatondo do|lori (to *in ras. m. ut uid. 1*, ndo *exp.*) P^3 14 seuire P^2 15 fuerit *H* disponsata, *m. 2* desponsata P^1 16 •esse *M* praegnatam *HMA* pegrinantem, *m. 2* praegnantem *L* commixtam *PH* (*m. 1 corr.* commixtum) P^4L (*m. 2* commixtum) 17 tamen eam *edd.* tamen *m. 2 del. S*

11 Postremo ipse dominus apud homines intercessit, ne lapidaretur adultera, et eo modo nobis intercessionis commendauit officium, nisi quia ille terrendo fecit, quod nos petendo. ille enim dominus, nos serui sumus. uerum tamen ille sic terruit, ut omnes timere debeamus. quis enim est nostrum sine peccato? quod cum illis dixisset, a quibus ei offerebatur punienda peccatrix, ut, qui sciret se esse sine peccato, prior in illam lapidem mitteret, cecidit saeuitia tremente conscientia; tunc enim iam ex illa congregatione dilapsi solam misericordi miseram reliquerunt. cedat huic sententiae pietas Christianorum, cui cessit impietas Iudaeorum; cedat humilitas obsequentium, cui cessit superbia persequentium; cedat confessio fidelis, cui cessit simulatio temptatoris. malis parce, uir bone; quanto melior, tanto esto mitior; quanto fis celsior potestate, tanto humilior fiere pietate.

V 12 Ego quidem intuens mores tuos appellaui te uirum bonum. sed tu intuens uerba Christi dic tibi ipse: Nemo bonus nisi unus deus. quod cum uerum sit — hoc enim ueritas

1 Ioh. 8, 3—9 17 Marc. 10, 18; Luc. 18, 19

1 ipse, *m. 2 (?) corr.* cur ipse *H* 2 intercessiones, *m. 1 (?) corr.* intercessionis *S* intercessionib; *P* commendabat, *m. 1 (?) corr.* commendauit P^1 3 illi (*m. 2* ille) enim *L* 5 timore *P* nostrum est *U* 7 quis *H* (*m. 2* si quis) *M* (s *m. 2 exp.*) illa P^2 9 ex illa iam *edd.* misericordi• *M* misericordiam, *m. 1 (?) corr.* misericordiae *H* misericordi et *L* misericordiam et P^2 10 reliquerunt, *m. 1 corr.* relinquerunt P^2 reli•querunt *H* relinquerunt P^1 (*pr.* n *exp.*) *S* (*pr.* n *del.*) *M* (*pr.* n *m. 2 exp.*) *ante* cedat *in initio pag. spatium 14 fere l. uacuum P* sententia, *m. 2* sententiae P^1S pietas Christianorum *om., m. 2 s. u. add.* P^1 pia PP^4 Christianorum *spatio relicto om.* PP^4 11 cessit, *sed* it *in ras. (m. 1 ?) M* iudaicorum *L* 12 cui—persequentium *om., m. 2 s. u. add.* P^1 13 quanta *A* 14 isto, *corr.* esto *H* uis *H* (*m. 2* sis) *MA* sis *P edd. praeter e m* 15 fiere *om.* PP^4 (*in fine u.*) fiere (*postr. l. ex ras. et corr. m. 2, fuisse uid. &*) P^1 fieret *S* (*m. 2* fiere et) *L* fi[illegible] (*ras. 2—3 l.*) *V* fieri *MA* fieris, *m. 2* sis *H* fias UP^3 *edd. praeter m; cf. Roensch Itala² p. 294 et 302* 16 bonum *s. u. m. 2 L* 17 ipsi *UHMA*P^3*L edd.* 18 unus] solus *U* uero. *m. 1 corr.* uerū P^1

dixit —, nec ego tamen illud existimari debeo fallaci assentatione dixisse et dominicis uerbis quasi contrarius extitisse, ut, cum ille dicat: Nemo bonus nisi unus deus, ego te appellauerim uirum bonum; non enim et ipse dominus contraria sibi locutus est, ubi ait: Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. deus ergo singulariter bonus est et hoc amittere non potest; nullius enim boni participatione bonus est, quoniam bonum, quo bonus est, ipse sibi est, homo autem, cum bonus est, ab illo bonus est, quod a se ipso esse non potest. illius enim spiritu boni fiunt, quicumque fiunt, cuius capax creata est nostra natura per propriam uoluntatem. pertinet ergo ad nos, ut boni simus, accipere et habere, quod dat, qui de suo bonus est, quo quisque neglecto de suo malus est. proinde in quantum homo recte agit, id est scienter et amanter et pie bonum operatur, in tantum bonus est; in quantum autem peccat, id est a ueritate et caritate et pietate deuiat, in tantum malus est. quis autem est in hac uita sine aliquo peccato? sed eum dicimus bonum, cuius praeualent bona, eumque optimum, qui peccat minimum.

13 Idcirco ipse dominus quos dicit bonos propter participationem

5 Luc. 6, 45; Matth. 12, 35

1 estimari P^2 fallaci$_s$ H fallac (*sic!*) P 2 et—extitisse *om.* P^1 (*m. 2 s. u. add.*) SV 3 bono, *m. 2* bonus M 4 enim *om.* P^2 6 bona] bonū, *sed* ū *m. 2* M 7 et *om.* P^2 ammittere H (m *del.*) M (m *m. 2 exp.*) A nullus PS (*m. 1 corr.* nullius) P^4 boni *ras. ex* bono M bono, *m. 2* boni H 8 sibi est] sibi bonus est PP^4 9 illo, *m. 2* illo bono S 10 ipse H esse *om., m. 1 add.* P^2 quicumque fiunt *om.* $UHMAP^3$ *a e f* quicumque boni fiunt P^2 *l m* 12 pertinent H (*post.* n *eras.*) A pertinere P^2 ergo ad] aut ad P autem ad P^4 erga U ad P^3 sumus PP^2P^4 simis A 13 qui de suo bonus est *spatio relicto om.* PP^4 qui de suo bonus est *om., m. 2 s. u. add.* P^1 neglato, *m. 2* neglecto P^1 nelecto, *m. 2* neglecto M 14 agit *om.* P^2 ait L 16 et caritate *om.* PP^1 (*m. 2 s. u. add.*) SVP^4 18 in hac uita est U eam, *corr. uid.* eum V 19 praeualet P^2 21 quos *ex corr.* (*fuitne* quod *?*) V bonus M (*m. 1 corr.* bonos) L (*m. 2* bonos) participationem—propter *om.* M

gratiae diuinae, eosdem etiam malos dicit propter uitia infirmitatis humanae, donec totum, quo constamus, ab omni uitiositate sanatum transeat in eam uitam, ubi nihil omnino peccabitur. nam utique bonos docebat orare, non malos, quibus praecepit. ut dicerent: Pater noster, qui es in caelis; ex hoc enim boni, quo filii dei non natura geniti sed gratia facti tamquam hi, quibus recipientibus eum dedit potestatem filios dei fieri. quae generatio spiritalis more scripturarum etiam adoptio nominatur, ut distinguatur ab illa generatione dei de deo. coaeterni de aeterno, unde scriptum est: Generationem eius quis enarrabit? cum ergo bonos esse monstrauerit, quos uoluit deo ueraciter dicere: Pater noster, qui es in caelis. praecepit tamen, ut in eadem oratione inter cetera dicerent: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. quae debita esse peccata quamuis manifestum sit, postea tamen manifestius declarauit dicens: Si enim dimiseritis peccata hominibus, dimittet uobis et pater uester peccata uestra. hanc orationem baptizati orant nec est prorsus praeteritorum aliquid peccatorum, quod non baptizatis in sancta ecclesia dimittatur. sed postea uiuendo in hac fragilitate mortali nisi contraherent, quod dimittendum

5 Matth. 6, 9 7 Ioh. 1, 12 8 Rom. 8, 15; 23; 9, 4; Gal. 4, 5; Eph. 1, 5 10 Es. 53, 8 14; 17 Matth. 6, 12; 14

2 quo] in quo PP^1SVP^4 3 ubi *om.*, *m. 2 s. u. add.* in qua *L* 4 uti.que *P* bonus, *m. 2* bonos *L* praecipit P^2 6 quo filii dei boni *U* gentis P^2 7 hii P^1 (*alt.* i *eras.*) *U* in *A* respicientibus. *m. 2* recipientibus P^1S despicientibus *V* *post* dedit *s. u. a. m. add.* eis *sec. sacr. litt.* P^2 8 more* (*fuit* s) *V* 10 coaeternus *A* eius autem quis *V* 11 enarrauit P^2SL bonus, *m. 2* bo. os *L* esse monstrauerit *spatio relicto om.* PP^4 esse monstrauerit *om.*, *m. 2 s. u. add.* esse demonstrauerit P^1 monstrauerit (*om.* esse) P^2 esse demonstrauerit *L edd.* 12 deo, *m. 2* ut deo *S* dicere *ras. ex* dicer& P^1 diceret, *m. 2* dicerent *S* 13 precipit P^2 ut *om.* P^2 in *om.* *P* orationem (m *m. 2 del.*) P^1 caeteras *L* 16 declarauit] ipse declarat P^1 (*m. 2* declarauit) SVP^4L ipse clamat *P* 17 hominum P^2 18 et *om.* *A* 20 baptizaris *P* demittatur, *m. 2* dimittatur *H* 21 hanc (n *exp.*) *L* mortalitate (tate *exp.*) P^1 demittendum *H*

esset, non ueraciter dicerent: Dimitte nobis debita nostra. boni ergo, in quantum filii dei sunt, in quantum autem peccant, quod sua non mendaci confessione testantur, utique mali sunt.

14 5 Nisi forte quis dicat alia bonorum alia malorum esse peccata, quod non usque quaque inprobabiliter dicitur. uerum tamen dominus Iesus sine ulla ambiguitate malos appellauit eosdem ipsos, quorum patrem dicebat deum. nam in eodem sermone, ubi illam docet orationem, alio loco exhortans ad 10 precandum deum ait: Petite et accipietis, quaerite et inuenietis, pulsate et aperietur uobis; omnis enim, qui petit, accipit et, qui quaerit, inuenit et pulsanti aperietur; et paulo post: Si ergo uos, inquit, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis uestris, quanto magis 15 pater uester, qui in caelis est, dabit bona petentibus se! num igitur deus pater malorum est? absit. quo modo ergo dicitur 'pater uester caelestis', quibus dicitur 'cum sitis mali', nisi quia utrumque ueritas monstrat, quid simus dei bono, quid humano uitio, hoc commendans, illud emendans?

10 Matth. 7, 7—8; 11; Luc. 11, 9—10; 13

1 suae *om.* P^1 minime sentire PP^1VP^4 sentire ..mini (*fuit* me) me *A* 2 asseuerant, *m. 2* asseuerent *S* 3 in fallari distauro *S* in fabularidis tauro *P* (*ante* ridis *s. u. m. 2 add.* pa) P^4 inflandi P^2 5 *post* malis *ras. 4—5 l. V* caedant *V* *pro* atque—abscedendum *ras. 8—9 l. in primo u.* (*in marg. a. m. add.*) P^2 molestis, *corr.* molestiis *V* 6 esse *om.* P^2 7 nefas sit *V* sit *om., m. 1 add.* P^2 nefas *om. A* 8 in libro primo *M* 9 *post* multa *ras. 1—2 l. A* 10 superbiae *A* 11 qua *ex corr. m. 3, fuisse uid.* quia *V* quia *L* 12 fruitur . . . . . compellitur, *m. 3* fruatur . . . . . compellatur *V* 13 quinti (*post.* i *ras.*; *fuisse uid.* tus) culanarum (*m. 2* tusculanarum) *M* 14 libro, *m. 2* libri *S* hoc *om.* PP^1 *m* 15 corpori (*m. 2* corporis) suggeret (*m. 1? corr.* suggereret) *S* corporis suggeret (*m. 1? corr.* ageret, *m. 2* suggereret) P^1 corporis sugeret (*corr.* suggereret) *V* 19 orbaretur *L edd.* hic ferre P^2 inferre *P* 20 sententiae *L* addit *L*

grauissimos corporis, qui eum si non interemerint, ipse se interimat et ad portum non sentiendi hac liberatus uirtute perueniat. cedit igitur sapiens immanissimis cladibus atque succumbit in tantum, ut eis cogatur et in se ipsum homicidium perpetrare. cui iam parcat, ut illis careat malis, qui sibi ipse non parcit? certe semper beatus est, certe beatam uitam in sua potestate constitutam nulla ui potest ullius calamitatis amittere. ecce in caecitate et surditate et atrocissimis cruciatibus corporis aut amisit beatam uitam aut, si et in istis afflictionibus adhuc beata est, fit per huius modi doctissimorum hominum disputationes, ut sit aliquando beata uita, quam sapiens ferre non possit uel, quod est absurdius, quam sapiens ferre non debeat eamque fugiat, abrumpat, abiciat seseque ab ea ferro etiam seu ueneno ullaue alia uoluntaria morte subducat, ut in portu non sentiendi uel nullus omnino sit. quod Epicurei et si qui alii simili stultitia putauerunt, uel ideo beatus, quoniam fuerit ab illa beata uita tamquam ab aliqua peste liberatus. o nimium superba iactantia! si beata

1 corporis grauissimos P^2 interimerint *M* interimerent *A* se‹‹‹‹ interimat P^1 se interimit *M* interimit (se *in fine u. om.*) *A* 2 et (t *s. u. m. 1*) *M* sentienti, *m. 2* sentiendi P^1S sentienti *PV* (*corr.* sentiendi) P^4 ha‹c *P* haec P^1 (e *m. 2 exp.*) SVP^4 ac *L* 3 ce‹‹dit (*fuit* ci) P^1 cladibus (b *in ras. m. 2*) P^1 cladibus (c *in ras. m. 2*) *M* 4 succumbet *A* se *om. A* 5 ut *om.*, *m. 2 add.* P^1S ut *om.*, *postea add. V* 6 ipse, *m. 2* ipsi P^1 semper, *m. 2* si semper *S* 7 constitutum *P* constituta *L* ‹ullius *M* 8 calamitatibus P^2 9 *pr.* aut *om. L* et *om.* P^1 (*m. 1 add.*) P^2 10 afectionibus *P* beata est adhuc PP^4 huiusce *edd.* modi *om.* P^2 11 disputationes (e *ex corr. m. 2; fuitne* i *?*) *M* disputationibus *V* 13 eumque *L* abrumpta *M* abrupta *A* 14 se‹seque *V* ueno, *m. 3* ueneno *V* ullabe *L* ulla (*cum ras. super* a) ue‹ (l *fuisse uid.*) P^4 ulla uel *P* (*m. 2* ullo uel) P^2S (*postr. l. del.*) VMP^3P^4 ullo uel *A* uel *edd.* uoluntari, *m. 3* uoluntaria *V* uoluptaria PP^1 (*m. 2* uoluntaria) SP^4 15 porta P^2 nun‹, *m. 2* non‹ P^1 uel] s; P^3 omni, *m. 2* omnino P^1 16 alia, *m. 2* alii P^1 aliis (s *m. 2 exp.*) *M* 17 tamquam] quam P^2 18 ab aliqua peste] aliquā peste P^2 ab illa qua perte P^3 omnium, *m. 2* o nimium P^1S omnium PP^2AP^4L omium *V*

uita est in cruciatibus corporis, cur non in ea manet sapiens, ut fruatur? si autem misera est. quid, obsecro te, nisi typhus impedit, ne fateatur, ne oret deum, ne iusto et misericordi supplicet, qui potens est et uitae huius mala uel auertere uel mitigare uel ad ea toleranda fortitudine armare uel ab eis omni modo liberare et post haec uere beatam uitam dare, quo nullum malum admittatur et ubi summum bonum numquam amittatur?

4 Hoc piorum praemium est, cuius adipiscendi spe uitam istam temporalem atque mortalem non tam delectabiliter quam tolerabiliter ducimus et mala eius tunc bono consilio et diuino munere fortiter ferimus, cum bonorum aeternorum fideli dei promissione et fideli nostra expectatione gaudemus. ad hoc nos exhortatus apostolus ait: Spe gaudentes, in tribulatione patientes: ostendit enim, quare 'in tribulatione patientes', praemittendo 'spe gaudentes'. ad hanc spem exhortor per Iesum Christum dominum nostrum. hoc enim deus ipse magister latente maiestate diuinitatis et carnis infirmitate apparente non solum sermonis oraculo docuit uerum etiam suae passionis et resurrectionis exemplo; in altera enim, qualia tolerare, in

14 Rom. 12, 12

1 non eã amnet (am *ex* ma *factum uid.*) *V* 2 tiphus (h *in ras. m. 2*) P^1 typus P^2P^3 3 misericordissimo *A* 4 potest PP^1SVP^4 uitae (ui *ex corr. m. 2; fuit* in) P^3 6 uerã P^1 quae (ae *ex corr.*) *V* quo* (*fuit* d) *A* 7 nullum malum, *corr.* nullo malo *V* amittatur P^2V et *om.* P^2 et—amittatur *om.* PP^4 8 ammittatur P^1 (*alterum* m *exp.*) *S* a*mittatur (*fuit* d) P^3 9 hic *V* spem PSP^4 10 istam *om.* P^2 quam] que *L* 11 tunc (t *in ras. m. 2*) P^1 bono *bis, alterum m. 2 del. M* 12 f*erimus (*fuitne* u *?*) *V* aeternorum *om. P* *eternorum P^1 ueternorum, *m. 2* aeternorum *S* 13 professione *L* et *om.* P^2 ad hoc] adhuc *A* 14 apostolus paulus ait PP^1SVP^4L *m* spe] sępe *P* in tribulatio (*m. 1 ? corr.* in tribulatione) *P* 15 ostendit—patientes *om. L* trilatione, *m. 2* tribulatione *V* 16 praemittendo, *m. 2* promittendo *P* 17 deus *m. 3* (*?*) *supra ras. 2 l. V* 20 exemplo] exemplo roborauit *edd.* tolerare in altera qualia *om.* P^1 (*m. 2 s. u. add.*) *S* (*post* exemplo *m. 2 add.* in altero uero quam fortiter aduersa tolerare) *V*

altera, qualia debeamus sperare, monstrauit. cuius et illi gratiam mererentur, nisi elati inflatique superbia inaniter conarentur istam uitam beatam sibi ipsi facere, quod solus deus ueraciter cultoribus suis post hanc uitam se largiturum esse promisit. sanior quippe est eiusdem Ciceronis illa sententia, ubi ait: 'Nam haec quidem uita mors est, quam lamentari possem, si liberet'. quo modo ergo, si recte lamentatur, beata comprobatur ac non potius, quoniam recte lamentatur, misera esse conuincitur? quare adsuesce, obsecro te, uir bone, beatus esse interim spe, ut sis etiam re, cum pietati perseuerantissimae retribuetur merces felicitatis aeternae.

Si prolixa epistula onerosus sum, 'tute hoc intristi tibi', qui me sapientem appellasti. hinc enim ausus sum haec ad te loqui, ut tibi sapientiam, non qualis mihi sit, ostentarem, sed, qualis esse debeat, ostenderem. haec est autem in praesenti saeculo uerus ueri dei cultus, ut sit eius in futuro saeculo certus atque integer fructus; hic constantissima pietas, ibi sempiterna felicitas. ex ista sapientia, quae una uera est, si

6 Cic. Tusc. disp. I 31, 75 12 Ter. Phorm. 318

1 debemus PP^1 (*m. 1 corr.* debeamus) SVP^4 2 gratia P^2 merentur, *m. 1 (?) corr.* mererentur P^1 3 beatam uitam PP^1SVP^4 sibi ipse (*m. 1 corr.* ipsi) P^1 ipse sibi M (*m. 2* ipsi sibi) A ipsi sibi P^3 *edd.* quod, *m. 1 (?) corr.* quam P^1 quod, *m. 2* quam S 4 cuitam, *m. 2* uitam S largituram, *m. 1 (?) corr.* largiturum P^4 largitur L 6 uita quidem *edd.* quā (~ *m. 2 esse uid.*) P^3 lamtari L 8 hac L 9 adsuesce *om., postea add.* V 10 esse] es A pietate P (*postr. l. ex corr. m. 2*) P^1 (*m. 1 ? corr.* pietati) P^3L perseuerantissime PP^2VM (*m. 2* perseuerantissimę) P^4L perseuerantissima P^3 11 mercis M 12 tute (te *m. 2 del.*) P^3 tute (u *ras.; fuitne* a *?*) P^4 tu L hoc *ras. et corr. m. 2 incertum; fuisse uid.* haec P^1 intulisti P (uli *ex corr. m. ut uid. 1*) P^1 (uli *in ras. m. 1*) V *m* ingessisti L impetrasti P^3 *cett. edd.* 13 hinc] hoc A 14 sapientia P^2 ostentarē (~ *m. 2*) P^3 15 ostenderem (derem *in ras. et deinceps ras. 23—25 l.*) V haec, *m. 2* hinc M haec, *m. 2* hic P^4 hic P est *om.* P^1 16 dei *om., m. 1 add.* P^2 dei, *m. 2* dei est P^1 certus atque integer in futuro saeculo V (futuro *om., postea add.*) L certus atque integer in saeculo PP^1SP^4 17 hic, *m. 2* hec P^4 hinc L haec P

quid habeo, a deo sumpsi, non a me praesumpsi atque ab illo in me perfici fideliter spero, a quo inchoatum esse humiliter gaudeo nec in eo, quod adhuc non donauit, incredulus nec in eo, quod iam donauit, ingratus. non enim meo uel ingenio uel merito sed eius dono sum, si quid laudabiliter sum. nam quaedam acutissima et excellentissima ingenia tanto in maiores errores ierunt, quanto praefidentius tamquam suis uiribus cucurrerunt nec suppliciter ac ueraciter deum, ut uiam sibi ostenderet, petiuerunt. merita uero quorumlibet hominum quae sunt, quando quidem ille, qui non cum mercede debita sed cum gratuita gratia uenit, omnes peccatores solus a peccatis liber et liberator inuenit?

6 Si ergo nos uirtus uera delectat, ei dicamus, quod in eius sacris litteris legimus: Diligam te, domine, uirtus mea, et, si uere beati esse uolumus, quod nolle non possumus, id, quod in eisdem litteris didicimus, fido corde teneamus: Beatus uir, cuius est nomen domini spes eius et non respexit in uanitates et insanias mendaces. quanta est autem uanitas, quanta insania quantumque mendacium hominem mor-

14 Ps. 17, 2 16 Ps. 39, 5

1 abeo *ML* sumpsi (ps *ex corr. m. ut uid. 1*) P^1 summi, *m. 2* sumpsi *S* sum si, *m. 2* sumpsi si MP^3 sumi si *A* atque (que *postea add.*) *V* 2 a quo, *m. 2* a quo me P^1 ę, *m. 1 (?) corr.* ēē *P* 3 nec in eo *bis, alterum m. 2 del.* P^1 non *om.* P^1 (*m. 2 add.*) P^2SVP^4 (*m. 1 add.*) *L* donauit, *m. 2* donabit *S* donabit P^1 (*ras.* donauit) VP^3 (*m. 2* donauit) 5 dono•sum (*post.* o *ex* u *m. 2; fuit* m; sum *in ras. m. 2*) P^1 sum si, *corr.* sumpsi *V* sumpsi P^4L quod, *m. 2* quid P^1S quod PP^4 quot *V* 7 ingerunt, *corr.* ingesserunt *V* praefidentius, *corr.* confidentius *V* 8 currerunt, *m. 2* cucurrerunt P^1S curreruntt, *corr.* cucurrerunt *V* simpliciter P^2 ut uiam sibi *om.* (*m. 1?* ut *add.*) *P* ut sibi uiam *L edd.* utinam *sed exp.* P^4 9 petierunt P^1V (*corr.* petiuerunt) *L* 10 sint *MA* deuita *L* 11 a peccato P^2 12 atque *L edd. praeter a* 15 uera, *m. 2* uere P^1 16 eiusdem *V* fido *in fine u. detritum, ut legi nequeat* P^2 fide *V* 17 eius] ipsius P^1SVP^4L 18 insanias] in alias *P* (*m. 1 corr. uid.* insanias) P^4 mendaces] falsas P^3 *sec. Vulg.* autem *om. V* 19 mendacius *P* (s *exp.*) P^4 mortalem et erumnosam P^1

talem aerumnosam uitam mutabili et spiritu et carne ducentem, tot peccatis oneratum, tot temptationibus subditum, tot corruptionibus obnoxium poenisque iustissimis destinatum se ipso fidere, ut beatus sit, quando ne illud quidem, quod habet in naturae suae dignitate praecipuum, id est mentem atque rationem potest uindicare ab erroribus, nisi deus adsit lux mentium! abiciamus itaque, obsecro te, falsorum philosophorum uanitates et insanias mendaces, quia nec uirtus nobis erit, nisi adsit ipse, quo iuuemur, nec beatitudo, nisi adsit ipse, quo fruamur, et totum mutabile atque corruptibile nostrum, quod per se ipsum inbecillum et quaedam materies miseriarum est, dono inmortalitatis atque incorruptionis absorbeat.

7 Quoniam uero te rei publicae scimus amatorem, non aliunde esse beatum hominem, aliunde ciuitatem uide quam sit in illis sacris litteris clarum. nam quidam in eis sancto spiritu plenus haec loquitur orans: Exime me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est uanitatem et dextera eorum dextera iniquitatis; quorum filii uelut nouellae constabilitae in iuuentute sua, filiae eorum compositae et ornatae sicut similitudo templi; cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in hoc; oues eorum fecundae, multiplicantes in exitibus suis, boues eorum

10 I Cor. 15, 53 16 Ps. 143, 11—15

1 et *ante* carne *om. A* 3 obnixium *M* se confidere, *m. 2* se ipso fidere P^1 se confidere, *m. 2* in se confidere *SV* si ipso fidere P^4 si ipsi fidere *L* in se ipso fidere *edd. praeter a* 4 fit *M* 5 dignitate$_*$ *V* 8 uanitates *om.*, *postea add. V* 9 erat, *m. 1 corr.* erit *P* ipse adsit PP^1 (a$_*$sit; *super ras. m. 2* d) SVP^4 quo, *m. 2* a quo P^1 iubemur, *m. 1* (*?*) *corr.* iuuemur *P* iubemur, *m. 2* iuuemur P^1SP^3 iubemur P^2AP^4L 10 ipse *ex* ipsi *m. 2* P^1 quo *om. L* fruimur P^2 fruatur *L* totum, *m. 2* ipse totum *S* 11 inbecillum, *m. 2* inbecille P^1 inbecille *V* (*postr. l. ex ras. et corr.*) P^3 inuehillū P^2 12 est dono] et dono *L* ex dono no|do P^2 13 ter ei publicae *m. 2 corr. M* 14 beatum esse *signis corr.* P^2 15 sacri *V* clarum (cl *m. ut uid. 1 corr.*) P^3 quidem, *m. 2* quidam P^1 spiritu sancto *M* sanctorum *L* 16 orans haec loquitur P^2 17 est *om. V* 18 sicut P^2 *sec. Vulg.* 19 constabilitate P^1 (*m. 2* constabilitę) *A* filii P^2A

crassi. non est ruina maceriae nec transitus neque clamor in plateis eorum. beatum dixerunt populum. cui haec sunt; beatus populus, cuius dominus deus ipsius.

8 Vides exaggeratione terrenae felicitatis beatum populum non dici nisi a filiis alienis, id est non pertinentibus ad regenerationem, qua efficimur filii dei, a quorum manu iste se eximi precatur, ne ab eis in hanc opinionem atque in peccata impia pertrahatur. loquendo quippe uanitatem beatum dixerunt populum, cui haec sunt, quae supra commemorauit, quibus ea felicitas constat, quam solam dilectores mundi huius inquirunt. et ideo dextera eorum dextera iniquitatis, quia haec praeposuerunt, quae fuerant postponenda, sicut sinistrae praeponitur dextera. si enim habentur, non in eis beata uita ponenda est; subdita debent esse non praedita, sequentia non ducentia. huic autem, qui sic orabat et a filiis alienis, qui beatum dixerunt populum, cui haec sunt, eximi discernique cupiebat, tamquam diceremus: Ipse quid sentis? quem beatum populum dicis? non ait: Beatus populus, cuius est uirtus animi eius. quod si dixisset, discreuisset quidem etiam

1 crassi, *m. 1 corr.* crassae P^4 crassae *PVP*^{3} *edd. sec. Vulg.* (*Septuag.* οἱ βόες αὐτῶν παχεῖς) nec] neque *SVP*^{3}*L edd. sec. Vulg.* 2 beatus (s *in ras. m. 1; fuit* m) P^1 3 cuius] cuius est *PP*^{1}*SP*^{4} 5 ex hac generatione *V* bonum, *m. 2* beatum *M* 6 generationem P^3 7 man' (= manus) *L* ipse, *sed* p *ex corr.* (*m. 1 ?*); *fuisse uid.* isse *P* eximi se P^2 8 in hac opinione P^2 10 super, *m. 2* supra P^1*S* commemorat, *m. 1 corr.* commemorant, *m. 2* commemorantur P^1 commemorant *S* commemora////t (*ras. 1—2 l.*) *V* 11 dilectores] dilectores dextera P^1 (dextera *m. 2 del.*) *S* (*m. 2* dexterae) *V* huius mundi *edd.* mundi (mun *s. u. m. 1*) P^2 12 dextera *post* eorum *om.* P^1 (*m. 2 add.*) *SV* quia] qui *V* 13 fuerunt *PP*^{4} *post* sicut *s. u.* (*m. 1 ?*) *add.* si P^1 prenitur, *m. 2* preponitur *V* praeponā *P* 14 dexteram *P* dextra P^2*MA* dextram *L* habentur, *m. 2* habentur et *V* 15 est sed subdita P^3 esse debent *PP*^{1}*SVP*^{4} *m* praedi•ta *V* praedicta *ML* 18 tamquam (uam *in ras. m. 2*) *V* ipsi *M* 20 anima, *m. 1 corr.* animi *V* decreuisset, *m. 2* discreuisset P^3 equidem P^2

istum populum ab illo, qui beatam uitam in ista uisibili et corporali felicitate constituit, sed nondum transcendisset omnes uanitates et insanias mendaces. maledictus enim omnis, sicut alibi eaedem litterae docent, qui spem suam ponit in homine; ergo nec in se ipso quisque debet, quia et ipse homo est. proinde ut transiret omnium uanitatum et insaniarum mendacium limites atque ibi beatam uitam poneret, ubi uere est, beatus, inquit, populus, cuius dominus deus ipsius.

III 9 Cernis igitur, unde petendum sit, quod omnes docti indocti- que desiderant et multi errando ac superbiendo, unde petatur et ubi accipiatur, ignorant. utrique autem in quodam diuino psalmo simul reprehenduntur, et qui confidunt in uirtute sua et qui in abundantia diuitiarum suarum gloriantur. id est et philosophi huius saeculi et abhorrentes uel a tali philosophia beatumque dicentes populum, cui suppetit terrena opulentia. ac per hoc a domino deo nostro, a quo facti sumus, et uirtutem petamus, qua huius uitae mala superemus, et beatam uitam, qua post istam uitam in eius aeternitate perfruamur, ut et in uirtute et in praemio uirtutis, sicut apostolus dicit, qui gloriatur, in domino glorietur. hoc nobis uelimus, hoc ciuitati, cuius ciues sumus; non enim aliunde beata

3 Hier. 17, 5 12 Ps. 48, 7 20 II Cor. 10, 17

1 uisibi, *m. 2* uisibili *M* et *om. L* 3 inanitates *L* 4 a*libi *V* ea*dem (*fuit* e) *V* eadem *PP²S* (*m. 2* eaedem) *MP³* (*corr.* eaedem) *P⁴L* cędē *A* 5 quisquam *edd. praeter a* homo ipse *A* se homo ipse, *m 2* in se homo non seruat quod ipse *M* 7 beatum *V* uitam *om. PP¹* (*m. 2 add.*) *P⁴* 8 cuius] cuius est *P³* 9 omnis, *m. 1* (*?*) *corr.* omnes *P¹* 10 hac *L* 12 simul *om. V* 14 et *del. S* huius (hu *ex corr. m. 2*) *V* et *om. PP¹* (*m. 2 add.*) *V* uel a *om. A* uel a, *m. 2* uelut a *S* uel a, *m. 2* uoluptates *V* tali* philosophia *P¹* talem phylosophiam *A* 15 cui *om. V* (*postea add.*) *P³* (*m. 2 add.*) 16 ac] ac, *m. 2* hac *V* hac *P²L* domino *om.*, *postea add. V* facta *m. 2* facti *P¹* 17 qua huius *in fine u. om. A* superaemus (a *m. 2, exp.*) *P¹* superamus *P* 18 beatum, *m. 2* beatam *P¹* quā *P²* perfruemur *P¹* 19 et uirtute, *m. 2* et in uirtute *P¹*

ciuitas, aliunde homo, cum aliud ciuitas non sit quam concors hominum multitudo.

10 Itaque si omnis prudentia tua, qua consulere conaris rebus humanis, si omnis fortitudo, qua nullius iniquitate aduersante terreris, si omnis temperantia, qua in tanta labe nequissimae consuetudinis hominum te a corruptionibus abstines, si omnis iustitia, qua recte iudicando sua cuique distribuis, id laborat, id nititur, ut hi, quibus uis ut bene sit, salui sint corpore et ab omni cuiusquam inprobitate tuti atque pacati habeant filios sicut nouellas constabilitas, filias ornatas sicut similitudinem templi, cellaria plena eructantia ex hoc in hoc, fecundas oues, crassos boues nec maceriae ruina deformet praedium nec litigantium clamor personet in plateis eorum, ita non erunt uerae uirtutes tuae sicut nec istorum beatitudo. hic enim ad uerum dicendum illa mea uerecundia, quam in tua epistula benigno sermone laudasti, me impedire non debet, si quaelibet, inquam, administratio tua illis, quas commemoraui, instructa uirtutibus hoc intentionis fine determinatur, ut homines secundum carnem nullas iniquas molestias patiantur, nec ad

10—13 cf. p. 437, 18—438, 2

1 aliunde] aliud *L* consors P^2 3 oms (= omnes) *M* qua *L* consulere (*postr. l. ex corr. m. 2*) P^1 4 aduersante terrenis *P* aduersant et erreris, *m. 2* aduersante| terreris *M* aduersantur errores *A* 5 quae *PS* (*m. 2* qua) P^4 que, *m. 2* qua P^1 7 iudicando (o *paulum ras.*) sua *V* iudicandos ua (n *super* ua *add., sed eras.*), *m. 2* iudicando sua P^1 distribuis (is *ex corr.; fuitne* it *?*) *V* 8 ni*titur *V* hii P^1 in *A* bene* *V* et bene P^2 9 peccati *S* (*m. 2* paccati) *L* 10 filias P^2 nouella *L* similitudinē *P* (~ *m. ut uid. 2*) P^1 (~ *m. 2*) similitudine P^4 similitudo P^2 11 cellaria] cellaria eorum P^2 12 crassos, *m. 2* crassas *P* crassas *a m; cf. p. 438, 1* 14 uirtutis, *m. 1 corr.* uirtutes *P* uirtutis, *m. 2* uirtutes P^1P^3 uirtutis *A* nec in istorum *L* hinc P^1 15 quae *L* 16 si que*libet *V* si quemlibet *PS* (*m. 2* si quaelibet) P^4 si quidem libet, *m. 2 supra* si qu libet (*sic!*) P^1 17 tua] tunc, *m. 2* tua P^1S tum *V* commemorari, *m. 2* commemoraui P^3 18 uirtuti*bus (*fuitne* s *?*) P^1 intectionis, *m. 2* intentionis P^3 intentionibus *L* 19 inquas, *m. 2* iniquas *V*

te existimas pertinere, quo istam quietem, quam praestare niteris, referant, id est, ut uerbis non ambiam, quo modo deum uerum, ubi est quietae uitae omnis fructus, colant, nihil tibi prodest ad uitam uere beatam tantus labor.

11 Inuerecundius hoc dicere uideor et oblitus quodam modo consuetudinem intercessionum mearum. sed si nihil est uerecundia nisi quidam displicendi metus, ego in hac causa metuendo non uereor. metuo enim, ne primum deo deinde ipsi amicitiae, quam mecum inire dignatus es. iure displiceam, si minus liber in admonendo fuero, quod me admonere saluberrime existimo. sim certe uerecundior, cum tibi pro aliis intercedo, cum uero pro te ipso, tanto liberior quanto amicior, quia tanto amicior quanto fidelior; quamquam haec ipsa non dicerem, nisi uerecundius agerem. quae si 'maxima est', ut ipse scripsisti, 'difficilium inter bonos efficacia', adiuuet me pro te apud te, ut in illo te fruar, qui mihi hanc ad te ianuam fiduciamque praestitit, praesertim quia id, quod suggero. iam facile esse arbitror animo tuo tot diuinis muneribus adminiculato et instructo.

12 Si enim uirtutes, quas accepisti, a quo acceperis, sentiens

14—15 = p. 428, 13—14

1 existim•es *V* quo• *V* quod *PP*^{1} (d *exp.*) *S* (*m. 2* quo) *P*^{4} 2 non ambigam *V* nam uiam *L* 3 ubi, *m. 2* in quo *S* 4 p de est *P*^{2} est prode, *m. 2* prodest *P*^{1}*S* ////prodest (*ras. 3—4 l.*) *V* at, *corr.* ad *V* beatum, *corr.* beatam *P*^{1} 6 consuetudine *M* (*m. 2* consuetudinē) *A* consuetudinis *P*^{2} si *om. PP*^{1}*SVAP*^{4}*L* 7 quidam *om.*, *m. 2 add. M* meus i (*ex* e *factum uid.* t) *M* in ac causā (~ *eras.*) *P*^{2} 8 ////ipsi (*in ras. fuit* in *aut* m; *post.* i *m. 2, fuit* a) *P*^{1} 9 quam, *m. 2 supra* qua non *S* cum *ex ras., fuisse uid.* quam *V* mecum—minus *om. P*^{1} (*m. 2 in inf. marg. add.*) *SV* 10 liberi (*post.* i *eras.*) ••modior cū (*om.* n admonendo—uerecun) *M* futuro *A* 11 sin *V* 12 amicitior *PVAP*^{3}*L* quia tanto amicior *om. V* (*in marg. m. 1 add.* quia tanto amicitior) *P*^{3}*L* 13 amicior quanto *om., m. 2 add. P*^{1} amicitior *PA* 14 nis, *m. 2* nisi *V* aggerem *L* si *om. P*^{1} 15 adiubet, *m. 2* adiuuet *P*^{1} te *ras. et corr. corruptum, ut uix legi possit P*^{2} 16 fruar (r *in ras. 2—3 l. m. ut uid. 1*) *P*^{1} 18 arbitror esse *L edd.* 20 senties *P*^{2}

eique gratias agens eas ad ipsius cultum etiam in tuis istis saecularibus honoribus conferas tuaeque potestati subditos homines ad eum colendum et exemplo religiosae tuae uitae et ipso studio consulendi seu fouendo seu terrendo erigas et adducas nihilque aliud in eo, quod per te securius uiuunt, uelis, nisi ut hinc illum promereantur, apud quem beate uiuent, et uerae illae uirtutes erunt et illius opitulatione, cuius largitate donatae sunt, ita crescent et perficientur, ut te ad uitam uere beatam, quae non nisi aeterna est, sine ulla dubitatione perducant, ubi iam nec prudenter discernantur a bonis mala, quae non erunt, nec fortiter tolerentur aduersa, quia non ibi erit, nisi quod amemus, non etiam, quod toleremus, nec temperanter libido frenetur, ubi nulla eius incitamenta sentiemus, nec iuste subueniatur ope indigentibus, ubi inopem atque indiguum non habebimus. una ibi uirtus erit et id ipsum erit uirtus praemiumque uirtutis, quod dicit in sanctis eloquiis homo, qui hoc amat: Mihi autem adhaerere deo bonum est. haec ibi erit plena et sempiterna sapientia eademque uita ueraciter iam beata; peruentio quippe est ad aeternum

17 Ps. 72, 28

1 istis] istius PP^1 (u *m. 2 del.*) *S* (*m. 1 ? corr.* istis) VP^4 2 specularibus *P* 3 eundem P^2 et *om.* MAP^3 *edd.* exemplum P^2 tuae religiosae *edd.* reliosae, *m. 2* religiosae P^1 4 consulendo P^2 5 securi P^2L 6 ut. *V* uiuent, *m. 2* uiuant P^1SV uiuant P^2M (*m. 2* uiuunt) AP^3 7 et in illius P^2 et illis *L* 8 crescent (*super post.* e *1 l. eras.*) *M* crescunt *L* perficientur (*super post.* e *1 l. eras.*) *M* perficienti *L* ut te] uitę *L* 11 erant *L* tollerentur P^1 (*alt.* l *m. 2 exp.*) *S* (*alt.* l *del.*) *M* 12 erunt P^2 tolleremus P^1 (*alt.* l *m. 2 exp.*) *S* (*alt.* l *del.*) *M* temperant (~ *m. 2 factum aut inductum*) *M* temperantur *PL* 13 eis *P* incitamente, *m. 2* incitamenta P^1 sentimus PP^1 (*m. 2* sentiemus) VP^4 14 subueniantur *P* subuensatur, *corr.* subuersatur *sed restitutum add. nota* subuensor frequentatiuum a subuenio *S* ope] opem l^2L 15 indiguum, *m. 2* (?) indigum *S* indig•um (g *del. m. 2* indi gum) P^3 indignum *L a l* indigum *A cett. edd.* habemus *P* et *om.* P^2 16 uirtutis] uirtutes, *m. 1 corr.* uirtutis *M* dicis, *m. 2* dicit P^1 19 ueraciter uita *edd.* peruento, *m. 1 corr.* peruentio *M* ad aeternum *ex corr. m. 2, fuit* at aeter *V* ut aeternum P^1 (*m. 2* ad aeternum) *S* et ad aeternum P^2

ac summum bonum, cui adhaerere in aeternum est finis nostri boni. dicatur haec et prudentia, quia prospectissime adhaerebit bono, quod non amittatur, et fortitudo, quia firmissime adhaerebit bono, unde non auellatur, et temperantia, quia castissime adhaerebit bono, ubi non corrumpatur, et iustitia, quia rectissime adhaerebit bono, cui merito subiciatur.

IV 13 Quamquam et in hac uita uirtus non est nisi diligere, quod diligendum est; id eligere prudentia est, nullis inde auerti molestiis fortitudo est, nullis inlecebris temperantia est, nulla superbia iustitia est. quid autem eligamus, quod praecipue diligamus, nisi quo nihil melius inuenimus? hoc deus est, cui si aliquid diligendo uel praeponimus uel aequamus, nos ipsos diligere nescimus. tanto enim nobis melius est, quanto magis in illum imus, quo nihil melius est. imus autem non ambulando sed amando. quem tanto habebimus praesentiorem, quanto eundem amorem, quo in eum tendimus, potuerimus habere puriorem; non enim locis corporalibus uel extenditur uel includitur. ad eum ergo, qui ubique praesens est et ubique totus, non pedibus licet ire sed moribus. mores autem nostri non ex eo, quod quisque nouit, sed ex eo, quod diligit, diiudicari solent nec faciunt bonos uel malos mores nisi boni uel

1 hac *L* finis est PP^1SVP^4 finis (*om.* est) P^3 2 et, *m. 2* (*?*) *in marg.* est *S* quia *om.* P^2 quia, *m. 2* qua *S* ////adherebit (*ras. 1—2 l.; fuitne & ?*) P^3 3 bonu, *m. 1 corr.* bono *M* quod—bono *om., m. 2 in inf. marg. add.* P^1 ammittatur *V* admittatur P^2P^3 (d *eras.*) qua P^2 ////adherebit (*ras. 1—2 l.; fuitne & ?*) P^3 4 abelatur *L* certissime *P* 5 ubi—bono *om.* P^2 ius|tia P^1 qua, *m. 1* (*?*) *corr.* quia P^3 6 bo, *m. 2* bono *V* 7 et *om. L* uita *om. V* 8 est et id P^2 8 *et* 9 nullis *ras. ex* nullus P^1 10 *post* autem *ras. 1—2 l. V* quod] quo P^2 11 quod, *m. 2* quo *SM* quod P^1 (d *exp.*) AP^4 (*m. 1 corr.* quo) inueniamus *MA* est deus *M* 12 diligendo aliquid *edd.* praepomus, *m. 2* praeponimus *P* proponimus P^2 ipsis *M* 16 in eum] meum *L* 17 non] nec *edd.* corporibus, *corr.* corporalibus *V* ostenditur PP^1SVP^4L 18 cluditur PP^1 (*m. 2* includitur) SVP^4 *pr.* ubique *om.* PP^1SVP^4 19 ire licet *edd.* 20 non ex eo *bis, alterum m. 2 del. M* diiudicare P^1P^2 21 boni////mali (*supra ras. m. 1 add.* uel) P^1

mali amores. prauitate ergo nostra a rectitudine dei longe sumus; unde rectum amando corrigimur, ut recto recti adhaerere possimus.

Ad illum ergo, quanta opera possumus, etiam illi ut per-
14 ueniant, agamus, quos tamquam nosmet ipsos diligimus, si nosmet ipsos diligere illum diligendo iam nouimus. Christus namque, id est ueritas dicit in his duobus praeceptis totam legem prophetasque pendere. ut diligamus deum ex toto corde et ex tota anima et ex tota mente et diligamus proximos tamquam nosmet ipsos. proximus sane hoc loco non sanguinis propinquitate sed rationis societate pensandus est, in qua socii sunt omnes homines. nam si pecuniae ratio socios facit, quanto magis ratio naturae non negotiandi sed nascendi lege communis! hinc et ille comicus, sicut luculentis ingeniis non defit resplendentia ueritatis, cum ab uno sene alteri seni dictum componeret:

Tantumne ab re tua est oti tibi,
Aliena ut cures ea, quae nihil ad te adtinent?

7 Matth. 22, 40; 37; 39; Marc. 12, 30; 31; Luc. 10, 27 17 Ter. Heaut. 75—77

1 mores *MA* amares *L* 2 currimur, *m. 2* currimus P^1 3 possimus —opera *om. L* 4 quantum, *m. 2* quanta P^1 possimus, *m. 2* possumus P^3 5 nosmet] nos PP^1SVP^4L diligamus *M* 6 diligere] diligeremus P^2 8 ex toto—diligamus *om.*, *m. 1 in inf. marg. add. V* ex] de P^2 9 et *om.* PMP^3P^4 *edd.* tota, *m. 2* toto *sed* tota *restitutum* P^1 toto, *m. 1 corr.* tota *M* et *om.* MAP^3 *edd.* toto, *m. 1 corr.* tota *M* 10 proximos PP^1 (*m. 2* proximus) 11 propin////quitate (*ras. 4—5 l.*) P^1 propinquitate• (*fuitne* m *?*) *V* rationes, *m. 2* rationis P^2 in quo VP^3 12 pecuniariae (*post.* e *m. 2 exp.*) ratio P^1 pecuniari• (*m. 2* pecuniarie, *supra* pecuniaria) •ratio *S* pecuniaria ratio *V* pecuniari•e (*om.* ratio) *P* pecuniarię P^4 13 legem *L* 14 hic *L* comitus *P* luculentis *ras. ex* luculentus *P* ingenis, *m. 2* ingeniis P^1 ingenii *L* defit (it *in ras. m. 1*) P^1 desit AP^3L defuit P^2 15 res flendentia P^2 seni *om. P* 16 cumponeret, *m. 2* componeret *V* 17 tua] tu *L* est otii tibi $PP^2MAP^3P^4$ *edd. praeter Mign.* est otii (*om.* tibi) P^1SV (*m. 2* est sotii) esto ut ibi *L* 18 eamq, nihil (m *exp. m. 2* ea quę nihil) *M* eaque nil quae *Ter.* adtinet P^2

responsum ab altero reddidit:

Homo sum, humani nihil a me alienum puto.

cui sententiae ferunt etiam theatra tota plena stultis indoctisque plausisse. ita quippe affectum omnium naturaliter attigit humanorum societas animorum, ut nullus ibi hominum nisi cuiuslibet hominis proximum se esse sentiret.

Cum ergo illa dilectione, quam diuina lex imperat, debeat homo diligere deum et se ipsum et proximum, non tamen ex hoc tria praecepta data sunt nec dictum est 'in his tribus' sed: In his duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae, id est in dilectione dei ex toto corde et ex tota anima et ex tota mente et proximi tamquam sui ipsius, uidelicet ut intellegeretur nullam esse aliam dilectionem, qua quisque diligit se ipsum, nisi quod diligit deum. qui enim aliter se diligit, potius se odisse dicendus est; fit quippe iniquus priuaturque luce iustitiae, cum a potiore ac praestantiore bono auersus atque inde uel ad se ipsum conuersus ad inferiora et egena conuertitur fitque in ipso, quod ueracissime scriptum est: Qui autem amat iniquitatem, odit animam suam. quia igitur nemo nisi deum diligendo diligit se ipsum,

10 Matth. 22, 40; 37; 39; Marc. 12, 30; 31; Luc. 10, 27 19 Ps. 10, 6

1 ab *om.* P^2 2 nil *Migne sec. Ter.* 3 fuerunt *A* 4 applausisse *edd.* omnium affectum *edd.* adtingit PP^1 (*m. 2* attigit) *S* (n *del.*) VP^4L 5 societas humanorum *edd.* nullus sibi P^2 nullo sibi *MA* nisi *om.* P^2 nisi si, *sed* si (*m. 1 ?*) *del. M* 7 debet, *m. 1 corr.* debeat P^1 9 sint *MA* 10 sed in his duobus *om.* P^2 pendit *MA* 11 corde et ex (et *m. 2 del.*) P^1 corde ex PP^3P^4 *edd.* 12 anima et ex (et *m. 2 del.*) P^1 anima ex P^2AP^3 proximū *P* 13 ///ut (*parua ras.*) P^3 aliam] aliquam P^2 14 quod] quo *S* (*m. 2* qua) *V* (*corr.* qua) 15 potius—iustitiae *bis L* potuisse, *m. 2* potius se *A* 16 priuatur (*om.* que) *V* priuatusque *A* cum] quo MAP^3 a potiore, *m. 2* a potiori *P* apotiore (⌣ *m. 2*) P^3 hac P^1VL praestantiore *P* (*m. 2* praestantiori) *V* (*postr. l. in ras.*) 17 uel, *m. 2* (*?*) *corr.* uelud *S* a, *m. 1 corr.* ad P^1M ad, *m. 1 corr.* uel ad *V* 18 inferiore, *m. 2* inferiora *M* egena] egena utique MAP^3 *edd.* genera *P*

non opus erat, ut dato de dei dilectione praecepto etiam se ipsum homo diligere iuberetur, cum in eo diligat se ipsum, quod diligit deum. debet ergo et *deum diligere et* proximum tamquam se ipsum, ut quem potuerit hominem uel beneficentiae consolatione uel informatione doctrinae uel disciplinae coercitione adducat ad colendum deum, sciens in his duobus praeceptis totam legem prophetasque pendere.

16 Hoc qui sobria discretione eligit, prudens est; qui nulla hinc afflictione auertitur, fortis est, qui nulla alia delectatione, temperans est, qui nulla elatione, iustus est. his uirtutibus diuinitus impertitis per gratiam mediatoris dei cum patre et nobiscum hominis Christi Iesu, per quem post inimicitias iniquitatis reconciliamur deo in spiritu caritatis, his, inquam, uirtutibus diuinitus impertitis et bona uita nunc agitur et postea praemium eius, quae nisi aeterna esse non potest, beata uita persoluitur. hic enim sunt eaedem uirtutes in actu, ibi in effectu, hic in opere, ibi in mercede, hic in officio, ibi in fine. itaque omnes boni et sancti etiam in tormentis quibus-

1 non ** (is *eras.*) opus P^1 tato, *m. 2* tacito *S* de* dei (*post.* d *ex corr.*) *V* de (*om.* dei) P^2 2 ipso P^1 homo—ipsum *om. P* iubetur, *m. 2* iuberetur P^1S iubetur P^4 3 quo *S* diligat, *m. 3* (*?*) *corr.* diligit *V* ergo et proximum PP^1 (proxi///mum *cum ras. 1—2 l.*) $P^2MAP^3P^4$ ergo et proximum suum *S* (suum *m. 1 ex* tuum; *m. 2 add.* diligere) *V* ergo et proximum diligere *L edd.; scripsi ex coniectura* ergo et deum diligere et proximum 4 hominem, *m. 2* hominum *S* beneficiae PP^4 beneficientiae P^2AP^3 beneficii P^1SV 5 con**latione *V* consolationem PP^4 coertione *V* coercita|tione (ta *postea add. uid., sed m. 1*) P^4 coercitatione *P* 6 duobus *om. A* 8 qui* (s *eras.*) P^1V quis (s *del.*) *S* sobria* *P* disputatione PP^1 (*m. 2* discretione) *SVP*^{4} elegit MP^4 (*m. 2 ?* eligit) 9 auertitur fortis est] fortis est, *m. 2* auertitur fortis est *S* temperans est, *m. 2* auertitur fortis est P^4 deiicitur fortis est *in ras. m. 3 V* 10 ela (*m. 2 del.*) elatione P^1 hic PP^4 11 inspiratis *M* imperatis *A* per *om., m. 2 add.* P^1 12 iesu christi PP^1SVMP^4 *edd.* 13 reconciliamur (ia *in ras. m. 3*) *V* 14 inspiratis *M* imperatis *A* 15 aeterna—sunt *om. P* aeternae *MA* 16 hi*c P^3 hinc *A* eadem *P* eadem, *m. 2* eaedem P^1SP^3 eadem P^2MAL ibi *om., m. 2 add.* P^1 17 affectu P^2L hinc in opere *A*

libet diuino fulti adiutorio spe illius finis beati uocantur, quo fine beati erunt: nam si in eisdem tormentis et atrocissimis doloribus semper essent, cum quibuslibet uirtutibus eos esse miseros nulla sana ratio dubitaret.

17 5 Pietas igitur, id est uerus ueri dei cultus ad omnia prodest, et quae molestias huius uitae auertat aut leniat et quae ad illam uitam salutemque perducat, ubi nec aliquid iam mali patiamur et bono summo sempiternoque perfruamur. ad hanc te perfectius adsequendam et perseuerantissime retinendam 10 exhortor ut me ipsum. cuius nisi iam particeps esses tuosque istos honores temporales ei seruire oportere iudicares, non Donatistis haereticis ad eos in unitatem Christi pacemque redigendos per edictum diceres: 'Pro uobis hoc agitur; pro uobis sacerdotes incorruptae fidei, pro uobis imperator Augustus, 15 pro uobis nos quoque eius iudices laboramus' et alia multa, quae in eodem edicto ita posuisti, ut te appareat in terreni iudicis cingulo non parua ex parte caelestem rem publicam cogitare. quare si de ueris uirtutibus et uera beata uita uolui diutius loqui tecum, quaeso, ne onerosus deputer occupatio- 20 nibus tuis, immo uero me non esse confido, quando tu adeo magnum animum et mirabiliter laudandum geris, ut nec illas curas deseras et his libentius ac familiarius occuperis.

5 I Tim. 4, 8

2 et *om.* *L* atrocismis *M* 5 custus, *m. 2* custos *P* prodeest *P*^{2}*P*^{4} 6 et quae, *m. 2* quae et *S* liniat, *m. 2* leniat *P*^{3} 7 uitam *om., m. 2 add.* *P*^{1} 8 |fruamur *P*^{2} 9 te *om.* *P*^{2} adsequendum, *m. 2* adsequendam *L* 11 ei *om.* *P*^{2} oportere *om.* *PP*^{1} (*m. 2 add.*) *SVP*^{4} 12 in unitatē (~ *m. 1 ?*) *P*^{1} in unitate *PP*^{3}*P*^{4} 13 aedictam, *m. 1 corr.* aedictum *P*^{4} pro uobis—occuperis *om. adiecta in hunc locum posteriore parte ep. CLII* (*p. 394, 19* propter—*395, 14* pascar) *P*^{1} (*m. 2 in inf. marg. add.*) *SV; cf. p. 393* nobis hoc *P* 15 labora, *s. u.* mus *add.* *P*^{1} (*m. 2*) et talia *PP*^{4}*L* 16 ita *om.* *L* ut te] uitę *L* in terrenis iudiciis *PP*^{4} 18 de beris *P* (*m. 2* de uberis) *P*^{4} (*m. 1 corr.* de ueris) uere *P*^{3}*L edd.* uita *om., s. u. add.* *P*^{1} (*m. 2*) 19 deputes *P*^{2}*P*^{4} (*corr.* deputer) depater *L* tuis occupationibus *edd.* 20 tuis *om.* *L* me *om.* *P*^{2} tu *in fine u. om.* *A* 21 laudum, *m. 2* altum *P*^{3} 22 et in his (in *m. 1 del.*) *M* hac *L* occuperis. aṁ. *L*

CLVI.

DOMINO SANCTO IURE AC MERITO VENERABILI ET PER OMNIA COLENDO AUGUSTINO EPISCOPO HILARIUS.

Sanctitatis tuae gratia, quae omnibus nota est, paruitati meae persuasit, ut nostris de Syracusano ad Hipponem remeantibus has ad laudandam mihi uenerabilitatem tuam litteras erogarem poscens summam trinitatem, ut incolumis et uegetus dei nostri fauore hoc meum scriptum ad recensendum suscipias, domine sancte, iure ac merito uenerabilis et per omnia colende. proinde rogo, ut mei memor in sanctis orationibus tuis esse digneris atque inperitiam nostram informare de eo, quod quidam Christiani apud Syracusas exponunt dicentes posse esse hominem sine peccato et mandata dei facile custodire, si uelit; infantem non baptizatum morte praeuentum non posse perire merito, quoniam sine peccato nascitur; diuitem manentem in diuitiis suis regnum dei non posse ingredi, nisi omnia sua uendiderit, nec prodesse eidem posse, si forte ex ipsis diuitiis fecerit mandata; non debere iurare omnino; et de ecclesia, quae sit, de qua scriptum est non habere rugam neque maculam, utrum haec sit, in qua nunc congregamur, an illa, quam speramus; quidam autem posuit ecclesiam hanc esse, in qua

14—18 = p. 457, 7—8; 472, 11—14 19 Eph. 5, 27

C = *cod. Coloniensis 80 s. IX.*
O = *cod. Bodleianus Laud. misc. 133 s. X in.*
P = *cod. Parisinus nou. acq. 1449 s. X—XI.*
L = *cod. Marcianus 637 s. XII.*
T = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*

2 iure merito ac *CO* 3 hilarus *CPL* 4 gratiam *P* 5 uestris *edd.* ad *om. T edd.* 6 litteras *om. COP* 7 ut *om. CO* ut ut (*bis*) *T* 8 fauore (*fuit* m) *L* recenduin *C* (*m. 1 corr.* recensendum) *O* 11 meam reformare *T* 12 apud syracusis *P* esse posse *L* (*in ras. m. 2*) *T* 13 mandata *fortasse ex* mundata *m. 1 P* 14 uesit (*fuit* l) *CO* 15 quia *T* 16 sua omnia *signis corr. T* 17 ipsi. *m. 1 corr.* ipsis *O* 19 maculam aut rugam *T sec. sacr. litt.* 21 posuit] putant *T edd.* esse que frequentat a populis *T* esse quae nunc frequentatur populis *edd.*

nunc frequentamus populos, et sine peccato esse non posse. de his omnibus, rogo quantis ualeo precibus sanctitatem tuam, ut iubeas nos apertius instrui, quo nouerimus, quatenus sentire debeamus. dei nostri misericordia sanctitatem tuam incolumem conseruet annis innumeris, opto, domine sancte, iure ac merito uenerabilis et per omnia colende.

CLVII.

AUGUSTINUS EPISCOPUS SERVUS CHRISTI ET EIUS ECCLESIAE DILECTISSIMO FILIO HILARIO IN DOMINO SALUTEM.

I 1 Ex litteris tuis didici non solum incolumitatem tuam sed etiam religiosum studium circa uerbum dei et piam curam pro salute tua, quae est in Christo Iesu domino nostro. unde gratias deo agens non distuli rescripta persoluere.

2 Si ergo quaeris, utrum in hac uita quisquam ita iustitiae perfectione proficiat, ut hic sine ullo uiuat omnino peccato, adtende, quid dixerit Iohannes apostolus, quem dominus inter discipulos suos praecipue diligebat: Si dixerimus, inquit, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est. si ergo illi, de quibus mihi scripsisti, se dicunt esse sine peccato, uides, quia se ipsos decipiunt et ueritas in eis non est. si autem se esse peccatores fatentur,

17 I Ioh. 1, 8

1 frequentamus *ex corr., fuit* frequentemus *L* non *om. T l r m* 2 praecibus de his omnibus rogo quantis ualeo *P* de his omnibus rogo quantis ualeo (*om.* precibus) *CO* 3 ////nos (*ras. 6 fere l.*) *O* 6 colende *O*

Idem codices, qui in ep. CLVI.

Eugippi excerpta (*ed. P. Knoell*):
p. 955, 17—958, 5 = p. 459, 21 (cum) *— 462, 17*

8 ecclesiae eius *T* 9 hilaro *CPL* 10 litteris (ris *m. 2*) *L* tuam *om. P* 11 studium] studium tuum *T f l r m* dei uerbum *T* 13 agens deo *T* 15 omnino uiuat *T* 18 decepimus, *m. 2* decipimus *C* seducimus *PT sec. Vulg.* 21 es, *m. 1 corr.* eis *P* peccatores esse *T*

ut dei misericordiam possint mereri, compescant se etiam ab aliis decipiendis, quibus hanc superbiam persuadere conantur. omnibus enim necessaria est oratio dominica, quam etiam ipsis arietibus gregis, id est apostolis suis dominus dedit, ut unusquisque deo dicat: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. cui enim haec uerba in oratione non fuerint necessaria, ipse hic sine peccato uiuere pronuntiandus est. quales si aliquos futuros dominus praeuideret meliores utique, quam extiterunt eius apostoli, aliam orationem illos doceret, qua non peterent dimitti sibi peccata, quibus in baptismo fuerant omnia iam dimissa. nam si Danihel sanctus non coram hominibus quasi humilitate fallaci sed coram deo, id est in oratione, qua deum precabatur, non solum peccata populi sui sed etiam sua confitebatur, sicut eius ore ueridico expressum est, nihil aliud mihi uidetur dicendum istis, nisi quod per prophetam Ezechielem cuidam superbo dominus mandat: Numquid tu sapientior quam Danihel?

3 Sed plane, qui misericordia dei adiutus et gratia se ab eis peccatis abstinuerit, quae etiam crimina nominantur, atque illa peccata, sine quibus non hic uiuitur, mundare operibus misericordiae et piis orationibus non neglexerit, merebitur hinc exire sine peccato, quamuis, cum hic uiueret, habuerit nonnulla peccata, quia, sicut ista non defuerunt, ita etiam remedia, quibus purgarentur, adfuerunt. quisquis autem hac uelut occasione comperta, cum audierit neminem hic arbitrio

5 Matth. 6, 12 11 Dan. 9, 20 17 Ezech. 28, 3

1 misericordia possent *P* ab aliis etiam *edd.* 3 . . . . . saria est oratio *ex corr. m. 2 L* 4 ut] et *T* 5 dicat deo *T* domino dicat *L* 6 hec enim *T* in oratione uerba necessaria non fuerint *T edd.* 8 praeuiderit *P* prouideret *L* 10 quia *P* 13 oratione• *O* orationē (~ *eras.*) *C* orationib; *T* deprecabatur *P* 15 ore uerbo dico *P* 17 quam] es quam *LT m sec. sacr. litt.* 19 uocantur *T edd.* 21 hic, *m. 2* hinc *C* 22 habueri•t nulla *O* habuerint nulla *C* 23 defuerint *CO* 24 purgare•tur *O* ac *P* 25 cum—se *om. P* hic neminem suo arbitrio *T*

suo sine peccato uiuere, dederit se libidinibus et criminibus nefariis obligauerit atque in his criminosis consceleratisque moribus usque in diem suum ultimum perdurauerit, quaslibet inter haec elemosynas faciat, et infeliciter ducit uitam et infelicius finit.

II 4 Sed isti utcumque tolerandi sunt, quando dicunt uel esse uel fuisse hic aliquem iustum praeter unum sanctum sanctorum, qui nullum haberet omnino peccatum. illud uero, quod dicunt sufficere homini liberum arbitrium ad dominica implenda mandata, etiam si dei gratia et sancti spiritus dono ad opera bona non adiuuetur, omni modo anathemandum est et omnibus execrationibus detestandum. qui enim hoc adserunt, a gratia dei penitus alieni sunt, quia ignorantes dei iustitiam, sicut de Iudaeis dicit apostolus, et suam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti. plenitudo quippe legis non est nisi caritas et utique caritas dei diffusa est in cordibus nostris non per nos ipsos nec uiribus propriae uoluntatis sed per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

5 Valet itaque liberum arbitrium ad opera bona, si diuinitus adiuuetur, quod fit humiliter petendo et fatendo; desertum uero diuino adiutorio, qualibet scientia legis excellat, nullo modo habebit iustitiae soliditatem sed inflationem impiae superbiae et exitiosum tumorem. docet hoc eadem ipsa dominica oratio. frustra enim deum rogantes dicimus: Ne nos inferas

13 Rom. 10, 3 15 Rom. 13, 10 16; 18 Rom. 5, 5 24 Matth. 6, 13

2 consceleratistilque (til *m. 2 del.*) *L* 3 perdurans *ex corr.*, *fuisse uid.* perduraueris *L* 5 infelicius] infelicib; *P* 7 iustum praeter unum] istum praeter istum *CO* praeter unum (*om.* iustum) *LT edd.* 8 habere *P* 9 homine, *m. 1 corr.* hominū *P* liberium *T* dominicam plenda (*m. 2* dominica implenda) mandata *L* dominica praecepta implenda *T edd.* 10 gratiam *P* spiritus sancti *T edd.* 11 omni modo] omnino *edd.* anathematizandum *T edd.* 12 a *in u. initio m. 2 add. uid. C* 13 sicut *in fine pag. om. CO* 14 statuere *L sec. Vulg.* 18 sed *in fine u. om. T* 20 faciendo *T edd.* 21 adiutoriū *P* 22 habet, *m. 1 corr.* habebit *P* 23 ipsa *om. T* 24 rogantes deum *T edd.*

in temptationem, si hoc sic in nostra positum est potestate, ut nullo illius adiutorio id ualeamus implere. dictum est enim: Ne nos inferas in temptationem, quod intellegitur: Ne nos inferri deserendo permittas. fidelis enim deus, ait apostolus, qui non uos permittat temptari super id, quod potestis, sed faciet cum temptatione etiam exitum, ut possitis sustinere. ut quid hoc dixit deum facere, si hoc sine ipsius adiutorio in sola nostra est potestate?

6 Nam et ipsa lex in hoc adiutorium data est illis, qui ea legitime utuntur, ut per illam sciant, uel quid iustitiae iam acceperint, unde gratias agant, uel quid eis adhuc desit, quod instanter petant. qui autem sic audiunt, quod ait lex: Non concupisces, ut hoc quia didicerunt, sufficere sibi arbitrentur nec adiutorio gratiae dei ad faciendum, quod iussum est, dari sibi uirtutem credant et petant, ad hoc eis lex subintrauit, ut abundet delictum, quod dictum est de Iudaeis. parum est enim, quia non implent, quod praecepit lex: Non concupisces, sed insuper et superbiunt, ut ignorantes dei iustitiam, id est quam deus dat, qui iustificat impium, et suam uolentes constituere tamquam suae uoluntatis uiribus factam iustitiae dei non sunt subiecti. finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti, qui utique ideo uenit, ut, ubi abundauit delictum, superabundet gratia.

4 I Cor. 10, 13 9 Es. 8, 20 sec. Septuag.; I Tim. 1, 8 12 Ex. 20, 17; Deut. 5, 21; 7, 25; Rom. 7, 7; 13, 9 15 Rom. 5, 20 18 Rom. 10, 3—4 23 Rom. 5, 20

1 si hoc—temptationem *om. CO* in nostra sic positum est *edd.* in nostra sit positum *P* 5 patietur *L sec. Vulg.* permittit *e f l r* permittet *m* (*Gr.* ἐάσει) supra *L T f l r m* 6 faciat *P* temptatione (*fuit* m) *C* *ante* ut *ras. 1—2 l. O* 7 possetis *C* (*m. 2* possitis) *P* 9 eam *L* 11 adhuc eis *L edd.* 13 concupisces (e *ex corr.*, *fuit* i) *C* didicerint *T edd.* 14 iustum *C* 15 subintrauit lex *T* 16 habundaret (ar *exp.*) *L* abundaret *T edd. sec. Vulg.* de *om. P* 17 enim est *edd.* praecipit *P* concupisces (e *ex corr.*, *fuit* i) *C* 18 et *om. L T edd.* ut *om. P* et *T edd.* 21 factum *O* 22 Christus *om. P* *super* ad iustitiam *m. 2* quam dat *O* 23 gratia *CO*

cui gratiae si fuerunt inimici Iudaei ignorantes dei iustitiam et suam uolentes constituere, quare sunt et isti, si in eum crediderunt, quem illi occiderunt? an ut illi accipiant praemium, qui occiso Christo suam impietatem accusauerunt et se illius gratiae cognitae subdiderunt, et isti portent iudicium, qui sic in Christum uolunt credere, ut eius ipsam gratiam conentur occidere?

7 Ad hoc quippe in eum credunt, qui recte credunt, ut esuriant sitiantque iustitiam et eius gratia saturentur. omnis enim, sicut scriptum est, qui inuocauerit nomen domini, saluus erit non utique salute corporis, quam multi habent, et qui non inuocant nomen domini, sed illa salute, de qua ipse dicit: Non est opus sanis medicus sed aegrotantibus; et, quid dixerit, consequenter exponens: Non ueni, inquit, uocare iustos sed peccatores. iustos ergo sanos, peccatores autem dixit aegrotos. non itaque de suis uiribus praesumat aegrotus, quia in multitudine uirtutis suae non erit saluus. nam si inde praesumit, uideat, ne uires istae non sint, quales solent esse sanorum, sed quales solent esse phreneticorum; qui cum sint insani, ad hoc se sanos putant, ut nec medicum quaerant et tamquam importunum insuper caedant, sicut isti Christum insana superbia quodam modo caedunt, cuius gratiae tam benignum adiutorium ad faciendam iustitiam dato legis praecepto necessarium non esse contendunt. desinant ergo sic insanire et ad hoc se intellegant habere, quantum possunt, liberum arbitrium, non ut superba

8 Matth. 5, 6 9 Ioel 2, 32; Act. 2, 21; Rom. 10, 13 13 Matth. 9, 12—13; Marc. 2, 17; Luc. 5, 31—32 17 Ps. 32, 16

1 fuerint *P* Iudaei] dei *P* dei ignorantes *edd.* 2 isti] isti inimici *T edd.* 3 accipiunt *T* 5 se] si *P* portenti *O* 8 recte ut (*om.* credunt) *P* 10 quicūq; *T sec. Vulg.* (*ep. ad Rom.*) 13 ipse] ipse dominus *L* dixit *P* 14 exponit *P* 16 autem *om. T* ///itaque *P* utique *CO* g (= igitur) *T* 19 esse solent *O* qua ////solent *P* 20 ad hoc] adeo *T edd.* 22 cedant *et* 23 cedunt *codd.* 23 gratiae tam] gratia et iam *P* 24 faciendum *CO* praeceptum *L*

uoluntate respuant adiutorium, sed ut pia uoluntate inuocent dominum.

8 Haec enim uoluntas libera tanto erit liberior quanto sanior, tanto autem sanior quanto diuinae misericordiae gratiaeque subiectior. ipsa quippe fideliter orat et dicit: Itinera mea dirige secundum uerbum tuum et ne dominetur mihi omnis iniquitas. quo modo enim libera est, cui dominatur iniquitas? ut autem ei non dominetur, uide, ab illa quis inuocetur. non enim ait: Itinera mea dirigo secundum liberum arbitrium, quia non dominatur mihi omnis iniquitas, sed: Itinera mea, inquit, dirige secundum uerbum tuum et ne dominetur mihi omnis iniquitas. precatur, non pollicetur; confitetur, non profitetur; optat plenissimam libertatem, non iactat propriam potestatem. non enim omnis, qui uiribus suis confidit, sed omnis, qui inuocat nomen domini, saluus erit. quo modo autem inuocabunt, inquit, in quem non crediderunt? ad hoc ergo credunt, qui recte credunt, ut inuocent, in quem crediderunt, et ualeant facere, quod in praeceptis legitimis acceperunt, quoniam id, quod lex imperat, fides impetrat.

9 Nam ut interim omittamus legis multa praecepta et hoc inde commemoremus, quod ad commemorandum elegit apostolus, cum dicit lex: Non concupisces, quid uidetur aliud imperare nisi ab inlicitis cupiditatibus continentiam? animus

5 Ps. 118, 133 16 Rom. 10, 14 23 cf. p. 452. 12

2 deum *L* 3 sani optando, *m. 1 corr.* sanior tanto *C* 4 tanto autem sanior *om. L* quantoque *L* quantum *T* misericordiae gratiaeque *om., m. 2* misericordiae *add. L* 5 ipsae *C* quippe] enim *T m* orat et] arate *C* (*m. 2* ac recte) *O* 8 ei autem *edd.* uide] ut de *O* 9 dirige *T f l r m* 10 dominabitur *T m* 11 dirige *om. L* 12 ne] non *PL sec. Vulg.* mihi *om. P* mei *T sec. Vulg.* 14 omnis *om. P* 16 autem *om. P* inquit inuocabunt *T* inuocabant, *m. 2* inuocabunt *C* 17 ergo *om. T* 18 crediderunt] non crediderunt *L* ualent *T* 20 imperant (n *del.*) *L* impetrat] imperat *P* 21 ut *om., in marg. m. 2 add. L* interim intermittamus *L* 23 concupisces (e *ex corr., fuit* i) *C* quidetur *C* (*m. 2* quid uidetur) *O* (*m. 2 in marg.* uidetur)

quippe uelut pondere amore fertur, quocumque fertur. iubemur itaque detrahere de pondere cupiditatis, quod accedat ponderi caritatis, donec illud consumatur, hoc perficiatur; plenitudo enim legis caritas. et tamen de ipsa continentia uide quid scriptum sit: Et cum scirem, inquit, quia nemo potest esse continens, nisi deus det, et hoc ipsum erat sapientiae, scire, cuius esset hoc donum, adii dominum et deprecatus sum illum. numquid dixit: Et cum scirem, quia nemo potest esse continens nisi per proprium liberum arbitrium, et hoc ipsum erat sapientiae, scire a me ipso esse hoc bonum? non plane hoc dixit, quod quidam in sua uanitate dicunt, sed quod fuit in sanctae scripturae ueritate dicendum: Cum scirem, inquit, quia nemo potest esse continens, nisi deus det. iubet ergo deus continentiam et dat continentiam; iubet per legem, dat per gratiam; iubet per litteram, dat per spiritum; lex enim sine gratia facit abundare delictum et littera sine spiritu occidit. iubet ideo, ut facere iussa conati et in nostra infirmitate sub lege fatigati adiutorium gratiae poscere nouerimus et, si quid facere potuerimus operis boni, ei, qui adiuuat, non simus ingrati. hoc et iste fecit; id enim eum sapientia docuit, cuius esset hoc donum.

10 Neque enim uoluntatis arbitrium ideo tollitur, quia iuuatur, sed ideo iuuatur, quia non tollitur. qui enim deo dicit: Ad-

3 Rom. 13. 10 5 Sap. 8, 21 16 Rom. 5, 20 17 II Cor. 3, 6 23 Ps. 26, 9

2 de pondere] deponere *P* ponderi (i *ex corr., fuit* e) *L* cupitatis *T* pondere *COP* ad pondus *T edd.* 3 consummatur *CO* 4 legis] legis est *T f l r m sec. Vulg.* 5 [illegible]potest esse *C* (*ras. 2—3 l.*) *O* (*in ras. fuit* esse) esse potest *PLT; cf. u. 13* 6 ipsut erat sapientia *P* 7 adiit *P* 8 precatus *CO; cf. p. 456, 4 et 5* 9 esse potest *T* 10 ipsud *P* hoc esse *T* 11 donum *L* 12 sanctae aeccle scripture (aeccle *del.*) *P* 13 esse potest esse *P* esse potest *L edd.; cf. u. 5* 14 iubet ergo deus continentiam *om. CO* 16 abundare facit *T* 17 occidi iubet. ideo *L* 18 in *om. T l r m* 19 boni operis *T* 20 ei *om. L* adiubat, *m. 2* adiuuat *C* ad iuat, *stilo cerussato corr.* ad | iuuat *T* non] nos *P* 21 eum enim *CO* docuit sapientia *L* 22 quia iuuatur] qui adiuuatur *P*

iutor meus esto, confitetur se uelle implere, quod iussit. sed ab eo, qui iussit, adiutorium poscere, ut possit. sic et iste cum sciret neminem esse posse continentem, nisi deus det, adiit dominum et deprecatus est; utique uolens adiit. uolens deprecatus est nec petisset, nisi esset uoluntas. sed nisi petisset, quantum posset uoluntas, quia, etsi possit, antequam petat, quid ei prodest, nisi illi agat gratias ex eo, quod potest, a quo petendum est, quod nondum potest? unde etiam qui iam continens est, non habet utique continentiam, nisi adsit uoluntas; sed nisi accepisset, quid haberet uoluntas? quid enim habes, inquit, quod non accepisti? quod si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? id est quid gloriaris, quasi a te ipso habeas, quod si non accepisses, a te ipso habere non posses? hoc autem dictum est, ut, qui gloriatur, non in se ipso sed in domino glorietur et, qui nondum habet, unde glorietur, non a se ipso speret, sed dominum precetur. satius est enim minus quemque habere, quod a deo petat, quam plus habere, quod sibi tribuat, quoniam expedit ab imo surgere quam ex alto cadere; deus enim, scriptum est, superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. ad abundantiam igitur delictorum lex nos docet, quid uelle debeamus, nisi adiuuet gratia, ut, quod uolumus, ualeamus et, quod ualuerimus, impleamus. adiuuabit autem,

11 I Cor. 4, 7 15 I Cor. 1, 31; II Cor. 10, 17 19 Iac. 4. 6: I Petr. 5, 5 21 Rom. 5, 20

2 ab eo] habeo *P* qui iussit] cuius scit *L* 3 nemine *P* 4 dñi *L* 5 *et* 6 petiisset *m* 6 possit *CO; cf. u. 10; 14* 7 ei prodest] eipso deest *P* illi] ei *T* 8 a quo—potest *om. CO* 9 qui] quia *L* 10 sed *om. P* habere *P* 12 quod si accepisti *om. C* (*m. 2 in marg. sec. sacr. litt. add.* si autem accepisti) *O* si autem accepisti *T edd.* acciperis, *m. 2* acceperis *C* 14 posses (e *in ras.*) *L* possis *C* (*m. 2* posses) *O; cf. u. 6* 15 quia *CO* 16 et] ut *CO* 17 dñi *PL* preceptur (*post.* p *m. 1 del.*) *P* deprecetur (de *del.*) *T* 19 ex] ab *T* cadere *om. CO* 20 *ante* scriptum *s. u. minutissimis l. add.* ut *T* sicut scriptum *L* resistit superbis *T* 21 ad *om. PL* 22 adiuuit *P* ut (a *eras.*) *O* 23 uoluerimus *T* adiuuauit *P*

si non de nostris uiribus praesumentes alta sapiamus, sed humilibus consentientes et de his, quae iam possumus, gratias agamus et pro his, quae nondum possumus, deum suppliciter inhiante uoluntate poscamus adminiculantes orationem nostram misericordiae fructuosis operibus dando, ut detur nobis, dimittendo, ut dimittatur nobis.

II 11 Quod autem dicunt infantem morte praeuentum non baptizatum perire non posse, quoniam sine peccato nascitur, non hoc dicit apostolus et arbitror esse melius, ut apostolo potius quam istis credamus. dicit enim ille doctor gentium, in quo Christus loquebatur: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt; et paulo post dicit: Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. proinde isti, quem forte inuenerint infantem non ex illius unius hominis concupiscentia procreatum, ipsum dicant illi damnationi non esse obnoxium nec per Christi gratiam ab illa damnatione esse liberandum. quid est enim 'ex uno delicto in condemnationem', nisi illo delicto, quo deliquit Adam? et quid est 'ex multis delictis in iustificationem', nisi quia Christi gratia non solum unum illud delictum soluit, quo obstringuntur infantes ex illo uno homine procreati, sed etiam multa delicta, quae, cum creuerint, homines addunt malis moribus suis? tamen et illud unum, quo est

1 Rom. 12, 16 5 Luc. 6, 37—38; 11, 4 7—8 = p. 448, 14—15 10 II Cor. 13, 3 11; 14 Rom. 5, 12; 16

1 praesumentis *P* alta—consentientes *om. CO* 2 *et* 3 iis *f l r m* 2 possumus—nondum *om., m. 2 in marg. add. L* 5 fluctuosis, *m. 1 corr.* fructuosis *L* 8 perire *L* 9 arbitro, *m. 1 corr.* arbitror *T* 10 credamus quam istis *T* isti *L* 14 uno] uno delicto *T edd.; cf. p. 459, 1—2* 16 inuenerunt *T* 17 hominis unius *T* 18 dicunt *CO* damnatione *P* 20 ex uno] quod ex uno *L* illo] in illo *L Mign.* quo delinquid *P* quod delinquit *L* 22 illud unum *m* illud (*om.* unum) *T cett. edd.* 23 qđ *P* abstringuntur *L* 25 operibus *T* et *om. L* unum *om. L* (*m. 2 add.*) *T* quod *C* (d *eras.*) *O*

obligata propago carnalis, quae ab illo primo homine originem ducit, sufficere dicit ad condemnationem. ideo non est superfluus baptismus paruulorum, ut, qui per generationem illi condemnationi obligati sunt, per regenerationem ab eadem condemnatione soluantur; sicut enim non inuenitur homo, qui praeter Adam carnaliter generetur, sic non inuenitur homo, qui praeter Christum spiritaliter regeneretur. carnalis autem generatio delicto illi uni et damnationi eius obnoxia est; spiritalis uero regeneratio non solum illud unum, propter quod baptizantur infantes, sed multa delicta facit aboleri, quae homines male uiuendo ad illud, in quo generati sunt, addiderunt. ideo sequitur et dicit: Si enim ob unius delictum mors regnauit per unum, multo magis, qui abundantiam gratiae et iustitiae accipiunt, in uita regnabunt per unum Iesum Christum. itaque sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, ita et per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem uitae; sicut enim per inoboedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per unius oboedientiam iusti constituuntur multi.

12 Quid ad ista dicturi sunt? aut quid eis restat, nisi ut apostolum errasse contendant? clamat uas electionis, doctor gentium, tuba Christi: Iudicium ex uno in condemnationem et reclamant isti adserentes paruulos, quos ex illo uno homine, de quo loquitur, ducere propaginem confitentur, non ire in condemnationem, etiam si in Christo non fuerint baptizati.

12 Rom. 5, 17—19

2 ducit *C* (*ras.* dicit) *O* superflius, *m. 1 corr.* superfluus *P* 4 condemnationē (~ *eras.*) *P* generationem, *m. 2* regenerationem *L* 5 condemnationē *P* dampnatione *L* 8 uni illi *T* damnatione, *m. 1 corr.* damnationi *P* eius *om. T* 9 generatio *L* 10 baptizatur, *m. 1 corr.* baptizantur *P* adoleri *CO* (*m. 2* aboleri) quē *P* 16 in *om. L* ad] in *L* condemnationem—homines ad *om. P* 17 et *om. edd.* 19 peccatores. *L* ita et per *T* 20 constituti s. *L* constituentur *a e sec. Vulg.* (*Gr.* κατασταθήσονται); *cf. p. 461, 5* 26 etsi *m*

iudicium, inquit, ex uno in condemnationem. quid dicit 'ex uno' nisi 'delicto'? sequitur enim: Gratia autem ex multis delictis in iustificationem. ergo inde iudicium etiam ex uno delicto ducit in condemnationem, hinc autem gratia etiam ex multis delictis ducit in iustificationem. quapropter, si non audent resistere apostolo, exponant nobis, qua re iudicium ex uno delicto ducat in condemnationem, cum ex multis delictis homines damnandi ueniant ad iudicium. aut si propterea ita dictum putant, quia initium peccati ex Adam factum est, quod imitati sunt ceteri, ut sic ex illo uno delicto in iudicium condemnationemque traherentur, qui eum imitando multa peccauerunt, cur non etiam de gratia et iustificatione sic dictum est? cur non dixit similiter: Et gratia ex uno delicto in iustificationem? sicut enim hominum multa delicta inter illud unum, quod imitati sunt, et iudicium, quo puniuntur, media reperiuntur — ab uno quippe ad multa uenerunt, ut a multis ad iudicium damnationemque ducerentur —, sic eadem multa delicta inter hoc ipsum unum, cuius imitatione commissa sunt, et gratiam, qua dimittuntur, eodem modo media sunt, quoniam ex illo uno ad multa uenerunt, ut ex multis ad gratiam iustificandi uenirent. cum ergo in utroque, id est et in iudicio et in gratia, quod adtinet ad unum et multa delicta, una eademque sit ratio, dicant isti nobis, qua re iudicium dixerit ex uno delicto ducere in condemnationem, gratiam uero ex multis delictis in iustificationem, aut adquiescant ideo sic esse dictum, quia in hac causa duo constituuntur homines, Adam, ex quo subsistit generatio carnalis, et Christus, ex quo regeneratio spiritalis. sed quia tantum ille homo, iste autem et deus et homo, non,

3 ex uno etiam *signis corr. P* 4 hinc (c *s. u. m. 1*) *P* 5 ducit *om., m. 2 add. L* 6 exponat *CO* 10 sunt et ceteri *P* ceteri sunt *T edd.* uno illo *T edd.* 11 peccarunt *PT edd.* 12 gratia et] gratiae *P* iustificatione* *C* iustificationem (m *exp.*) *O* 13 iustificatione *O* 18 ipsud *P* 20 uno ad *om. P* 21 et iudicio et in gratia *CO* et iudicio et gratia *T edd.* in iudicio et in gratia *Eugippi cod. Vat.* 22 ratio sit *edd.* 24 gr̃a *L* 26 consistit *T f l r m* 27 generatio *P Eug.* 28 autem deus *P*

quo modo illa generatio uno delicto obligat, quod est ex Adam, ita ista regeneratio unum delictum soluit, quod est ex Adam; sed illi quidem generationi sufficit ad condemnationem unius delicti conexio — quicquid enim postea homines ex malis suis operibus addunt, non pertinet ad illam generationem sed ad humanam conuersationem —, huic autem regenerationi non sufficit illud delictum tantum modo soluere, quod ex Adam trahitur, sed quicquid etiam postea ex iniquis operibus humanae conuersationis accedit. ideo iudicium ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem.

13 Si enim ob unius delictum mors regnauit per unum, a quo delicto paruuli per baptismum expiantur, multo magis. qui abundantiam gratiae et iustitiae accipiunt, in uita regnabunt per unum Iesum Christum; multo magis utique in uita regnabunt, quia aeternae uitae regnum erit, mors autem in eis temporaliter transit, non in aeternum regnabit. itaque sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, de qua condemnatione paruuli per sacramentum baptismi liberandi sunt, ita et per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem uitae. et hic 'omnes' dixit et ibi, non quia omnes homines ueniunt ad gratiam iustificationis Christi, cum tam multi alienati ab illa in aeternum moriantur, sed quia omnes. qui renascuntur in iustificationem, non nisi per Christum renascuntur, sicut omnes, qui nascuntur in condemnationem. non nisi per Adam nascuntur. nemo quippe est in illa generatione praeter Adam, nemo in ista regeneratione praeter

2 regeneratio ista *T* generatio *CO* soluit] solum *a* solum soluit *cett. edd.* 3 ad—conexio *om. P* 6 generationi *COT* 12 ob unius delictum *om. P* 14 in | in (*bis*) *O* 16 itaque *L* in uita *om. Eugippi cod. Vat.* qua, *m. 1 corr.* quia *C* 18 regnauit *P* 20 baptismatis *T* et *om. edd.* 21 in omnes homines ad iustificationem *om. P* 22 omnes hic *CO* 24 aeternum] tñ̃ *P* 26 sicut—nascuntur *om. P* 28 regenerationе] generatione *COL*

Christum; ideo 'omnes' et 'omnes', eosdem autem 'omnes' etiam 'multos' postea dicit adiungens: Sicut per inoboedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, sic et per unius hominis oboedientiam iusti constituuntur multi. qui 'multi', nisi quos iam paulo ante 'omnes' dixerat?

14 Vide, quem ad modum commendat 'unum' et 'unum', id est Adam et Christum, illum ad condemnationem, hunc ad iustificationem, cum tanto post Adam uenerit Christus in carne, ut sciamus etiam antiquos iustos. quicumque esse potuerunt, non nisi per eandem fidem liberatos, per quam liberamur et nos, fidem scilicet incarnationis Christi. quae illis praenuntiabatur, sicut nobis adnuntiatur. ideo hic Christum hominem dicit, cum sit et deus, ne quis existimet antiquos iustos per deum tantum modo Christum, id est per uerbum, quod erat in principio, non etiam per fidem incarnationis eius, qua et homo Christus dicitur, potuisse liberari. sententia quippe ista destrui non potest, de qua et alibi dicit: Per unum hominem mors et per unum hominem resurrectio mortuorum: sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes uiuificabuntur. utique resurrectionem dicit iustorum, ubi est uita aeterna, non resurrectionem iniquorum, ubi mors aeterna erit; ideo ait uiuifica-

15 Ioh. 1, 1 18 I Cor. 15, 21—22

1 et omnes *om. L* 2 adiungit *P* sicut] sicut enim *PLT edd.; cf. p. 458, 18* 4 unius *om. CO* 5 constituentur *Eug. Vulg.* (*Gr.* κατασταθήσονται); *cf. p. 458, 20* 10 etiam *om. Eug.* 11 potuerit, *m. 1 corr.* potuerint *P* eadem *P* liberat̃ (= liberatur) *P* 12 liberam' (= liberamus) *P* scilicet] scilicet et *P* 13 nobis] a nobis *COT edd. praeter m* et nobis *Eug.* adnuntiatur] facta adnuntiatur *edd.* annuntiabatur *Eug.; cf. p. 462, 12* hic] id *CO* idem *T edd.* 16 incarnationis *om. P* 17 Christus *om. T* 18 esta, *m. 1 corr.* ista *P* et *om. P* 20 enim *om. Eug.* 21 sic—uiuificabuntur *om. CO* sic] ita *T edd. sec. Vulg.* resurrectionem dicit] in resurrectione dicit *Eugippi cod. Paris. 11642* in resurrectione *Eugippi cod. Vat.* 22 non —erit *om., m. 2 in marg. add. L* non in resurrectionem *Eugippi cod. Vat.* 23 erit aeterna *T edd.* uiuificabuntur (*ras. 1—2 l.*) *C*

buntur', quia illi damnabuntur. hinc et in ueteribus sacramentis circumcisio paruulorum octauo die fieri praecepta est, quoniam Christus, in quo fit delicti carnalis expoliatio, quam significat circumcisio, die dominico resurrexit, qui post septimum sabbati octauus est. haec ergo fides etiam antiquorum iustorum fuit. unde et apostolus dicit: Habentes autem eundem spiritum fidei, propter quod scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum, et nos credimus, propter quod et loquimur. non diceret 'eundem spiritum fidei' nisi admonens etiam antiquos iustos ipsum habuisse spiritum fidei, hoc est incarnationis Christi. sed quia illis futura praenuntiabatur, quae iam facta nobis adnuntiatur, et tempore ueteris testamenti uelabatur, quae tempore noui testamenti reuelatur, ideo eius sacramenta uariata sunt, ut alia essent in uetere testamento alia in nouo, cum fides ipsa uaria non sit et uera sit, quia, sicut in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes uiuificabuntur.

Quod uero illis uerbis, quae tractabamus, adiungit et dicit: Lex autem subintrauit, ut abundaret delictum, iam non pertinet ad illud delictum, quod trahitur ex Adam, de quo superius dicebat: Mors regnauit per unum; legem quippe siue naturalem intellegamus, quae in eorum apparet aetatibus, qui iam ratione uti possunt, siue conscriptam, quae data est per Moysen, quia nec ipsa potuit uiuificare et liberare

2 Gen. 17, 12; Leu. 12, 3 6 II Cor. 4, 13; Ps. 115, 10 19 Rom. 5, 20 21 Rom. 5, 17

1 quia illi damnabuntur *bis, alterum m. 1 del. O* 2 octaua *L edd.* 4 dominico] dñi quo *P* qui] quo *P* septimam *T* 7 scriptum—quod *om. P* 8 et *om. Eugippi cod. Vat.* 10 habuisse ipsum *edd.* 11 hoc] id *T* 12 praenuntiabantur *PL* nobis] ꝫ nobis *O* a nobis *edd. praeter m* annuntia••tur *C* adnuntiabatur *O* adnuntiantur *L; cf. p. 461, 13* 13 temporibus *L* uelabantur *PL* 14 reuelantur *PL* uaria *Eugippi cod. Vat.* 15 uetere, *m. 2* ueteri *C* ueteri *LT edd.* ueteris *P* ipsa *om. T* 16 et uera] sed uera *CO* sed una *T edd.* 17 et *om. PL* 20 illum, *m. 2* illud *CO* illū *PL* de qua *L* 21 dicebat superius *edd.* dicebam *COT edd. praeter m* 23 conscriptum, *m. 2* conscriptam *CO* 24 uiuificare potuit *T edd.* potui *P*

a lege peccati et mortis, quae tracta est ex Adam, sed magis addidit praeuaricationis augmenta; ubi enim lex non est, ait idem apostolus, nec praeuaricatio. proinde quoniam lex est etiam in ratione hominis, qui iam utitur arbitrio libertatis, naturaliter in corde conscripta, qua suggeritur, ne mali aliquid faciat quisque alteri, quod pati ipse non uult, secundum hanc legem praeuaricatores sunt omnes, etiam qui legem per Moysen datam non acceperunt, de quibus in psalmo canitur: Praeuaricatores aestimaui omnes peccatores terrae. non enim omnes peccatores terrae legem per Moysen datam praeuaricarunt; sed tamen, nisi aliquam praeuaricassent, non appellarentur praeuaricatores; ubi enim lex non est, nec praeuaricatio est. praeuaricata ergo lege, quae in paradiso data est, nascitur homo ex Adam cum lege peccati et mortis, de qua dicitur: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis. quae tamen nisi mala postea consuetudine roboretur, facilius uincitur, non tamen nisi gratia dei. lege autem alia praeuaricata, quae est in usu rationis animae rationalis in aetate hominis iam ratione utentis, praeuaricatores fiunt omnes peccatores terrae. praeuaricata uero lege etiam illa, quae data est per Moysen, multo amplius abundat delictum. si enim data esset lex, quae posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia; sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur

1; 14 Rom. 8, 2 2 Rom. 4, 15 9 Ps. 118, 119 15 Rom. 7, 23 23 Gal. 3, 21—22

2 non est lex ut ait *L sec. sacr. litt.* 3 item *P* neq; *P* 4 qui iam] quidã *P* qua *L* liberatis *P* 5 mali *om. T f l r m* 8 data *P* legitur *edd.* 10 omnes *om. T* 12 non est lex *L sec. sacr. litt.* 13 est *om. T edd.* 15 quo *C* (*m. 2* qua) *O* dicit *T* 17 legẽ (*~ del. uid.*) *T* 19 uincetur *P* nisi *om., s. u. m. ut uid. 1 add.* sn' *T* sine *L* 20 animae—hominis *om. CO* 21 utentis, *corr.* utentes *C* 22 praeuaricata uero *om. P* praeuaricato, *m. 1 corr.* praeuaricata *L* 23 multum *P* 24 lex *om. T* posse *P* possit *CO*

credentibus. haec uerba, si agnoscis, apostolica sunt. de qua lege iterum dicit: Lex praeuaricationis gratia posita est, donec ueniret semen, cui promissum est, disposita per angelos in manu mediatoris, Christum commendans, cuius gratia salui fiunt omnes siue paruuli a lege peccati et mortis, cum qua nati sumus, siue maiores, qui male utentes arbitrio uoluntatis praeuaricauerunt legem naturalem ipsius rationis, siue qui legem acceperunt, quae data est per Moysen, eamque praeuaricantes littera occisi sunt. cum uero etiam euangelica praecepta homo praeuaricat, uelut quatriduanus mortuus putet; nec de illo tamen desperandum est propter eius gratiam, qui non lente dixit, sed magna uoce clamauit: Lazare, ueni foras.

16 Lex ergo subintrauit, ut abundaret delictum, siue cum homines neglegunt, quod deus iubet, siue cum de suis uiribus praesumentes adiutorium gratiae non inplorant et addunt infirmitati superbiam. cum autem uocatione diuina intellegunt, cui sit ingemescendum, et inuocant eum, in quem recte credunt, dicentes: Miserere mei, deus, secundum magnam misericordiam tuam et: Ego dixi: Domine, miserere mei; sana animam meam, quoniam peccaui tibi, et: In tua iustitia uiuifica me et: Viam iniquitatis amoue a me et lege tua miserere mei et: Non ueniat mihi pes superbiae et manus peccatorum non moueat me et: Itinera mea dirige secundum uerbum tuum et ne

2 Gal. 3, 19 5 Rom. 8, 2 9 II Cor. 3, 6 10 Ioh. 11, 39 13 Ioh. 11, 43 14 Rom. 5, 20 19 Ps. 50, 3 20 Ps. 40 5. 21 Ps. 118, 40 22 Ps. 118, 29 23 Ps. 35, 12 25 Ps. 118, 133

1 haec si agnoscis uerba *T* si] sicut *L* 2 iterum lege *P* 3 dispositum *COPL a e f* 5 a *om. L* 6 et mortis *om. T* qui] quia *P* 7 uiuentes *T* praeuaricarunt *a e m* praeuaricati sunt *f l r* naturalis *CO* 12 non lente] nolente *P* 14 cum *om. P* tum. *m. 1 corr.* cum *O* 15 uiris, *m. 1 corr.* uiribus *O* 16 praesumentis *P* 17 superbia *P* 18 cui] cur *edd.* 21 quia *T edd. sec. Vulg.* 23 lege] in lege *P* l lege *L* de lege *l r m sec. Vulg.* (*Septuag.* τῷ νόμῳ) legem tuam *C* (*utrumque* m *eras.*) *O* 24 peccatoris *T* non | non (*bis*) *O* moue ad me *P*

dominetur mihi omnis iniquitas; a domino enim gressus hominis diriguntur et uiam eius uolet et alia multa, quae propterea scripta sunt, ut nos admonerent ad implenda ea, quae nobis iubentur, ab illo petendum adiutorium, a quo iubentur, cum ergo se homo ad illum extenderit et sic ingemuerit, fiet, quod sequitur: Ubi abundauit delictum, superabundauit gratia et: Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, et diffunditur in corde caritas dei, unde fiat legis plenitudo, non per uires arbitrii, quod est in nobis, sed per spiritum sanctum, qui datus est nobis. nouerat quippe ille legem, qui dicebat: Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem, et tamen adiungebat: Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis. infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. cur non potius dixit 'meum liberum arbitrium', nisi quia libertas sine dei gratia non est libertas sed contumacia?

17 Cum ergo dixisset apostolus: Lex subintrauit, ut abundaret delictum; ubi autem abundauit delictum, superabundauit gratia, secutus adiunxit: Ut, quem ad modum regnauit peccatum in morte, sic et gratia regnet per iustitiam in uitam aeternam per Iesum Christum

1 Ps. 36, 23; Prou. 20, 24 6 Rom. 5, 20 7 Luc. 7, 47 9 Rom. 13, 10; 5, 5 11 Rom. 7, 22—25 21 Rom. 5, 20—21

1 mei *T edd. sec. sacr. litt.* iniustitia *O sec. Vulg.* 2 dirigetur *P* 3 admonerint *P* 6 fi*et *O* delictum *om., in marg. m. fere aequali litteris miniatis add.* peccatū *P* 7 superabundabit *C* gratia] et gratia *T edd.* 8 in corde] inde *P* 10 per *om., m. 2 add. L* 11 lege *P* 12 lege *P* 13 adiungebant (n *ante* t *exp.*) *O* 14 legis *P* 15 legē (~ *m. 1 ?*) *T* 16 ego *om. CO* liberauit *C* (*m. 2* liberabit) *OP* 18 dixit potius *edd.* meum] per meum *T f l r m* 19 dei *om. PT edd.* 23 gratia] et gratia *T edd.* ut] et *T* 24 in mortem *C* 25 in uita aeterna *T edd.*

dominum nostrum. modo cum dixisset: Ut quem ad modum regnauit peccatum in morte, non ait 'per unum hominem' aut 'per primum hominem' aut 'per Adam', quia iam dixerat: Lex subintrauit, ut abundaret delictum, quae abundantia delicti non pertinet ad primi hominis propaginem sed ad conuersationis humanae praeuaricationem, quae illi uni delicto, quo solo obstricti tenentur infantes, iam in maioribus aetatibus ex abundantia iniquitatis adiecta est. sed quoniam hoc totum, etiam quod non pertinet ad illius unius delicti originem, tamen idonea est soluere gratia saluatoris, ideo, cum dixisset: Sic et gratia regnet per iustitiam in uitam aeternam, addidit: Per Iesum Christum dominum nostrum.

18 Nullius itaque argumentationes contra haec apostolica uerba prolatae impediant paruulos ad salutem, quae est in Christo Iesu domino nostro; tanto magis enim pro eis loqui debemus, quanto ipsi pro se loqui non possunt. per unum hominem intrauit peccatum in mundum et per peccatum mors et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. sicut ab illo uno homine sic ab eodem peccato infantes immunes esse non possunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum resoluantur. usque enim ad legem peccatum in mundo fuit. non quia deinceps in nemine fuit, hoc dictum est, sed quia non poterat per litteram legis auferri, quod solo poterat spiritu gratiae. ne quisquam ergo fidens de uiribus non dico uoluntatis sed potius uanitatis suae putaret libero arbitrio legem potuisse sufficere et Christi gratiam

16; 21 Rom. 5, 12—13

2 in mortē (~ *m. ut uid. 2*) *C* 3 aut per primum hominem *om. edd. praeter m* aut ////// primum (*ras. 1—2 l.*) *O* aut primum *C* 6 praeuaricatione *P* delictū *P* 7 tenentes (*m. 2* tenentur) *T* 8 aiecta *P* 11 in uita aeterna *COT edd.* 13 argumentationis *C* (*corr.* argumentationes) *O* 14 paruulus *P* ad salute *C* (d *eras.*) *O* 16 ipse, *m. 1 corr.* ipsi *P* 17 peccatum intrauit *T* 18 pertransiuit *P* 20 immunos *P* ab eius reatu nisi *P* 21 ad lege *P* 22 fuit in mundo *T* 24 solum *L* 25 putare *P* 26 legem potuisse sufficere arbitrio *T*

derideret, ideo ait apostolus: Usque enim ad legem peccatum in mundo fuit; peccatum autem non deputabatur, cum lex non esset. non dixit 'non erat', sed 'non deputabatur', quia lex non erat, qua arguente demonstraretur, siue lex rationis in paruulo siue lex litterae in populo.

19 Sed regnauit, inquit, mors ab Adam usque ad Moysen, quia nec lex per Moysen data potuit regnum mortis auferre, quod sola Christi abstulit gratia. in quos autem regnauerit, uide: Et in eos, inquit, qui non peccauerunt, in similitudinem praeuaricationis Adae. regnauit ergo et in eos, qui non peccauerunt. sed cur regnauerit, ostendit, cum ait: In similitudinem praeuaricationis Adae. iste enim est melior intellectus horum uerborum, ut, cum dixisset: Regnauit mors in eos, qui non peccauerunt, quasi nos moueret, quare in eos regnauerit, qui non peccauerunt, adderet: In similitudinem praeuaricationis Adae, id est quia inerat in eorum membris similitudo praeuaricationis Adae. potest et sic intellegi: Regnauit mors ab Adam usque ad Moysen et in eos, qui non in similitudinem praeuaricationis Adae peccauerunt, quia in semet ipsis, cum iam nati essent, nec ratione adhuc uterentur, qua ille utebatur, quando

1 Rom. 5, 13 6; 9 Rom. 5, 14

2 imputabatur *LT lr sec. Vulg.* (*Gr.* ἐλλογεῖται); *sed u. August. de peccatorum meritis et remissione et de baptismo paruulorum ad Marcellinum I 10, 12:* Quid est 'non deputabatur' nisi 'ignorabatur' et 'peccatum esse non putabatur'? 3 sed] sed dixit *L* 4 imputabatur *L lr* demonstrabatur *CO* 5 siue* (*fuitne* l ?) *L* in paruulos *CO* siue* (*fuitne* l ?) *L* 7 per moysen lex data *L* lex data per Moysen *edd.* 8 abstulit christi *T* 9 uide et] uidete et *P* uidete *L* uide (*om.* et) *T* eis *P* in similitudine *edd. praeter a* 12 in similitudinem *postr. l. exp. C* in similitudine *edd. praeter a* est enim *T edd.* 13 mors regnauit *O* 14 in] et in *P* quasi—peccauerunt *bis, alterum exp. L* moneret *edd.* 15 regnauerit in eos *T* addidit *T* in similitudinē (~ *eras.*) *C* in similitudine *edd. praeter a* 16 quia non inerat *P* 17 eorum in *edd.* 19 in similitudine *COP edd. praeter a* 20 se (*om.* met) *PL* iam *om. CO* 21 quia *C* (i *eras*) *O* utebantur (n *exp.*) *L*

peccauit, nec praeceptum accepissent, quod ille transgressus est, sed solo originali uitio tenerentur obstricti, per quod eos regnum mortis traheret ad condemnationem. quod regnum mortis in eis tantum non est, qui Christi gratia renati ad eius pertinent regnum, quoniam mors temporalis, quamuis et ipsa de originali delicto propagata sit, corpus in eis interimit, animam uero ad poenas non trahit, ubi uoluit regnum mortis intellegi. ut anima renouata per gratiam iam non moriatur in gehenna. id est a uita dei non alienetur, non separetur, temporalis autem mors corporis etiam in his, qui Christi morte redimuntur, relinquatur interim ad exercitationem fidei et agonem praesentis luctaminis, in quo et martyres certauerunt, absumatur uero et ipsa in renouatione corporis, quam resurrectio pollicetur. ibi enim penitus absorbebitur mors in uictoriam. cui modo gratia Christi adimit regnum, ne suorum animas ad poenas tartari pertrahat. nonnulli sane codices non habent 'in eos, qui non peccauerunt', sed 'in eos, qui peccauerunt in similitudinem praeuaricationis Adae', quibus quidem uerbis nullo modo iste sensus aufertur. secundum hoc quippe intelleguntur peccasse in similitudinem praeuaricationis Adae, secundum quod supra dictum est: In quo omnes peccauerunt. sed tamen Graeci codices, unde in Latinum scriptura translata est, illud plures habent, quod diximus.

14 I Cor. 15, 54 21 Rom. 5, 12

2 uicio originali *T* 4 qui] qui p *P* 5 regnum pertinent *edd.* de ipsa, *m. ut uid. 2* de ipso *T* 6 peccato *T* sit] s (= sunt) *L* interemit, *m. 2* interimit *C* 7 ad poenam *T f l r m* noluit *L* 8 reuocata *P* renata *edd.* in gehennam *edd. praeter a* 10 in iis *f l r m* 11 relinquitur *T* 12 luctationis *edd.* adsumatur *C* (*m. 2* absumatur) *O* absumetur *T* 13 uero] ergo (*m. 1 del.*) uero *P* renouationē *P* 14 pollicitur *P* absorbetur, *m. ut uid. 1 corr.* absorbebitur *C* in uictoria *L sec. Vulg.* (*Gr.* εἰς νῖκος) 15 cui*i*! (*ras 1—2 l.*) *P* christi gratia *T* adimit] admitteret *C* admittere *O* 16 trahat *T edd.* 17 sed in eos qui peccauerint *CO* 18 in similitudine *P edd. praeter a* 19 sensus iste *T* 20 in similitudine *edd. praeter a* 23 in lati*num (num *in ras. m. 1*) *C* in latina *O*

Quod uero adiunxit de Adam: Qui est forma futuri, neque hoc uno modo intellegitur. aut enim forma Christi a contrario est, ut, quem ad modum in illo omnes moriuntur, sic et in Christo omnes uiuificentur et, quo modo per ipsius inoboedientiam peccatores constituti sunt multi, sic per Christi oboedientiam iusti constituantur multi, aut formam futuri eum dixit, quod ipse inflixerit formam mortis posteris suis. ille tamen est melior intellectus, ut a contrario forma esse credatur, quam multum commendat apostolus. denique, ne omnino ex aequo in hac forma eadem contraria pensarentur, adiungit et dicit: Sed non sicut delictum ita et donatio; si enim ob unius delictum multi mortui sunt, multo magis gratia dei et donum in gratia unius hominis Iesu Christi in multos abundauit, ut intellegatur non 'in magis multos', cum iniqui magis multi sint, qui damnabuntur, sed 'magis abundauit', quia in his, qui per Christum redimuntur, temporaliter ualet forma mortis ex Adam, in aeternum autem ualebit uitae forma per Christum. quamuis ergo, inquit, Adam futuri forma sit a contrario, plus tamen praestat Christus regeneratis, quam eis nocuerat ille generatis. et non sicut per unum peccantem ita est et donum; nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. non solum in hoc, inquit, non aequalis est forma, quia ille temporaliter nocuit eis, quos in aeternum Christus redemit, uerum etiam quia illius uno delicto posteri,

1; 11; 21 Rom. 5, 14—16 3 Rom. 5, 18—19

2 intelligitur modo *T edd.* 3 quem iã modum *P* 4 uiuificabuntur *O* 5 inoboedientia *P* 6 sic et per *T* 7 infixerit *P* 10 ex] in ex *C* (in *exp.*) *O* 11 sed *om. L* 12 ita—delictum *om. P* 14 in gratia] et gratia *L* abundabit *CLT edd.* 15 multis *T* 16 sint] s *L* sunt *T* abundabit *LT edd.* 17 quia] quid *a* quod *cett. edd.* iis *f l r m* ualet *om. P* 18 formã mortis *P* 19 forma futuri *T* a *om. P* 21 peccatum *T l r m* 22 est *om. T m sec. sacr. litt.* 24 inquit in hoc *T* 25 his *L*

nisi a Christo redimantur, traduntur in condemnationem, Christi autem redemptio etiam multa delicta dissoluit. quae illi uni abundantia praeuaricatricis iniquitatis adiecit, unde iam superius disputauimus.

21 Contra haec apostoli uerba sanumque intellectum nemini adquiescas, si uis Christo et in Christo uiuere. nam si, quem ad modum illi dicunt, propterea ista commemorasset apostolus, ut intellegeremus ad primum hominem peccatores ideo pertinere, quia non delictum ex illo nascendo traximus, sed eum imitando peccamus, diabolum potius poneret, qui et prior peccauit et de quo nullam substantiae propaginem traxit genus humanum, sed eum sola imitatio subsecuta est, unde diceretur pater impiorum, sicut noster dicitur pater Abraham propter imitationem fidei, non propter originem carnis. nam ideo de ipso diabolo dictum est: Imitantur autem illum, qui sunt ex parte ipsius. deinde si propter imitationem hoc loco apostolus commemoraret primum hominem, quia primus peccator in hominibus fuit, ut ideo ad illum omnes homines peccatores diceret pertinere, cur non sanctum Abel posuit, quoniam primus in hominibus iustus fuit, ad quem iusti omnes propter imitationem iustitiae pertinerent? sed posuit Adam, contra quem non posuit nisi Christum, quia sicut ille homo delicto suo uitiauit posteritatem suam, sic iste deus homo iustitia sua saluauit hereditatem suam, ille traiciendo carnis inmunditiam, quod non poterat impius diabolus, ille donando spiritus gratiam, quod non poterat Abel iustus.

22 Multa de his quaestionibus in aliis nostris opusculis et

12 Ioh. 8, 44 13 Ioh. 8, 39 15 Sap. 2, 25

1 trahuntur *L* 2 uni] una *CO* ubi *L* 3 abundantiam *L* 7 commemoraret *L* 9 *post* nascendo *parua ras. O* sed eum] si deum *CO* 10 imitandū (d *ex* t) *P* peccauimus *T* qui] quia *LT a e* primus *T l r m* 12 imitatione secutum est *m* ðr *T* dicitur *edd.* 15 eum *L* 16 eius *T* 18 in omīb; *P* 19 diceret (i *ex ras.*) *C* deiceret *O* dicere *P* quoniam] qui *L edd.* 20 in hominibus primus *T* 23 iste] ille *edd. praeter a* 24 saluabit *C* (*m. 2* saluauit) *O* 26 grā *P*

ecclesiasticis sermonibus diximus, quoniam fuerunt etiam apud nos quidam, qui, ubicumque poterant, haec sui erroris noua semina spargerent, quorum nonnullos per ministerium nostrum fratrumque nostrorum misericordia domini ab illa peste sanauit. nec tamen hic deesse aliquos arbitror maxime apud Carthaginem, sed iam occulte mussitant timentes ecclesiae fundatissimam fidem. nam unus eorum nomine Caelestius in eiusdem ciuitatis ecclesia iam ad presbyterii honorem subrepere coeperat, sed fidelissima libertate fratrum propter has ipsas contra Christi gratiam disputationes usque ad iudicium episcopale perductus est. tamen coactus est confiteri propter baptizandos paruulos, quod et ipsis redemptio sit necessaria. ubi quamquam noluerit de originali peccato expressius aliquid dicere, tamen ipsius redemptionis nomine non parum sibi praescripsit. unde enim redimendi sunt nisi a diaboli potestate, in qua esse non possent nisi originalis obligatione peccati? aut quo pretio redimuntur nisi Christi sanguine, de quo apertissime scriptum est, quod in remissionem effusus sit peccatorum? sed quia magis conuictus et ab ecclesia detestatus quam correctus et pacatus abscessit, ueritus sum, ne forte ipse ibi sit, qui uestram fidem perturbare conatur; ideo nominis ipsius commemorationem putaui esse faciendam. sed siue ipse sit siue alii consortes eius erroris — plures enim sunt, quam sperare possumus, et, ubi non redarguuntur, etiam alios ad suam

7 cf. Oros. libr. apolog. c. 3—4 (CSEL V p. 606—609) 18 Matth. 26, 28

1 apud nos etiam *T* 2 ubicumque] quibuscumque *L* 3 nonnullos] nullus *P* 6 iam in occulte *P* 8 iam *om. L* ceperat *LT* 10 disputationis *P* episcopalē *P* 11 quoactus *P* confiteri *om. P* paruulos baptizandos *signis corr. T* baptizando paruulos *P* 12 sit redemptio *T* ubi *om. P* 13 aliquid expressius *edd.* 14 ipso *T f l r m* 15 essent *T m* nisi *om. P* diabolo, *m. 1 corr.* diaboli *P* 16 possunt, *m. 1 supra* possent *L* originali *P* obligationi *C* (*m. 1 corr.* obligatione) *O* 17 sanguine christi *T* 18 in remissione *P* effusum *CO* (*m. 2* effusus) fusus *T* 19 coniunctus *P* correptus *T* 20 peccatus *P* ibi sit ipse *f l r m* 21 commemoratione *P* 22 sed sibi ipse *P* 24 possemus *P* possimus *L* ad suam sectam] ad sua ista *COPL*

sectam seducunt et sic crebrescunt, ut nesciam, quo sint erupturi —, nos tamen malumus eos in ecclesiae compage sanari, quam ex illius corpore uelut insanabilia membra resecari, si tamen hóc permittat ipsa necessitas. timendum est enim, ne plura putrescant, dum putribus parcitur. potens autem est misericordia domini nostri, quae potius eos ab hac peste liberet. quod sine dubio faciet, si fideliter aduertant teneantque, quod scriptum est: Qui inuocauerit nomen domini, saluus erit.

IV 23 Audi iam pauca de diuitibus, quod in epistula tua sequitur inquirendum. hoc enim posuisti illos dicere, diuitem manentem in diuitiis suis regnum dei non posse ingredi, nisi omnia sua uendiderit, nec ei prodesse posse, si forte ex ipsis diuitiis mandata fecerit. euaserunt istorum disputationes patres nostri Abraham et Isaac et Iacob, qui tanto ante ex hac uita emigrarunt. habebant quippe hi omnes non paruas diuitias, sicut fidelissima scriptura testatur; multos tamen uenturos ab oriente et ab occidente et non supra ipsos uel extra ipsos sed cum ipsis recubituros in regno caelorum ille ipse, qui propter nos pauper factus est, cum uere diues esset, ueracissima promissione praedixit. et quamuis superbus diues, qui induebatur purpura et bysso et epulabatur cotidie splendide, mortuus apud inferos torqueretur, tamen, si pauperis ulcerosi, qui ante ianuam eius contemptus iacebat, miseratus

8 Ioel 2, 32 11—14 = p. 448, 15—18 17 Matth. 8, 11 19 II Cor. 8, 9 21 Luc. 16, 19—24

1 seducunt] secuntur *L* crepescunt *P* quo sunt erupturi *T* quos interrupturi *OL* quos interrupturi sint *C* 2 malumus, *m. 2* maluimus *C* maluimus (i *exp.*) *T* 3 resecare, *m. 1 corr.* resecari *O* 4 si] sic *P* permittit *T edd.* 5 pascitur *P* est autem *PLT edd.* 6 dei *PLT* ab hec, *m. 2* ab hac *C* ab haec *O* 7 liberaret *CO* 12 possit *P* 13 posse *om. LT edd.* 15 emigrauerunt *P* migrauerunt *LT* migrarunt *edd.* 16 hi omnes] homines *P* illi homines *L* paucas *f l r m* 18 ab *om. PLT edd. sec. sacr. litt.* 19 regna *P* 20 factus est pauper *edd.* 23 *post* mortuus *ras. 1—2 l. C* mortuus est *O* mortuos *P* pauperes *P* 24 ianua *P* miseratus—illi *om. COL* misertus *T e f l r*

fuisset, mereretur et ipse misericordiam. et si pauperi illi meritum esset inopia, non iustitia, non utique ab angelis in Abrahae gremium, qui dives hic fuerat, tolleretur. sed ut nobis ostenderetur nec in isto per se ipsam paupertatem diuinitus honoratam nec in illo diuitias fuisse damnatas, sed in isto pietatem, in illo impietatem suos exitus habuisse, sic suscepit impium diuitem cruciatus ignis, ut tamen pium pauperem susciperet sinus diuitis. qui sane cum hic dives uiueret, diuitias sic habebat et eas pro dei praeceptis tam parui pendebat, ut etiam ipsius immolatione nollet offendere deum iubentem, quem suarum diuitiarum et sperabat et optabat heredem.

24 Hic utique dicunt ideo patres antiquos non uendidisse omnia, quae habebant, et dedisse pauperibus, quia hoc eis non praeceperat dominus. nondum enim reuelato testamento nouo, quod non fieri nisi plenitudine temporis oportebat, nec eorum uirtus fuerat reuelanda, qua uirtute hoc eos facillime posse deus in eorum cordibus nouerat, qui testimonium illis tam insigne perhibebat, ut, cum sit omnium sanctorum atque iustorum deus, tamquam de praecipuis amicis suis dicere dignaretur: Ego sum deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob; hoc mihi nomen est in aeternum. posteaquam uero magnum pietatis sacramentum manifestatum est in carne et uocandis omnibus gentibus Christi aduentus

8 Gen. 22, 1—10 16 Gal. 4, 4; Eph. 1, 10 21 Ex. 3, 15 23 I Tim. 3, 16

4 paupertatem per se ipsam *T edd.* ipsum *CO* 6 suus *O* sic *ras. ex* sis *T* 7 suscipiet *P* 8 pauperem] diuitem *P* sinus susciperet *T* susceperit sinus *P* 9 et *ras. et corr. ex* ut *T* prae *edd. praeter a* 10 perdebat *C* (*m. 1 corr.* pendebat) *O* etiam ipsius] etiam ipsius fili *P* ipsius etiam filii *T* etiam ipsius filii *edd.* 13 dicunt utique *L* uendidisset, *corr.* uendidisse *L* 14 habebat *P* 19 tāq (= tamquam) *P* atque iustorum *om. T edd.* 20 praecipuis (*inter* u *et* i *parua ras.*) *L* 21 et *post* Abraham *om. COT edd. sec. Vulg.* (*cod. Amiatinus habet* et) et *post* Isaac *om. edd.* 22 postea uero quam *LT edd.* 24 gentibus omnibus *signis corr. T*

inluxit, in quem etiam illi patres crediderant, sed huius fidei oliuam suo tempore manifestandam in illius arboris, de qua apostolus loquitur, tamquam radice seruabant, dictum est diuiti: Vende omnia, quae habes, et da pauperibus et habebis thesaurum in caelis et ueni, sequere me.

Haec si dicunt, uidentur aliquid rationabiliter dicere. sed totum audiant, totum aduertant, non in parte aures aperiant, in parte surdescant. cui enim dominus hoc praecepit? profecto illi diuiti, qui uitae aeternae consequendae consilium quaerebat accipere; hoc enim domino dixerat: Quid faciam, ut uitam aeternam consequar? ille autem non ei respondit: Si uis uenire ad uitam, uade, uende omnia, quae habes, sed: Si uis uenire, inquit, ad uitam, serua mandata. quae iuuenis cum sibi a domino ex lege commemorata mandata seruasse dixisset et quaesisset, quid adhuc sibi deesset, responsum accepit: Si uis esse perfectus, uade, uende omnia, quae habes, et da pauperibus. et ne se illa, quae multum amabat, hoc modo perdere existimaret: Et habebis, inquit, thesaurum in caelis. deinde addidit: Et ueni, sequere me, ne cuiquam, cum hoc fecerit, aliquid prodesse existimetur, si non sequitur Christum. at ille quidem tristis abscessit. qui uiderit, quem ad modum illa legis mandata seruauerat: puto enim, quod se adrogantius quam uerius seruasse responderat. uerum tamen magister bonus mandata legis ab ista excellentiore perfectione distinxit; ibi enim dixit: Si uis

1 Rom. 11, 17 4 Matth. 19, 21; Marc. 10, 21; Luc. 18, 22 10 Matth. 19, 16—22; Marc. 10, 17—22; Luc. 18, 18—23

2 manifestanda *P* arbores *P* 3 seruabat *L* 4 uende] uade uende *T m sec. sacr. litt.* 5 thesauro *P* 7 aduertar *P* 8 cui] cū *P* hoc dominus *P* haec *f l r m* 9 consequendae *om. P* 13 inquit uenire *OP* uenire (*om.* inquit) *T edd.* 14 mandata *om. T edd.* seruasse] se seruasse *T f l r m* 15 quaesiisset *m* 16 perfectus esse *LT edd. sec. sacr. litt.; cf. p. 475, 2* 18 perdere] se (*iterum*) perdere *T* 19 in caelo *T* 20 haec *edd.* 21 ••quidem *C* •quidem *O* 22 qui•• (*fuit* ui) uiderit *T* quia uideret *P* seruauerit *LT* 23 puto—responderat *om. L*

uenire ad uitam, serua mandata, hic autem: Si uis esse perfectus, uade, uende omnia, quae habes, et cetera. cur ergo negamus diuites, quamuis ab illa perfectione absint, uenire tamen ad uitam, si mandata seruauerint et dederint, ut detur illis, dimiserint, ut dimittatur illis?

26 Credimus enim ministrum noui testamenti fuisse apostolum Paulum, cum scribens ad Timotheum diceret: Praecipe diuitibus huius mundi non superbe sapere neque sperare in incerto diuitiarum sed in deo uiuo, qui praestat nobis omnia abundanter ad fruendum. bene faciant, diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut adprehendant ueram uitam, de qua et illi adulescenti dictum est: Si uis uenire ad uitam. puto, quod ista praecipiens diuites instruebat, non fallebat apostolus, qui non ait: Praecipe diuitibus huius mundi, uendant omnia, quae habent. dent pauperibus et sequantur dominum, sed: Non superbe sapere neque sperare in incerto diuitiarum. ista superbia diuitem illum, qui iacentem ante ianuam suam contemnebat pauperem iustum, et ista spes in incerto diuitiarum, qua se propter purpuram et byssum et epulas splendidas beatum putabat, non ipsae diuitiae perduxerunt ad inferna tormenta.

27 An forte, quia dominus adiunxit et dixit: Amen dico uobis; difficile diues intrabit in regnum caelorum; et iterum dico uobis: Facilius camelus intrabit per

5 Luc. 6, 38; 37 7 I Tim. 6, 17—19 18 Luc. 16, 19—24 23 Matth. 19, 23—24; Marc. 10, 24—25; Luc. 18, 24—25

2 perfectus esse *T edd.; cf. p. 474, 16* 4 absent *P* 5 illis et dimiserint *edd. praeter a* 7 paulum qui scribens ait ad timotheum precipe** diuitibus *L* diceret *ras. ex* doceret *O* praecipit *P* 8 in *om. P* 9 dño (n *exp.*) *O* 10 omnia *om. P* 13 aeternam *l r m* 16 praecepit *P* uendant] ut uendant *edd.* 17 sapere superbe *T* 18 superba *O* 19 diuitū *P* 21 purpura *P* et *ante* byssum *om. edd.* 22 inferni *LT edd.* 24 intrauit *C* (*m. 2* intrabit) *O* 25 camelus intrauit *C* (*corr.* intrabit) *O* camelus intrat *P* est camelum intrare *L sec. sacr. litt.* intrabit camelus *T edd.*

foramen acus quam diues in regnum caelorum, ideo putant isti diuitem, etiamsi faciat ista, quae diuitibus praecipienda scripsit apostolus, in regnum caelorum intrare non posse? quid ergo est? utrum apostolus contra dominum loquitur, an isti nesciunt, quid loquitur? quid horum credat, eligat Christianus. puto melius nos credere istos nescire, quid loqui, quam Paulum contra dominum loqui. deinde cur non in consequentibus etiam ipsum dominum audiunt dicentem discipulis pro miseria diuitum contristatis: Quod hominibus inpossibile est, deo facile est?

28 Sed ideo, inquiunt, hoc dictum est, quia futurum erat, ut audito euangelio diuites uendito patrimonio erogatoque pauperibus dominum sequerentur et intrarent in regnum caelorum atque ita fieret, quod difficile uidebatur, non ut manentes in diuitiis suis praecepta apostoli custodiendo, id est non superbe sapiendo neque sperando in incerto diuitiarum sed in deo uiuo bene faciendo, facile tribuendo et communicando indigentibus ueram adprehenderent uitam, sed etiam ista praecepta apostolica uenditis omnibus suis rebus implerent.

29 Haec si dicunt — scio quippe illos ea dicere —, non adtendunt primitus, quem ad modum dominus contra eorum dogma suam gratiam praedicauerit. non enim ait: Quod hominibus inpossibile uidetur, facile est hominibus, si uoluerint. sed: Quod hominibus, inquit, inpossibile est, deo facile

9 Matth. 19, 25—26; Marc. 10, 26—27; Luc. 18, 26—27

1 diuites *L* 2 faciant *O* 3 non posse intrare *sign's corr. T* 5 nesciant, *m. 1* u *super* a *add. L* quid loquantur *PL* quid loquuntur *T edd.* 6 nos melius *T* iustos *P* quid loquantur *edd. praeter a; cf. Rönsch Itala und Vulgata 1875 p. 430* 7 deinde—discipulis *om. P* 8 deum audiant *L* 10 deo* *C* deo autem *P* 11 futuri *P* 12 euangelium *P* 14 uidebantur (n *exp.*) *L* ut *om. P* in (*exp.*) in *T* 15 apostolica *T* 16 sapiendū *P* sperando (o *ex* u *m. 1*) *P* d[illegible] (*fuisse uid.* n) *O* 17 et *om. L* 18 adprehendant *T edd.* ista* *CO* apostolica praecepta *T* 19 rebus suis *T* 20 illos ea] eos illa *T edd.* 22 impossibile hominibus *T* 23 inpossibile uideretur *CO* inpos-ibile est inpossibile uidetur *P* 24 inquit *om. T*

est ostendens, quando ista recte fiunt, non fieri hominis potentia sed dei gratia. hoc ergo adtendant isti et, si reprehendunt eos, qui gloriantur in diuitiis suis, caueant ipsi in sua uirtute confidere; simul enim utrique reprehenduntur in psalmo. qui confidunt in uirtute sua et qui in abundantia diuitiarum suarum gloriantur. audiant itaque diuites: Quod hominibus inpossibile est, deo facile est et, siue manentes in diuitiis suis atque ex eis bona opera facientes siue illis uenditis et per indigentias pauperum distributis intrent in regnum caelorum, gratiae dei tribuant non propriis uiribus bonum suum. quod enim hominibus inpossibile est, non hominibus sed deo facile est. audiant hoc et isti et, si iam sua omnia uel uendiderunt et pauperibus tribuerunt uel adhuc id agunt atque disponunt et hoc modo praeparant intrare in regnum caelorum, non hoc tribuant uirtuti suae sed eidem gratiae diuinae. quod enim hominibus inpossibile est, non ipsis, quia et ipsi homines sunt, sed deo facile est. hoc quippe illis et apostolus dicit: Cum timore et tremore uestram ipsorum salutem operamini; deus enim est, qui operatur in uobis et uelle et operari pro bona uoluntate. certe ideo se dicunt de suis rebus uendendis perfectionis a domino suscepisse consilium, ut sequantur dominum, quoniam illic additum est: Et ueni, sequere me. cur ergo in his bonis, quae faciunt, de sua tantum uoluntate praesumunt nec audiunt dominum, quem

5 Ps. 48, 7 18 Phil. 2, 12—13 23 Matth. 19, 21

1 ista] ita *L* 2 potentiă *P* gratiam *P* hic *CO* 4 confitere *P* repraehendantur *P* 5 sua *om. P* in abundantia] inhabitantia *P* 8 atque—facientes *om. edd. praeter m* 9 indigentiam (m *in ras. m. 1*) *O* 10 propriis uiribus suis (suis *exp.*) *L* 11 hominibus enim *O* 12 ✱hoc *O* 13 omnia sua *edd.* suă *P* uel *om. L* uiderunt *C* (*m. 2* uendiderunt) *O* 15 uirtutis *O* 18 ///illis et (*ras. 1—2 l.*) *C* et illis ¦¦ et *O* 19 ipsorum *om. L sec. Vulg.* 20 est enim *T* operamini, *m. 1 corr.* operari *L* 21 pro] p *P* 22 uenditis *L* suscipesse, *m. 1 corr.* suscepisse *P* consilio *P* 23 sequatur *L* aditum, *m. 1 corr.* additum *P* addi✱tum (*fuitne* c *?*) *L* 24 iis *f l r m*

sequi se dicunt, increpantem atque testantem: Sine me nihil potestis facere?

30 Si autem apostolus ita dixit 'praecipe diuitibus huius mundi non superbe sapere neque sperare in incerto diuitiarum', ut uendant omnia, quae possident, et ea pretia distribuendo indigentibus faciant, quod sequitur: Facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, et aliter eos in regnum caelorum intrare posse non credit, fallit ergo eos, quorum domos tam diligenter doctrinae sanitate componit admonens et praecipiens, quales se praebere debeant uxores uiris, uiri uxoribus, filii parentibus, parentes filiis, serui dominis, domini seruis; nam quo modo haec agi possunt sine domo et sine aliqua re familiari?

31 An hoc eos mouet, quod ait dominus: Quicumque dimiserit omnia sua propter me, accipiet in hoc saeculo centuplum et in futuro uitam aeternam possidebit? aliud est 'dimiserit' aliud 'uendiderit'; nam in his, quae dimittenda mandauit, etiam uxor commemorata est, quam nullis humanis legibus licet uendere, Christi autem legibus nec dimittere excepta causa fornicationis. quid sibi ergo uolunt ista praecepta — non enim possunt inter se esse contraria —, nisi quia incurrit aliquando necessitatis articulus. ubi aut uxor dimittatur aut Christus, ut alia omittam, si ipsi uxori maritus displicuerit Christianus eique proposuerit

1 Ioh. 15, 5 3; 6 I Tim. 6, 17—19 9 Eph. 5, 22—6, 9; Col. 3, 18—4, 1; I Petr. 3, 1—7; 2, 18; I Cor. 7, 3; Tit. 2, 9 14 Matth. 19, 29; Marc. 10, 29—30; Luc. 18, 29—30 20 Matth. 5, 32

1 testante *P* 3 praecip*e* *C* 4 capere *O* 6 in indigentibus *P* 8 intra, *m. 2* intrare *C* 9 fallet *C* (*m. 2* fallit) *OP* dom' (= domus) *P* 10 conponet *P* admones, *m. 2* admonens *L* quale. *m. 1 corr.* quales *P* 13 modo *O* dño *PL* et] aut *P* 14 dominus ait *O* 17 est *om. P* uendiderit] est uendiderit *T edd* nam et in his *PT a e* nam et in iis *cett. edd.* 18 commemoratà quam *P* 19 humani *P* 21 inter se possunt *T* 22 incurrat *a e* occurrit *T cett. edd.* necessitas articulos *P* 23 aut cotraria christus (cotraria *exp.*) *L*

aut a se diuortium aut a Christo? hic ille quid eligat nisi Christum et dimittat uxorem laudabiliter propter Christum? ambobus quippe Christianis dominus praecepit, ne quisquam dimittat uxorem excepta causa fornicationis. ubi autem quaelibet in eis persona infidelis est, consilium apostoli adtenditur, ut, si infidelis consentit habitare cum uiro fideli, uir non dimittat uxorem, similiter et uxor fidelis uirum, si cum illa habitare consenserit. quod si infidelis, inquit, discedit, discedat; non est enim seruituti subiectus frater aut soror in huius modi, id est si infidelis noluerit esse cum coniuge fideli, hic agnoscat fidelis suam libertatem, ne ita se subiectum deputet seruituti, ut ipsam dimittat fidem, ne coniugem amittat infidelem.

32 Hoc et de filiis atque parentibus, hoc et de fratribus ac sororibus intellegitur propter Christum esse omnes dimittendos, cum proponitur ista condicio, ut Christum dimittat, si illos secum habere desiderat. hoc ergo et de domo atque agris, hoc et de his rebus, quae iure pecuniario possidentur, hoc loco accipiendum est. simul enim etiam de his non ait: Quicumque uendiderit propter me, quae utique licitum est uendere, sed: Quicumque dimiserit. fieri enim potest, ut dicatur Christiano ab aliqua potestate: Aut Christianus non eris aut, si in hoc permanere uolueris, domum possessionesque non habebis. tum uero etiam illi diuites, qui in suis diuitiis sic statuerant

5 I Cor. 7, 12—13 8 I Cor. 7, 15

1 diuortiūm (um *exp.*) *P* qui diligat *P* 2 Xp̄o *P* uxore *P* 3 quippe *om. P* praecepit dominus *T* praecipit *P* 4 fornicationis causa *T* 5 in eis quaelibet *P* in] ex *T f l r m* adtendatur *PT edd.* 6 si uxor infidelis *L* 7 uiro *P* cum ea | consenserit habitare *T* 9 enim est *T* est (*om.* enim) *P* seruitutis subiectus *P* subiectus seruituti *T* 11 coniugi *C* (*m. 1 corr.* coniuge) *O* 12 nec *P* 14 de filiis] fidelibus *P* hoc //// | et de fratribus (*ras. 1—2 l.*) *C* hoc de fratribus *edd.* ac] et *edd.* 15 Xp̄o *P* omnes esse *edd.* 16 illū *P* eos | *T* 17 | habere secum *T* atque] aut *O* 18 et] est *COP* (*s. u. add.*) *L* iis *f l r m* 19 similiter *m* 20 quae utique] quaecumque *T edd.* 22 erit *P* 23 possessionisque *P* 24 tunc *LT l r m* cum *cett. edd.* uiro *P* diuites] uidetis *P*

permanere, ut ex earum bonis operibus promererentur deum. haec dimittant potius propter Christum quam propter haec Christum, ut accipiant in hoc saeculo centuplum, cuius numeri perfectione significantur omnia — fidelis quippe hominis totus mundus diuitiarum est fiuntque hoc modo quasi nihil habentes et omnia possidentes —, et in futuro saeculo possideant uitam aeternam, ne propter ista dimisso Christo in mortem praecipitentur aeternam.

33 Hac quippe lege et condicione non illi tantum, qui mentis excellentia perfectionis consilium receperunt, ut uendita sua pauperibus distribuerent et humeris ab omni saeculi huius sarcina liberioribus leuem Christi sarcinam ferrent, sed etiam quisquis infirmior et illi gloriosissimae perfectioni minus idoneus, qui tamen se meminit ueraciter esse Christianum, cum audierit sibi proponi, quod, nisi haec omnia dimiserit, dimissurus est Christum, adprehendet potius turrem fortitudinis a facie inimici, quia, cum eam in sua aedificaret fide, computauit sumptus, quibus perfici posset, id est eo animo accessit ad fidem, ut huic saeculo non solum uerbis renuntiaret, quia, et si emit aliquid, tamquam non possidens erat, et si utebatur mundo, tamquam non utens erat non sperans in incerto diuitiarum sed in deo uiuo.

34 Cum enim omnis, qui renuntiat huic saeculo, sine dubio

4 Prou. 17, 6 sec. Septuag. 5 II Cor. 6, 10 12 Matth. 11, 30 16 Ps. 60, 4 17 Luc. 14, 28 20 I Cor. 7, 30—31 21 I Tim. 6, 17

1 promerentur *P* 2 dimittant (d *ex* p *m. 1*) *P* 4 perfectioni *P* fidelis quippe homines *P* fideli quippe homini *LT edd. praeter w* 5 mundum *C* (*m. 2* mundus) *O* 7 possident, *m. 1 corr.* possideant *L* 8 in morte praecipitentur aeternam *P* in morte praecipitentur aeterna *L* 11 tumoris *P* saeculo, *m. 1 corr.* saeculi *O* 12 liueorib;, *corr.* leuiorib; *P* 14 meminerit se *T m* esse *om. T* 15 amiserit *T* 16 adprehendet, *m. 2* adprehendat *C* adpraehendit *P* turrim *edd.* fortitudinis* (*fuitne* s *?*) *O* 17 edificaret in sua *T* 18 fide.. (*ras. 1—2 l.*) *C* fidem *OP* cūputauit *P* 20 si *om. P* 21 mundo] hoc mundo *T f l r m sec. Vulg.*

renuntiet omnibus, quae sunt eius, ut Christi possit esse discipulus — ipse enim, cum de sumptibus ad turris aedificium necessariis et de bello aduersus regem alterum praeparando similitudines praemisisset, adiunxit sic: Qui non renuntiat omnibus, quae sunt eius, non potest meus discipulus esse —, profecto renuntiat etiam diuitiis suis, si quas habet, aut sic, ut eas omnino non diligens totas distribuat indigentibus et superfluis exoneretur sarcinis, aut sic, ut plus diligens Christum spem ab eis transferat in ipsum atque ita utatur illis, ut facile tribuens et communicans thesaurizet in caelo paratusque sit, quem ad modum parentes et filios et fratres et uxorem, hoc modo et istas relinquere, si talis condicio proposita fuerit, ut nisi dimisso Christo eas habere non possit. nam si aliter huic saeculo renuntiat, quando accedit ad fidei sacramentum, facit, quod de lapsis beatus Cyprianus ingemit dicens: 'Saeculo uerbis solis et non factis renuntiantes'. de hoc quippe dicitur, cum ueniente temptatione magis ista metuit amittere quam Christum negare: Ecce homo, qui coepit aedificare et non potuit perficere. ipse est etiam, qui, cum adhuc longe esset aduersarius eius, mittit legatos quaerens pacem, id est nondum affligente sed adhuc imminente ac minante temptatione, ut his non careat, quae plus diligit, ad relinquendum Christum negandumque consentit. et

2 Luc. 14, 28—33 10 I Tim. 6, 18—19 16 Cypr. ep. XI, 1 p. 496, 4—5 ed. Hartel. 18 Luc. 14, 30 19 Luc. 14, 32

1 eius *om., m. 2 add. L* possit Christi *edd.* posset *C* (*m. 2* possit) *P* possidet *O* 4 similitudinis *P* prom•sisset (*fuit* i) *C* sic qui] si quis *PL* 5 esse discipulus *T edd. sec. sacr. litt.* 6 enuntiat *O* quis *CO* 7 aut] sed aut *PL* ut *om. P* tota *P* 8 et] et, *m. 2* ut *C* exhoneretur *P* sic ut] sic̄ *P* 10 tribuat *L* 12 istas (*post.* s *exp.*) *T* ista *PL* 13 praeposita *P* eas (s *exp.*) *T* eos *CO* 14 nam et si (et *del.*) *T* 16 renuntiantes et non factis *T edd.* 18 qm̄ *C* qūo *O* Xp̄m (m *in ras. m. ut uid. 1*) *O* regnare *P* 19 cepit *LT* perficere] consummare *T sec. Vulg.* 20 esset] ē *L* mittet *P* misit *T edd.* 21 adfligentes *CO* 22 ac] et *T* temptatione• *C* temptationem *O* iis *f l r m* qui *CO* 23 consentitur *L*

multi sunt tales, qui etiam putant sibi ad augendas opes suas et multiplicanda delectamenta terrena religionem suffragari debere Christianam.

35 Sed non sunt tales diuites Christiani, qui, licet ista teneant, non tamen ab eis ita tenentur, ut haec Christo anteponant, quia ueraci corde saeculo renuntiarunt, ut nullam spem in talibus ponant. hi uxores et filios uniuersasque familias ad Christianam religionem tenendam sana erudiunt disciplina; horum domus hospitalitate feruentes recipiunt iustum in nomine iusti, ut mercedem iusti accipiant; frangunt esurienti panem suum, nudum uestiunt, captiuum redimunt, thesaurizant sibi fundamentum bonum in futurum, ut adprehendant ueram uitam; et si forte pro fide Christi pecuniaria damna perpetienda sunt, oderunt diuitias suas; si suorum orbitates uel separationes pro Christo minatur hic mundus, oderunt parentes, fratres, filios, uxores; postremo si de ipsa huius corporis uita cum aduersario paciscendum est, ne desertus deserat Christus, oderunt insuper et animam suam. de his quippe omnibus mandatum acceperunt, quod aliter discipuli Christi esse non possint.

36 Nec tamen, quia praeceptum est eis, ut oderint pro Christo et animas suas, uendendas eas habent aut inlatis sibi manibus effundendas, sed parati sunt eas amittere pro Christi nomine moriendo, ne mortui uiuant Christum negando. sic et diuitias,

9 Matth. 10, 41 10 Es. 58, 7; Matth. 25, 35—36 11 I Tim. 6, 19 16 Luc. 14, 26

2 terrena delectamenta *T* deberi suffragari *P* 4 sed—Christiani *om. P* diuitias *O* 5 ab *om. C* (*m. 1 add.*) *OL* 6 renuntiauerunt *L* nulla *P* 7 hii *CPL* 8 erudiant, *m. 1 corr.* erudiunt *C* 14 perpedienda *P* 15 orbitantes *C* (n *eras.*) *O* separationis *P* 16 ipsa *om. L* 17 huius *om. P* aduersari, *m. 1* (*??*) *corr.* aduersario *O* 18 et *om. T edd.* animas suas *L* iis *f l r m* 19 mandatum acceperunt quod *om. L* acciperunt *C* (*corr.* acceperunt) *O* 20 possent *P* possunt *LT* 21 derint *C* (ri *eras.*) *O* 22 sibi] suis, *sed* uis *in ras. m. ut uid. 1 O* 23 sunt, *ras.* sint *C* sint *P* pro christi nomine amittere moriendo *T* 24 negandū *P* et] enim *a* etiam *cett. edd.*

ad quas uendendas parati non fuerunt monente Christo, ad perdendas debent parati esse pro Christo, ne cum eis pereant perdito Christo. habemus hinc utriusque sexus diuites clarissimasque personas martyrii gloria sublimatas. ita multi, quos rerum suarum uenditione piguerat ante perfici, Christi imitata passione sunt repente perfecti et, qui nonnulla infirmitate carnis et sanguinis suis diuitiis pepercerunt, subito aduersus peccatum pro fide usque ad sanguinem certauerunt. quibus autem non prouenit corona martyrii neque illius perfectionis de uendendis rebus suis consilium tam praeclarum et tam grande receperunt et tamen a damnabilibus immunes criminibus esurientem Christum pauerunt, sitienti potum dederunt, nudum uestierunt, peregrinantem susceperunt, non sedebunt quidem cum Christo sublimiter iudicaturi, sed ad ipsius dexteram stabunt misericorditer iudicandi; beati enim misericordes, quoniam ipsorum miserebitur, et iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam; superexultat autem misericordia iudicio.

37 Proinde isti desinant contra scripturas loqui et in suis exhortationibus ad maiora sic excitent, ut minora non damnent. non enim et sanctam uirginitatem aliter exhortando persuadere possunt, nisi coniugalia uincula damnauerint, cum docente

12 Matth. 25, 34—40 15 Matth. 5, 7 16 Iac. 2, 13

1 *pr.* ad] et *CO* ad perdendas eas debent *T f l r m* (*a e om.* ad perdendas—pro Christo) 3 hic *P* 4 sublimitas *C* (*m. 2* sublimatas) *OPL* (*m. 1 corr.* sublimatas) 6 nonulla infirmitatem (*sic!*) *P* nonnullam infirmitatem *T edd.* 7 suis *om. CO* diuitiis, *m. 2* diuitias *C* perceperunt *CO* perfecerunt *T edd.* 8 certarunt *edd.* 9 nec *P* profectionis *O* 10 tam grande tamque praeclarum *T f l r m* 11 inmunis *C* (*corr.* inmunes) *OP* 13 susciperunt *C* (*corr.* susceperunt) *O* 16 miserebitur deus et *T edd.* 17 illi] sed illi *codd.* fiet illi *edd.*; *secutus sum sacr. litt.* misericordia *P* superexaltat *codd. a sec. Vulg.*; *cf. p. 227, 21; ep. CLXVII 19 extr. (bis); 20 med.* 18 misericordiam *CO* iudiciũ *P* 20 excident *P* 21 nom enim *P* nõ enim *L* num enim *T l r m* 22 possunt] non possunt *PLT l r m* uincla *C* (*m. 2* uincula) *OP*

apostolo unusquisque donum proprium habeat a deo alius sic alius autem sic. ambulent itaque perfectionis uiam uenditis suis omnibus rebus et misericorditer erogatis; sed si uere pauperes Christi sunt et non sibi sed Christo colligunt, infirmiora eius membra quare puniant, antequam sedes iudiciarias acceperunt? si enim tales erunt, qualibus dominus dicit: Sedebitis super XII sedes iudicantes XII tribus Israhel et de qualibus apostolus ait: Nescitis, quoniam angelos iudicabimus? praeparent se potius non criminosos sed religiosos diuites recipere in tabernacula aeterna, a quibus amici facti sunt de mammona iniquitatis. puto enim, quod quidam eorum, qui haec inpudenter atque inprudenter garriunt, a diuitibus Christianis et piis in suis necessitatibus sustentantur. habet enim ecclesia quodam modo suos milites et quodam modo prouinciales, unde dicit apostolus: Quis militat suis stipendiis umquam? habet uineam et plantatores, habet gregem et pastores, unde consequenter dicit: Quis plantat uineam et de fructu eius non edet? quis pascit gregem et de lacte gregis non percipit? quamuis talia disputare, qualia isti disputant, non sit militare sed rebellare. non sit plantare uineam sed eradicare, non sit pascendos congregare sed perdendos a grege separare.

1 I Cor. 7, 7 7 Matth. 19, 28; Luc. 22, 30 8 I Cor. 6, 3 10 Luc. 16, 9 16; 18 I Cor. 9, 7

2 ambulenti *C* (i *eras.*) *O* (*ex* ambulanti) ita, *m. 1 corr.* itaq: *T* 3 omnibus suis *edd.* erogantes *P* 5 puniunt *L edd. praeter a* ponunt *P* 6 iudicarias *OL* acceperint *PT edd.* accipiant *L* 7 duodecim sedes *L edd.* sedes duodecim *T* duodecim tribus *T edd.* 8 ait apostolus *T* dicit *O edd.* 9 iudicauimus *C* (*m. 2* iudicabimus) *O* non] in *P* 10 sed religiosos *om. CO* 11 a *om. L* facti sunt amici *T* 12 quid, *m. 1* (*??*) *corr.* quod *O* inputent̃ (= inputentur) *P* 13 prudenter *CO* 14 subsestantur *P* quodammodũ *P* 15 prouinciales] suos prouinciales *L* 16 dispendiis *L* habet] habet et *edd.* 18 fluctu *L* edet, *m. 2* edit *C* edit *PT edd. sec. sacr. litt.* 19 pascet *C* (*m. 2* pascit) *O* gregis] eius *T f l r m* 20 putant *P* *post* militare *ras. 1—2 l. C* imitare *P* 21 reuelare *P* uineam *om. P*

38 Sicut autem ipsi, qui diuitum religiosis obsequiis aluntur atque uestiuntur — neque enim ad suas necessitates nihil accipiunt nisi ab eis, qui res suas uendunt —, non tamen iudicantur atque damnantur ab excellentioribus Christi membris, qui maiore uirtute, quam multum commendat apostolus, suis se manibus transigunt, sic nec isti damnare debent inferioris meriti Christianos, quorum opibus transiguntur, sed recte uiuendo et recte docendo magis eis dicere: Si nos uobis spiritalia seminauimus, magnum est, si uestra carnalia metamus? multo quippe minore inpudentia serui dei, qui manuum suarum honestis operibus uenditis uiuunt, damnant istos, a quibus nihil accipiunt, quam isti, qui propter aliquam corporis infirmitatem non ualentes manibus operari damnant eos ipsos, de quorum facultatibus uiuunt.

39 Ego, qui haec scribo, perfectionem, de qua dominus locutus est, quando ait diuiti adulescenti: Vade, uende omnia, quae habes, et da pauperibus et habebis thesaurum in caelo et ueni, sequere me, uehementer adamaui et non meis uiribus sed gratia ipsius adiuuante sic feci. neque enim, quia diues non fui, ideo minus mihi inputabitur; nam neque ipsi apostoli, qui priores hoc fecerunt, diuites fuerunt. sed totum mundum dimittit, qui et illud, quod habet et quod optabat habere, dimittit. quantum autem in hac perfectionis uia profecerim, magis quidem noui ego quam quisquam alius homo, sed magis deus quam ego. et ad hoc propositum,

5 I Thess. 4, 11; Act. 20, 34 8 I Cor. 9, 11 16 Matth. 19, 21; Marc. 10, 21; Luc. 18, 22

1 diuitum (di *s. u. m. 1*) *P* obsequii saluantur *P* 2 enim *in fine u. om. T* 3 ab eis nisi *signis corr. T* 4 atque damnantur *om. T* 5 maiore, *m. 2* maiori *C* maiori *T edd.* quamultum *P* commeda.t (n *post* e *m. 2 add.; in ras. fuit* n) *C* commendant *O* 6 manebus, *m. 1 corr.* manibus *P* transfigunt *P* infirmioris *T* 7 operibus *edd. praeter m* transfiguntur *P* 8 eis *in fine u. om. T* 10 minore, *m. 2* minori *C* minorẽ *P* minori *T edd.* inpotentia *P* 11 uendetis *P* 13 operari manibus *T* 15 perfectione *P* 16 diuiti *om. T* 17 et da] da (et *om.*) *P* 23 obtat *P* optat *edd.* 24 uiã *P* proficerim *O* proficerem *P* 25 a hoc, *m. 2* ad hoc *C*

quantis possum uiribus, alios exhortor et in nomine domini habeo consortes, quibus hoc per meum ministerium persuasum est sic tamen, ut praecipue sana doctrina teneatur nec eos. qui ista non faciunt, uana contumacia iudicemus dicentes eis nihil prodesse, quod pudice quamuis coniugaliter uiuunt, quod domos suas et familias Christiane regunt, quod operibus misericordiae sibi thesaurizant in posterum, ne ista disputando non scripturarum sanctarum tractatores sed earum accusatores inueniamur. quod ideo commemoraui, quoniam isti, quando talia dicere prohibentur ab eis, qui hoc domini consilium non ceperunt, respondent eos ideo talia disputari nolle, quoniam uitiis suis fauent et dominica praecepta implere detractant, quasi non, ut de his taceam, qui licet infirmiores religiose tamen utuntur diuitiis, etiam ipsi cupidi et auari male his utentes et in terreno thesauro cor luteum configentes, quia et ipsos necesse est usque ad finem portet ecclesia sicut illa retia usque ad litus pisces malos, tolerabiliores in ea sunt quam isti, qui talia sermocinando et disseminando ita se uideri magnos uolunt, quia diuitias suas uel quantulacumque patrimonia ex praecepto domini uendiderunt, ut eius heredi- tatem, quae usque ad fines terrae dilatatur atque diffunditur. hac doctrina non sana perturbare atque euertere moliantur.

16 Matth. 13, 47—48

1 possum] ualeo *P* aliis *P* 2 consortes habeo *T* 3 nec] ne *P* 5 uiuant *T* 6 domus *P* 7 thesaurizent *T* 10 dicere talia *T* non coeperunt *C* (*m. 2* non recoeperunt) *O* conceperunt *P* 11 responderunt *T* ideo *om. T edd.* disputari. *corr.* disputare *C* 12 fabent *P* detractant, *corr.* detrectant *C* detractent, *m. 1 corr.* detractant *P* detrectent (en *in ras., sed m. 1*) *T* detrectant *f l r m* 13 iis *f l r m* tacitam *P* inferiores *O* 14 cupiti *P* 15 loteum *P* figentes *T f l r m* 16 portet *om. C* (*eo loco ras. est C fere l., in qua m. 2 scripsit* saeculi toleret) *O* sicut et illa *P* 17 sint *T edd.; cf. ep. XXI p. 53. 20; XXXVI p. 53, 24; CXXVI p. 18, 3 al.* 18 seminando, *m. 2* disseminando *L* 19 uidere (*corr.* uideri) magn' (= magnus) *P* quantulacumque (*post.* a *in ras.*) patrimonioa (*post.* o *exp.*) *L* 20 ex praecepta, *corr.* ex praecepto *CO* 21 finem *T* 22 ac, *m. 1* (*?*) *corr.* hac *T*

Unde quia ex hac quidem occasione sed tamen iam breuiter dixi, quid etiam de ecclesia Christi in hoc saeculo sentiam, id est quia usque ad huius saeculi finem necesse est portet bonos et malos, quoniam et hoc inter tuas quaestiones interrogasti, prolixam epistulam iam tandem aliquando concludam.

Iurationem autem caue, quantum potes. melius quippe nec uerum iuratur, quam iurandi consuetudine et in periurium saepe caditur et semper periurio propinquatur. sed illi, quantum aliquos eorum audiui, quid sit iurare, prorsus ignorant; putant enim se non iurare, quando in ore habent: Scit deus et: Testis est deus et: Testem deum inuoco super animam meam, quia non dicitur: 'Per deum' et quia talia reperiuntur in apostolo Paulo. sed etiam illa ibi contra eos inuenta est, quam confitentur esse iurationem, ubi ait apostolus: Cotidie morior, per uestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro. in Graecis enim codicibus reperitur omnino hanc esse iurationem, ne quisquam in Latina lingua hoc sic intellegat dictum 'per uestram gloriam', quo modo dictum est 'per meum aduentum iterum ad uos' et multa similia, ubi dicitur 'per aliquid' et non est iuratio. sed non ideo, quia in suis litteris iurauit apostolus, uir in ueritate firmissimus, ludus nobis debet esse iuratio. multo enim tutius, ut dixi, quantum ad nos adtinet, numquam iuramus, ut sit in ore nostro: Est, est; non, non, sicut dominus monet,

10 II Cor. 11, 31; 12, 2 11 Rom. 1, 9; Phil. 1, 8 II Cor. 1, 23 14 I Cor. 15, 31 19 Phil. 1, 26 24 Matth. 5, 37; Iac. 5, 12

1 occasionē *P* iam *om. CO* 3 finem huius saeculi *edd.* portet] portet et *L* 5 prolixam] ut prolixam *T* concludam. hic prohibet iuramenti omnino. iurationem *L* 6 autem *om. T edd.* ne uirum *P* 7 qm̄ (m *in ras. m. 1*) *C* consuetudine iurandi *T* consuetudinē *L* periurium *C* 8 cadetur *P* 9 aliquas *P* 11 est (*fuit* e) *C* inuoco deum in animam *T* 12 quia talia] qui ait alia *P* 14 quam non confitentur *T f l r* 16 Iesu *om. T* 17 omni, *m. 2* omnino *L* esse hanc *edd.* quis *edd.* in latinā linguā *P* 21 uir *om. T* 22 totius *C* (*m. 2* tutius) *OP* 23 ut *om. L* quantum] qua tum *L*

non quia peccatum est uerum iurare, sed quia grauissimum peccatum est falsum iurare, quo citius cadit, qui consueuit iurare.

41 Accepisti, quid mihi uidetur; melius exponant ista meliores, non isti, quorum iam noui sententiam reprobandam, sed alii, qui ueraciter possunt. nam et ego paratior sum discere quam docere et tu magnum conferes beneficium, si ea, quae illic a sanctis fratribus aduersus istorum uaniloquia disseruntur, non me facias ignorare. in domino recte et feliciter uiuas, dilectissime fili.

CLVIII.

DOMINO VENERABILITERQUE DILECTISSIMO FRATRI ET CONSACERDOTI AUGUSTINO ET FRATRIBUS QUI TECUM SUNT EVODIUS ET FRATRES QUI MECUM SUNT IN DOMINO SALUTEM.

1 Debitum flagito epistulae, quam misi, et uolui primo illud discere, quod interrogaui, et postea hoc requirere. sed narrem, quia dignaris, quae res me fecit inpatientem, ut et id festinarem nosse, si fieri potest in hac uita. quendam puerum habui presbyteri Armeni Memlonitani filium notarium. hunc

1 iurare uerum *T* 2 quo citius] quotius *P* cadet *C* (*m. 2* cadit) *O* 4 quod *edd.* uidebatur *P* uideatur *L* meliores ista exponant melius *T* 5 noui iam *T edd.* noui] nob *P* 6 dicere, *m. 1 corr.* discere *O* dicere *m* 7 conferres *T* a‸ (d *eras.*) *P* 8 sanctis *om., in marg. m. 2 add.* a sanctis (*itaque* a *bis*) *L* 9 fideliter *OT edd.* 10 fili aṁ *P* explicit epistula sancti augustini episcopi ad hilarum data *C idemque habet O, praeterquam quod* ad hylarium *scriptum est.*

P = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
V = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
U = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

Louanienses hanc epistulam in Vaticanis exemplaribus repertam primi ediderunt.

12 carissimo *U* 14 euuodius *P* 15 nolui, *corr.* uolui *U* 16 sed narrem] audi rem *m* 17 res *om. VU edd.* 19 melonitani *VU edd.*

iam in saeculo mergentem — nam scholastico proconsulis excipiebat — per meam eruit deus humilitatem. fuit quidem, ut puerilis aetas habet, promptus, aliquantulum inquietus, sed accedente aetate — nam uigensimo et secundo anno soluitur — ita eum grauitas morum et custos bona uita ornauit, ut satis delectet eius habere memoriam. erat autem strenuus in notis et in scribendo bene laboriosus, studiosus quoque esse coeperat lectionis, ut ipse meam tarditatem causa legendi nocturnis horis exhortaretur; nam aliquanto tempore nocte mihi ipse legebat, cum omnia siluissent, nec uolebat praeterire lectionem, nisi intellexisset, et tertio et quarto repetebat et nec dimittebat, nisi sibi apparuisset, quod quaerebat. coeperam eum non quasi puerum et notarium habere sed amicum quendam satis necessarium et suauem. delectabant me enim et fabulae ipsius.

2 Optabat quoque, quod ei praestitum est, dissolui et esse cum Christo. nam aegrotauit sedecim diebus apud parentes suos et memor sui de scripturis paene tota aegritudine loquebatur. sed ut ad finem uitae proximus esse coepit, psallebat audientibus omnibus: Desiderat et properat anima mea ad atria dei et post hoc iterum psallebat: Inpinguasti in oleo caput meum et poculum tuum inebrians quam praeclarum est! ibi fuit occupatus, hac se oblectabat consolatione. deinde cum solui coepisset, signare se coepit in fronte, ita ut sic descenderet manus ad os, quod sibi cupiebat signare, cum iam interior homo et bene renouatus de die in diem domum luteam dimisisset. mihi

16 Phil. 1, 23 20 Ps. 83, 3 22 Ps. 22, 5 26 II Cor. 4, 16 27 Iob 4, 19

1 in *om. VU edd.* se mergentem *edd.; cf.* multiplicans *p. 437, 22; ep. XCIII p. 490, 6* scholastico proconsules *VU et praeposito asterisco l r* scholasticus proconsules *s* 2 per mea meruit *P* per meam meruit *VU l s r* 3 sed] et *VU edd.* 5 custus *P* 6 strenus *P* 9 oris exortaretur *P* 10 noctis *VU edd.* ipsi mihi *U* 14 delectabat *P* 15 enim me *m* et *om. VU edd.* 18 memoriae ui de *m* 21 haec *VU edd.* 26 cum *om. P* 27 dimisset, *m. 1 corr.* dimisisset *P*

tantum gaudium adcreuit, ut arbitrer, quod dimisso proprio corpore in meum animum ingressus sit et ibi mihi quandam luciditatem praesentiae suae praestet. quia liberatione et securitate illius nimis gaudeo, dici non potest. non enim leuem ei exhibui sollicitudinem timens aetati adulescentis. nam curaui ex eo quaerere, ne forte feminae contagione fuisset pollutus; liberum se esse testatus est, magis ut nostrum gaudium cumularetur. solutus est ergo. exequias praebuimus satis honorabiles et dignas tantae animae; nam per triduum hymnis dominum conlaudauimus super sepulcrum ipsius et redemptionis sacramenta tertio die obtulimus.

3 Sed ecce post biduum quaedam uidua honesta Urbica de Figentibus, quae duodecim se annos uiduari dicebat, ancilla dei, somnium uidit tale. uidet quendam diaconum ante quadriennium corpore exectum cum seruis et ancillis dei uirginibus et uiduis palatium praeparare. ornabatur autem ita, ut claritas loci fulsisset, ut locus omnis argenteus putaretur. cum illa studiosius interrogasset, cuinam haec praepararentur, respondit ille diaconus puero, qui hesterno adsumptus est, filio presbyteri praeparari. et in eodem palatio quendam senem candidatum apparuisse, qui iuberet duobus candidatis, ut pergerent et corpus ablatum de sepulcro ad caelum leuassent. cumque, inquit, de sepulcro corpus fuisset adsumptum atque in caelum leuatum, rami rosarum uirginum — sic enim clausae appellari solent — de eodem sepulcro surrexisse.

4 Narraui, quid fuerit gestum. modo quaestionem audire dignare et doce, quod quaero. cogit enim me istius animae

1 arbitror *VU l s* 3 liberatione et securitati *VU*^{r} liberationi et securitati *P* 10 ipsius *ex* eius *m. 1 P* 13 fugientibus *P* uiduam *VU edd.* 15 exutum *r m; p. 495, 12* corpore erat exemptus, *sed cf. Plin. epist. II 12, 3* exectum et exemptum honoribus senatoriis 16 ita *om. m* 17 loci apparuisset fulsisset (apparuisset *exp.*) *U* ut] et *VU*^{r} *edd.* 18 hęc praepararetur *P* hoc praepararetur *VU edd.; scripsi* haec praepararentur 19 esterno *P* externo *V l r* consumptus *VU*^{r} *edd.* 22 leuarent *s m* 23 fuisse *P* 24 ramos *VU edd.*

migratio talia percontari. cum in corpore sumus. est nobis sensus interior sollers pro agilitate studii nostri et tanto uigilantior et feruentior, quanto fuerimus studiosiores, et adhuc impedimento corporis retardari nos uidetur esse probabile. quis autem omnia, quae animus ex corpore patitur, poterit enarrare? inter has turbas et molestias ex suggestionibus, ex temptationibus, ex necessitatibus diuersisque calamitatibus uenientes fortitudinem suam non deserit animus, resistit, uincit. aliquando uincitur. tamen, quoniam meminit sui, agilior et sollicitior efficitur excitatus tantis laboribus et rumpit quosque nodos malitiae et transit ad meliora. quid dicam, dignatur intellegere sanctitas tua. ergo cum in hac uita sumus et talibus egestatibus impedimur et tamen, sicut scriptum est, superuincimus per eum, qui dilexit nos, exeuntes de corpore et onus omne et agile peccatum euadentes qui sumus?

Et primum quaero, utrum aliquod corpus sit, quod rem incorpoream, hoc est ipsius animae substantiam non deserat. cum dimiserit hoc terrenum corpus, ne forte de quattuor unum sit aut aerium aut aetherium. cum enim incorporea sit anima, si omni corpore caret, iam una est omnium. et ubi erit ille diues purpuratus et Lazarus uulneratus? quo modo etiam meritis discernentur, ut ille poenam, ille gaudium habeat, si una ex omnibus incorporeis apparuerit anima, si tamen figurate illa significata non sunt? certum est autem, quia, si locis tenentur, corporibus tenentur. ut ille diues in flamma et ille in sinu Abrahae. si loca sunt, corpora sunt et in corporibus animae sunt incorporeae; aut si poenae uel

14 Rom. 8, 37 21 Luc. 16, 19—22

1 talia *om. U* percunctari *VU edd.* 5 corpore (cor *s. u. m. 1*) *P* 8 desierit *P* 12 sumus talibus *VU edd.* 18 corpoream *codd. l s r* 20 aut aereum aut aethereum *VU l s r* 22 eleazarus *P* ulceratus *in marg. r* 24 si una] summa *VU* (*in marg.* si una) *l s r* 26 quia si] quae *VU edd.* 27 ille] pauper ille *m* 28 incorporeae aut] in corpore autem *VU edd.*

praemia in conscientiis sunt, quaeuis est ista una anima effecta ex multis animis, affligatur et laetetur in una, ut apparet. substantia ex multis animis collecta; aut si hoc dicitur, quem ad modum una res animus incorporeus et in eo memoria est et uoluntas et intellectus et hae omnes causae incorporeae sunt et habent officiorum congruam portionem nec tamen altera alteram impedit, utcumque puto esse responderi, ut et aliquas poenae et aliquas praemia comitentur in una ex multis animis collecta substantia; aut si non ita est, quid impedit, si unusquisque animus, cum corpus hoc solidum caret, aliud habeat corpus, ut ipse animus semper aliquod corpus animet, aut quo transitum facit, si ulla regio est, ad quam eum necessitas ire compellit, quando quidem et ipsi angeli nec multi dici possunt, si non corporibus numerentur, ut ait ipsa ueritas in euangelio: Possem rogare patrem meum, ut duodecim mihi legiones angelorum misisset, deinde cum constet Samuhelem in corpore fuisse uisum, quando excitatus est ad petitum Saul, et Moyses, cuius corpus sepultum est, secundum euangelium manifestum sit in corpore eum uenisse ad dominum in montem, cum constitissent? quamquam et in apocryphis et in secretis ipsius Moysi, quae scriptura caret auctoritate, tunc, cum ascenderet in montem, ut moreretur, ui corporis efficitur, ut aliud esset, quod terrae mandaretur, aliud, quod angelo comitanti sociaretur. sed non satis urguet me apocryphorum proferre sententiam illis superioribus rebus definitis. uidendum ergo et siue auctoritate siue ratione indagandum, quod quaeritur. sed dicitur, quod resurrectio futura ostendat eam omni corpore caruisse. nec

15 Matth. 26, 53 17 I Reg. 28, 14 18 Matth. 17, 3

1 in conscientis *P* in conscientia *U* sunt. Quaeuis *edd.* 2 appareat *VU edd.* 6 proportionem *U* 7 impedit. Utcumque *edd.* posse *m* 10 corpore hoc solido *VU edd.; cf. p. 496, 22* 16 mihi legiones| milia legionū *P* 18 est *om. P (in fine u.) U l s r* petitionem *VU edd.* Moysen *r m* 20 in monte *VU edd.* 24 alit, *m. 1 corr.* aliut *P* 25 praeferre *VU edd.* 26 re=bus *P* et siue auctoritate et siue ratione *V* et siue ratione et (et *s. u.*) siue auctoritate *U*

satis impedit, quando quidem illi angeli, qui inuisibiles etiam corporibus sunt, apparere uoluerunt et uideri et, quaecumque illa positio corporum sit, eorum spiritibus digna. tamen humana apparuerunt ad Abraham et ad Tobiam. ita fieri potest, ut resurrectio quidem carnis istius, quae bene creditur, futura sit, tamen sic anima illa reddatur, ut corpore aliquo numquam caruisse reperiatur. cum enim ex quattuor elementis corpus ipsum constet, unum uidetur amittere, calidum scilicet, cum e corpore isto emigrare uideatur. nam remanet, quod terrenum est, et liquor non deest; nec frigidae materiae elementum abest; solum illud eximitur calidum, quod forte secum ipse animus trahit, si de loco ad locum migrat. hoc interim de corpore dixerim.

7 Videtur quoque mihi, quod, si in corpore positus, ut iam dixi, uegetat, strenua utitur mentis intentione, quanto magis expeditus. agilis, uegetus, strenuus, feruens, intentus erit, et capacior efficitur ac melior, ut in corpore positus gustauerit uirtutem. quo deposito magis quasi abstersa nube totus serenus effectus et in tranquillitate sine temptatione positus uideat, quod desiderauit, amplexetur, quod amauit, recordetur quoque et amicorum et quos iam praemiserat agnoscat et quos post se dimisit. forte sic est; ego nescio, discere quaero. satis autem me perturbat, si soporem quendam accipit animus ipse, ut talis sit, qualis cum dormit in corpore constitutus quasi sepultus et in spe tantum uiuens, ceterum nihil agens, nihil sciens, maxime si somnio nullo pulsetur. quae res uehementer terret et quasi extinctum indicat animum.

4 Gen. 18, 2; Tob. 12, 15

1 uisibiles *U* etiam sunt cum corporibus apparere *VU edd.* 4 humana *om. VU edd.* 7 caruisse] carnisse *P* 9 migrare *VU edd.* 11 illum *P* illi *VU edd.; scripsi* illud 12 loco] loca *P* 15 uegitat *P* uegeto *VU edd.* 16 uegidus *P* feruens strenuus *VU edd.* 18 quasi] quoque *VU edd.* 19 et] est *VU l s m* 20 desiderauerit *VU edd.* 23 si] is *P* 24 ut tulisset *P* ne talis sit *VU edd.* 25 agens] habens *VU edd.*

8 Illud etiam quaero, si corpus habere fuerit indagatus, utrum et aliquo sensu non careat. certe, si non odorandi necessitas ei, ut puto, ingeri potest neque gustandi sed nec tangendi. dubito remanere uidendi et audiendi. nam quid est, quod audire dicuntur daemones non in hominibus, quos uexant — nam et in his quaestio est — sed etiam cum apparent in corporibus suis? de uisu autem, quo modo transeunt de loco in locum, si corpus habent, si sensu uisibili duce carent? putas, non ita sunt animae humanae, cum de corporibus egrediuntur, ut et corpus aliquod habeant et sensu aliquo non careant? quid est et illud, quod plerique mortui uisi sunt in domibus ita ingredi, ut soliti sunt, aut per diem aut per noctem a uigilantibus, ab ambulantibus — non hoc semel audiui —, et illud, quod dicitur plerumque in quadam particula noctis in locis, in quibus humata corpora sunt, et maxime in basilicis fieri tumultus, orationes? non enim ab uno hoc audisse me memini; nam testis est uisionis istius uir quidam sanctus presbyter, qui multitudinem talium de baptisterio exeuntium in corporibus lucidis et postea in medio ipsius ecclesiae orationes aduerterit. haec ergo omnia aut illi nostrae inquisitioni fauent aut, si fabulae sunt, mirum tamen uellem aliquid ex hac re nosse, quia ueniunt et uisitant et uidentur exceptis somniis.

9 Ex quibus alia nascitur quaestio. non enim modo phantasiam ego curo, quam sibi cor ineruditum fingit, uisitationes loquor. quo modo apparuit Ioseph per somnium, quo modo plerique uisitati sunt, sic ergo et nostri, quos praemisimus, aliquando ueniunt, ipsi apparent per somnium et loquuntur. nam memini me ego uidisse et Profuturum et Priuatum et Seruilium. quos

26 Matth. 1, 20

2 necessitas ei] necessitatis enim *P* 5 omnibus *VU edd.* 7 transsint *P* 9 egreditur, *m. 1 corr.* egrediuntur *P* 14 laudaui *P* plerumque *om. U* 16 tumultus et orationes *VU edd.* 20 auerterit *VU l r* nostri *PV* 21 fabent *P* uellem tamen *U* 22 et uidentur et uisitant *U* uideantur *P* 25 qua *P* 29 uidisse] ipse *VU edd.*

memini sanctos uiros de monasterio praecessisse, locutos mihi et ita fuisse factum, ut dixerunt. aut si aliquis spiritus melior est, qui eorum figuram adsumit et mentem uisitat, uiderit ille, cui omnia nuda a summa ceruice sunt. si quid ergo de his omnibus tuae sanctitati dominus per rationem loqui dignabitur, rogo, ut facere me digneris participem huius scientiae. praeterire autem et hoc nolui; forte enim pertinet ad inquisitionem meam.

Puer ipse, de quo agitur, tempore, quo soluebatur, exhibitus quodam modo pergit. nam uidetur per somnium condiscipulus et conlector ipsius, cum quo mihi excipiebat, qui iam ante octo menses corpore erat exemptus, uenisse. cum interrogaretur ab eo, qui eum tunc cernebat, cur aduenisset, ait ille: 'Ad amicum meum hinc ducendum ueni'. et ita factum est. nam et in domo ipsa seni cuidam paene uigilanti apparuit homo laurum portans in manu *et* scriptum. at ubi ille uisus est, adiungitur adhuc, quod post exitum pueri pater ipsius presbyter cum sene Theasio in monasterio esse coeperat consolandi se gratia, sed post tertium diem pueri defuncti uidetur idem puer ad monasterium ingressus et a quodam fratre per quoddam somnium interrogatur, utrum sciret se fuisse mortuum; dixit se scire; utrum fuisset a deo receptus; et hoc secum magna rettulit gratulatione; cumque causa quaereretur, cur aduenisset, ait tunc ille: 'Missus sum, ut exhibeam patrem meum'. euigilat, cui haec ostendebantur, et narrat. peruenit usque ad aurem episcopi Theasi. qui permotus obiurgauit dicentem, ne facile perueniret ad aurem presbyteri et perturbaretur tali nuntio. quid diu? post dies forte quattuor uisitationis, cum loquitur — nam modicam senserat febriculam,

4 Hebr. 4, 13

1 processisse *U* 2 factum fuisse *VU edd.* 4 nuda et | summa *P; fortasse alterum adiectiuum intercidit, uelut* nuda et [aperta a] summa 7 preteriri *P* 14 hunc *VU edd.* 15 senes quidam *P* 16 et *addidi* 18 coeperant *VU edd.* 20 et *om. P* 21 per quodam *P* 23 quereretur *P* 25 peruenitur *P* 26 theasii *V edd.*

periculum nullum erat, medicus aberat. qui penitus sollicitudinem nullam esse testaretur — at ubi se in lectum inclinauit, solutus est idem presbyter. nec taceo, et in hoc ipso die, quo puer soluebatur, petit patrem ad pacem et petit tertio et in singulis osculis dicebat patri: 'Pares dicamus deo gratias' et patrem cogebat, ut pariter secum dixisset, quasi communem exhortans ad migrandum ex hac uita. nam inter utrosque septem dies medii numerantur. quid fiet de tantis rebus? quis erit occultarum istarum causarum fidelissimus magister? aestus cordis mei refudit se tibi in tempore angustiae. dispensatio exitus pueri eiusque patris est manifesta, quia duo passeres non cadent ad terram sine uoluntate patris.

11 Animam ergo omni corpore carere penitus non posse illa res, ut puto, ostendit, quia deus solus omni corpore semper caret. post transitum autem animam quam magis uigilantiorem fore, arbitror, expositio tantae molis corporeae ostendit; tunc enim in actione et cognitione expedita tanto uinculo, ut puto, apparet praestantior et omnis illa quies spiritalis omnibus perturbationibus et erroribus liberam demonstrat, non marcidam et quasi segnem et torpidam et implicatam facit, quippe cui sufficit perfrui etiam ipsa libertate, quam adepta est, cum mundum et corpus caret; nam intellectum eam pasci et ponere os spiritale ad fontem uitae prudenter dixisti, ubi est felix et beata proprietate mentis suae. nam aliquando ego Seruilium fratrem post eius exitum per somnium uidi adhuc ibi positus in monasterio ....., quod nos per rationem laboremus tendere ad intellectum, se autem et tales ipsa contemplationis delectatione manere.

11 Matth. 10, 29 22 Aug. confess. IX 3, 6

1 aderat *P* 5 pares] pater *m* 10 refundit *VU edd.* se tibi] ibi *P* 11 qua *P* 13 anima *P* 16 forte *codd. l s r* 21 ipsam (m *exp.*) libertatequa (q *in ras. m. 1; fuit* m) *P* 22 mundo et corpore *VU edd.; cf. p. 492, 10* ea *VU edd.* 23 onus *VU l s r* prudentes dixistis *P* 25 ibi *om. VU edd.* 26 *post* monasterio *relictum est spatium 13 fere litterarum in P, 18 fere l. in V, 16 fere l. in U; lacuna significata est in l s r, uerbis* qui dixit *expleta in m* 27 in ipsa *U m*

12 Peto quoque, ut, quot modis sapientia dicatur, ostendas mihi, ut sapientia deus, ut sapientia animus sapiens, quo modo dicitur ut lux, ut sapientia Beselehel, qui fabricatus est tabernaculum uel unguentarium, ut sapientia Salomonis uel si qua est alia, et quid inuicem distent; et utrum una illa sapientia aeterna cum patre in his gradibus intellegenda sit, quo modo diuersa munera dicuntur spiritus sancti, qui diuidit unicuique propria prout uult, an excepta illa sola sapientia, quae facta non est, istae factae sunt et propriam habent substantiam, an effecta sunt et ex definitione operis nomen acceperunt. multa requiro; det tibi dominus et gratiam inueniendi et sapientiam dictandi et ad nos celeriter scribendi. inperite et rustice scripsi; sed quia dignaris nosse, quid quaeram, per Christum dominum obsecro, ut in his corrigas me et doceas, quod intellegis me scire cupere.

CLIX.

DOMINO BEATISSIMO AC VENERABILI ET DESIDERABILI FRATRI ET CONSACERDOTI MEO EVODIO ET TECUM FRATRIBUS AUGUSTINUS ET MECUM FRATRES IN DOMINO SALUTEM.

1 Frater iste nomine Barbarus seruus dei est iam diu apud Hipponem constitutus et uerbi dei feruidus ac studiosus

3 Ex. 31, 2—11 7 I Cor. 12, 11

1 quod *P* 5 et si quid *U* 10 effectu *P* 11 nomen *om. VU edd.*

P = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
P^1 = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
P^2 = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
S = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
V = *cod. Vaticanus 3834 s. IX—X.*
H = *cod. Palatinus 209 s. X.*
P^3 = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*

Inscriptio om., m. 1 in marg. breuioribus l. add. P 17 ac] et *edd.* et] ac *m; cett. edd. om.* et desiderabili 18 *pr.* et] ac *edd.* tecum, *m. 2* qui tecum sunt *P*^{1} 19 mecum, *m. 2* qui mecum sunt *P*^{1} 20 est *exp. P*^{1} est *del., supra (m. 1 ?) add.* et *S* 21 di, *m. 2* dI *P* hac *P*^{2}

auditor. desiderauit ad tuam sanctitatem litteras nostras, in quibus tibi eum in domino commendamus tibique per eum salutem debitam dicimus. litteris autem sanctitatis tuae, quibus ingentes texuisti quaestiones, respondere operosissimum est etiam otiosis et multo maiore, quam nos sumus, praeditis facultate disserendi et acrimonia intellegendi. duarum sane epistularum tuarum, quibus multa et magna conquiris, una nescio quo modo aberrauit et diu quaesita non potuit reperiri; altera uero, quae inuenta est, habet commendationem suauissimam serui dei boni et casti adulescentis, quo modo ex hac uita migrauerit et quibus uisionum fraternarum adtestationibus meritum eius uobis insinuari potuerit. deinde ex hac occasione proponis et uersas de anima obscurissimam quaestionem, utrum cum aliquo corpore egreditur e corpore, quo possit ad corporalia loca ferri uel locis corporalibus contineri. huius igitur rei tractatus, si tamen ad liquidum a talibus, quales nos sumus, examinari potest, curam atque operam negotiosissimam postulat ac per hoc mentem ab his occupationibus otiosissimam. si autem breuiter uis audire, quid mihi uideatur, nullo modo arbitror animam e corpore exire cum corpore.

2 Visiones autem illae futurorumque praedictiones quo modo fiant, ille iam explicare conetur, qui nouit, qua ui efficiantur in unoquoque animo tanta, cum cogitat. uidemus enim planeque

1 auditur, *corr.* auditor P^1 litteras] fere (*m. 2* ferre) litteras P ferre (*s. u. m. 1*) litteras P^3 3 litteras P^1 (*m. 2* litteris) P^2 4 in texuisti (*ras. 1—2 l.*) P^1 contexuisti P^2 respondere, *m. 2* et respondere P^1 5 maiores (s *exp.*) P^1 praediti P^2 7 mula, *m. 2* multa P 9 inuenta] reperta P^2 suauissimum, *m. 1 corr.* suauissimam P^1 10 dei] dei et PP^3 12 poterint P^2 14 egrediatur P^2 *edd.; cf. ep. CVIII p. 625, 9* 15 rei] re P^2 17 operā (~ *m. 1 ?*) negotiosissimam P^1 operae negotiosissimae (*fuit* m . . . . m) P^3 opera negotiosissima P 18 his] aliis P^2 occupatiōnibus (*fuit* s) P^1 19 nullu (*sic!*) P^2 20 cum corpore e corpore exire P^2 21 ille P (*m. 2* illę) P^2 praedicationes P^1P^2V 22 efficiantur (n *del.*) S 23 animo. *m. 2* (*?*) *corr.* anima S euidentius *factum uid. ex* euidemus *sed m. 1* V planequae, *corr.* planeque SVP^3

cernimus in eo fieri multarum rerum uisibilium et ad ceteros sensus corporis pertinentium innumerabiles imagines, quae nunc non interest quam ordinate uel turbide fiant; sed tantum, quia fiunt, quod manifestum est, qua ui et quo modo fiant, quisquis potuerit explicare — quae omnia certe cotidiana sunt atque continua —, audeat praesumere aliquid ac definire etiam de illis rarissimis uisis. ego autem tanto minus hoc audeo, quanto minus id quoque in nobis, quod uita continua uigilantes dormientesque experimur, quo pacto fiat, explicare sufficio. nam cum ad te dictarem hanc epistulam, te ipsum animo contuebar te utique absente atque nesciente et, quo modo possis his uerbis moueri, secundum notitiam, quae mihi de te inest, imaginabar; atque id quonam modo in animo meo fieret, capere ac inuestigare non poteram certus tamen non fieri corporeis molibus nec corporeis qualitatibus, cum corpori simillimum fieret. hoc interim habeas ut ab occupato et festinante dictatum. in duodecimo autem libro eorum, quos de genesi scripsi, uersatur haec quaestio uehementer et multis exemplis rerum expertarum atque credibiliter auditarum disputatio illa siluescit. quid in ea potuerimus uel effecerimus,

1 eo, *m. 2* ea *et supra* .s. anima *S* rerum multarum *edd.* 2 corporis sensus *edd.* quae nunc non] quae nunc PP^1 (*m. 1 corr.* quae non) *S* (*m. 2* quae non) HP^3 quae non *V edd.* neque nunc P^2; *scripsi* quae nunc non 3 turbine *P* sed—fiant *om., in inf. marg. m. 2 add.* P^1 4 quod *ex corr. m. 2; fuisse uid.* quan (*sic!*) *S* 6 autdeat *V* 7 uisis *ras. ex* uisus P^1 8 uita continua, *m. 2* ita continue *S* 10 hanc *om.* P^2 12 posses P^2 13 est *V* imaginabar (ar *ex ras. et corr.; fuitne* itur *?*) *V* atque id] ut quid P^1S (*m. 2* atque id) quoniam, *m. 2* quonam P^1S quoniam quo *V* quodam P^2 14 ac] aut P^1 certus] erã certus, *sed* erã *in ras. V* 15 corporis P^2 motibus *P* moribus, *m. 1 (?) corr.* motibus P^3 corpori] corporis P^2 16 fiet PP^1 (*m. ut uid. 1 corr.* fieret) *S* (*m. 2* fieret) *V* (*m. 3* fieret) HP^3 17 festinate *P* 18 genes, *m. 2* genesi *P* multis] ex multis *edd.* 19 exemplis *post* auditarum *habet m. cett. edd. om.* auditarum (audi *ex corr. m. 1*) P^2 disputatio enim illa *V* 20 in ea] nea *V* efficerimus P^2

cum legeris, iudicabis, si tamen dominus donare dignatur, ut eos mihi libros, quantum possum, congruenter emendatos iam liceat edere et multorum fratrum expectationem non iam longa disputatione suspendere.

3 Narrabo autem unum aliquid breuiter, unde cogites. frater noster Gennadius, notissimus fere omnibus nobisque carissimus medicus, qui nunc apud Carthaginem degit et Romae suae artis exercitatione praepolluit, ut hominem religiosum nosti atque erga pauperum curam inpigra misericordia facillimoque animo benignissimum, dubitabat tamen aliquando, ut modo nobis rettulit, cum adhuc esset adulescens et in his elemosynis feruentissimus, utrum esset ulla uita post mortem. huius igitur mentem et opera misericordiae quoniam deus nullo modo desereret, apparuit illi in somnis conspicuus iuuenis et dignus intendi eique dixit: 'Sequere me'. quem dum sequeretur, uenit ad quandam ciuitatem, ubi audire coepit a dextra parte sonos suauissimae cantilenae ultra solitam notamque suauitatem; tunc ille intento, quidnam esset, ait hymnos esse beatorum atque sanctorum; sinistra autem parte quid se uidisse rettulit, non satis memini. euigilauit et somnium aufugit tantumque de illo quantum de somnio cogitauit.

4 Alia uero nocte ecce idem ipse iuuenis eidem rursus apparuit atque, ab illo utrum cognosceretur, interrogauit; respondit

1 donare dignetur P^2 dignatur donare P^1 (*m. 2* dignetur) *S* dignatur (*fuit* bi) donare *V* dignabitur donare *edd.* 3 et *om.* PP^1SVHP^3 exspectatione (*fuit* m) P^3 exspectatione *P* 7 deget P^1 (*m. 1 ? corr.* degit) SHP^3 (*m. 1 corr.* degit) Romae] rem | ę P^2 9 curam *om.* P^2 11 cum] an *ex corr.*, *fuisse uid.* cum *V* adulescens—esset *om. V* 13 deus *om.* PP^3 nullumodo desereret ullo modo apparuit P^2 14 somniis P^3 15 intendit PP^3 eique * *V* eique et P^1 (et *m. 2 del.*) *S* (et *del.*) me *om.*, *m. fortasse 1 add.* P^2 16 quandum, *corr.* quandam P^1 dextera *edd.* 17 sonus *V* 18 quinnam P^2 ait *om.* P^2H et, *m. 1 (?) corr.* ait P^1S et PP^3 ymnios *V* esse] esse dixit P^2H 20 uidisset P^1 retulerit P^2 21 aufugit *ex Maurinorum coniectura;* ut fuit *codd.* (ut *exp. m. 2* fugit P^1; ut *del. SH*) *a e* fugit *cett. edd.* somno PP^2P^3 22 ipse iuuenis eidem *om.* P^2 eidem] idem *V* 23 cognoscetur, *m. 1 corr.* cognosceretur P^2

iste, quod eum bene pleneque cognosceret. tum ille quaesiuit, ubi se nosset. nec memoriae defuit, quid iste identidem responderet, totumque uisum illum hymnosque sanctorum, ad quos audiendos eo duce uenerat, qua recentissimos recordabatur facilitate, narrauit. hic ille percontatus est, utrumnam id, quod narrauerat, in somnis uidisset an uigilans; respondit: 'In somnis'. at ille: 'Bene', inquit, 'recolis; uerum est, in somnis illa uidisti; sed etiam nunc in somnis te uidere scies'. hoc cum audisset iste, ita esse credidit atque id responsione firmauit. tunc, qui hominem docebat, adiecit et ait: 'Ubi est modo corpus tuum?' ille respondit: 'In cubiculo meo'. 'scisne', inquit ille, 'in eodem corpusculo nunc esse inligatos et clausos et otiosos oculos tuos nihilque illis oculis te uidere?' respondit: 'Scio'. tunc ille: 'Qui sunt ergo', inquit, 'isti oculi, quibus me uides?' ad hoc iste non inueniens, quid responderet, obticuit. cui haesitanti ille, quod his interrogationibus docere moliebatur, aperuit et continuo: 'Sicut', inquit, 'illi oculi carnis tuae utique in dormiente atque in lectulo iacente nunc uacant nec aliquid operantur et tamen sunt isti, quibus me intueris et ista uteris uisione, ita, cum defunctus fueris, nihil agentibus oculis carnis tuae uita tibi inerit, qua uiuas, sensusque, quo sentias. caue iam deinceps, ne dubites uitam manere post mortem'. ita sibi homo fidelis ablatam dicit

1 planeque *VH f l r m* tunc *edd.* 2 identidem] idem P^2 3 illud *edd.* 4 qua, *m. 2* quas *P* qua, *m. 1 corr.* quia P^1 rectissimos P^1 recentissimos, *m. 2 (?) corr.* recentissima *S* 5 narnauit *P* percontatus, *m. 2* percunctatus *P* percontatus, *m. 2* percuntatus P^1 6 somniis *V* 7 somniis *V* at] ut P^1 (*m. 1 ? corr.* at) *S* (*m. 2* et) 8 scies, *m. 1 (?) corr.* scias P^1S scias *V edd.* haec *S f l m* hic *cett. edd.* 9 uidisset P^1S (*m. 2* audisset) *V* (*corr.* audisset) iste *om. V* ista *a e r* esse credidit (*fuit* d) *V* esset (t *exp.*) reddidit P^1 esse reddidit *S* utique P^1 (*m. 1 ? corr.* atque) *S* (*m. 2* atque) 10 docebat, *m. 2* ducebat *S* ducebat *VH* (*corr.* docebat) 12 illigatos esse *edd.* inligatus, *m. 1 corr.* inligatos P^1 alligato *V* 14 quae *V* 16 his] in illis P^2 17 illi inquid P^2 18 uacunt, *m. 2* uacant P^1 22 diuites P^1 (*m. 2 del.*) *S* (*m. 2* dubites) 23 mortem] mortem dubites P^1

huius rei dubitationem quo docente nisi prouidentia et misericordia dei?

Ista narratione dixerit aliquis tantae rei nos non soluisse sed auxisse quaestionem. uerum tamen cum his uerbis credere uel non credere liberum cuique sit, se ipsum quisque habet, quo se auocet, profundissimam quaestionem. et uigilat homo et dormit homo cotidie et cogitat homo. dicat, unde fiant ista similia formis, similia qualitatibus, similia motibus corporum nec tamen materie corporali. dicat, si potest; si autem non potest, quid se praecipitat de rarissimis aut inexpertis quasi definitam ferre sententiam, cum continua et cotidiana non soluat? ego autem quamuis, quo modo fiant ista ueluti corporea sine corpore, uerbis prorsus explicare non possim, tamen sicut scio non ea corpore fieri, utinam sic scirem, quo modo discernerentur, quae uidentur aliquando per spiritum et per corpus uideri putantur, quoue modo distinguantur uisa eorum, quos error uel impietas plerumque deludit, quando uisis piorum atque sanctorum similia pleraque narrantur! quorum exempla si commemorare uoluissem, tempus mihi potius quam copia defuisset. memor nostri in domini misericordia uegeteris, domine beatissime et uenerabilis et desiderabilis frater.

1 quo doceri te nisi PP^1S (*m. 2* quo docente nisi) P^3 quoniam doceri se sensit (ri se sensit *ex ras. et corr.; fuisse uid.* ri te nisi) V 4 sed auxisse *om.* P^2 sed uinxisse P^1SV *m* 6 quos ea uocet S (*m. 2* quo a se auocet) P^3 (*corr.* quo se auocet) profundissima qu•estionē (*sic!*) P profundissimam quaestionem, *m. 2* ad profundissimam quaestionem P^1 ad profundissimam quaestionem *f l r m* profundissima quaestio est *a e* 9 materiae PP^1S (*corr.* materie) VP^3 *a r* materia P^2H 12 fiant *om.* P 14 sicut—utinam *om.* P^1SV sic, *m. 2* si S si V 20 memor nostri *om.* PP^1SVHP^3 *edd.*

CLX.

1 Perfecta ratio illa est, quae omnium rerum praestat scientiam et maxime aeternarum rerum, quae intellectu comprehendentur. hanc aeternam esse, aeternam esse debuisse, aeternum illud esse, quod nec coepit nec desinit nec mutatur nec uariatur, ipsa docet atque ostendit ratio, quam necesse est esse aeternam, non solum quod aeterna doceat et demonstret, sed multo magis quod ipsa aeternitas non potest esse sine ratione; quae, arbitror, non esset aeternitas, si ratio ipsa aeterna non fuisset. deinde deum esse uel esse debuisse nec aliter fieri debere, quam ut deus esset, ratio ipsa demonstrat. quae utique, siue essent, qui hoc scirent, siue non essent, tamen, cum aeternus sit deus, dubitandum non est aeternam esse rationem, quae deum esse oportuisse intenderet, ita autem ut illi se demonstraret esse coaeternam.

2 Sunt autem quaedam, quae ratione coguntur ut sint, ut anterior sit ratio et effectus posterior eius rei, quam futuram esse ostendit ratio, ut uerbi gratia, cum mundus factus est,

Idem codices, qui in ep. CLIX.

Item expt̄ sc̄i eubodi ad beatu augustinū de ratione et deo *P* item epistula sancti eubodi ad beatum augustinum de ratione ac deo P^1SVP^3 item episcopi euuodii ad sanctum augustinum de ratione et deo *H* incipit epistula euodi ad sanctum augustinum de deo et ratione P^2

Inscriptio nulla est in codd.; Euodius Augustino episcopo salutem *edd.* 3 rerum *om. P* qui, *m. 1 (?) corr.* quae P^3 conprehendentur, *m. 2* conprehenduntur PP^1 conpraehendentur, *m. 1 corr.* conpraehenduntur *S* comprehenduntur *H edd.* conprehenderentur P^2 4 *alterum* aeternam esse *om. P (in fine u.) H* debuisse] debuit e͞e *P* 5 esse debuisse quod (debuisse *del.*) P^2 nec desinit *om.* PP^1SVHP^3 *edd.* 9 quae] quia *m* 10 nisi ratio ipsa aeterna fuisset P^2 aeternā *V* 12 ipsa *om.* PP^1SVHP^3 *edd.* 14 esse *om.* P^1S (*m. 2 ? add.*) *V* 15 ita autem] et ita autem PP^1P^2S (et *m. 2 del.*) VP^3 *l r* et ita *H m* illis *P* illi. (*fuit* s) *V* ille, *m. 1 (?) corr.* illi P^1 demonstret P^2 16 *co-aeternam (*fuit* o) P^1 17 ratio, *m. 2* ratione *S* 18 sit *om.* P^2 futurum, *m. 2* futuram P^1S

ratio habuit, ut fieret mundus. prior est ergo ratio, quam mundus est. ea ergo, quae sciuit ratio futura esse, subsecuta sunt, ut sit princeps ratio, postea mundi operatio. iam nunc, quoniam ratio ostendit deum esse uel necesse esse, ut deus esset, quid cui praeponemus? rationem deo, ut rationem mundo, an deum rationi, sine qua deum nullatenus posse esse probabile est? si enim deum esse aeternum est ratione esse aeternumque esse, ratio ergo aut deus est aut dei est, ut ipsa docet ratio. quae si ipsa est deus, ratio ostendit deum esse rationem et possunt sibi ista coaeua et coaeterna esse. si autem dei est similitudo haec ratio, ostendit rationem dei esse similiter et hoc erit coaeuum et coaeternum. deum autem esse taliter fieri non posse, nisi esset deus, ipsa ratio ostendit. quae ratio si auferatur, — dictu nefas est — non erit deus, si ratio non ostenderit necesse esse deum. tunc ergo deus est, cum eius est ratio, ut sit deus. deus ergo quia est, sine dubio est ratio, quae docuit, quia est.

3 Quid ergo est, si dici potest, in deo primum, ratio an deus? sed deus non erit, nisi ratio fuerit, quae doceat deum esse debere; ratio quoque non erit, nisi deus erit. nihil ergo ibi primum et postremum. natura ergo haec diuina simul quodam modo habet et rationem et deum. unum autem unum

1 prior est] priorem (em *exp.*) P^1 prior (*om.* est) *edd.* 2 est *om.* *S* esse] se *spatio 2 l. ante relicto* P^2 subsecuta (a *ex corr. m. 1*) P^2 subsecuti, *m. 2* subsecuta P^1S 4 deus] dn̄, *m. 2* ds̄ P^1 5 ut, *m. 1 (?) corr.* aut P^1P^3 aut *P l r m* 6 posse *om.* PP^1SVHP^3 *edd.* 7 ratione] rationem rationem (*bis*) P^2 8 aeternum (*m. 2* aeternam) quae ee ratio ergo *P* aeternum quae ẽ (*fuisse uid.* ee) ratio ergo P^1 aeternum. ratio ergo (*om.* que esse) P^2 aeternum, quae est ratio? Ergo *edd.* 9 docet rato (*m. 2* ratio) *P* 10 sibi *om.* PP^1SVHP^3 *edd.* et *om.*, *m. 2 add.* P^1 11 similitudo] simili modo $PSVHP^3$ 12 coeum, *m. 1 corr.* coeuum P^2 13 similiter P^1SV *edd.* ni *P* esset deus] esse dn̄ (dn̄ *in ras.*) *V* 14 ostendat *V* dictu, *m. 2* quod dictu P^1S quod dictu *edd.* 15 *post* deum *m. 3 add.* esse *V* 16 eius est ratio] est ratio P^1SV *l s r* eius ratio ostendit PHP^3 *m* 17 qui, *m. 1 corr.* quia P^1 quae—ratio *om.* *P* 18 est] erit P^2 19 fuerit ratio *edd.* ratio *om.* PP^1S (*m. 2* ·f· ratio) VHP^3 20 deus *om.*, *m. 1 add.* P^1

generat, aut ratio deum aut deus rationem. subiectum autem aut in subiecto forte dicatur ratio et deus. deus et ratio unus in uno. bene autem deus generat rationem, quia ratio deum esse demonstrat. intellegitur autem deus a ratione ut filius a patre et ratio a deo ut pater a filio. nam et ipsa ratio cum deo deus est. neque enim deus aliquando sine ratione fuit aut ratio sine deo. tunc enim est deus, si est ratio, et tunc filius, si est pater, ut, si ratio auferatur, sicut dictum est, quod dici fas non est, ne ipse quidem deus est; per eius enim rationem est actus et operatio, ut sit deus. rursus eadem dicamus. si ratio non fuit, deus non fuit et, si deus non est, ratio non fuit. ratio ergo et deus sempiterna res; deus et ratio simili modo res sempiterna. conexio autem atque unitio rationis ad deum et dei ad rationem, patris ad filium, filii ad patrem principia sibi quodam modo et causas existendi praestant, quia alterum sine altero esse non potest. deficitur in uerbis et, quodcumque dicitur, ne sileatur. utrum autem germen rationis deum dicamus an dei germen rationem, quia nec fructus sine radice esse potest nec radix sine fructu aliquid est? similitudo sit ducta, ut quiddam intellegentiae de deo signetur; uiuit enim et in grano tritici ratio fecundans, quo sterile non sinitur esse; sed iterum si granum tritici non esset, ex qua re ista produceret, ratio non haberet.

4 Cum igitur ratio, quae deus est, aut ostendat deum rationem aut rationem esse deum unum quodam modo alterum

2 aut in] et in P^2 subiecto, *corr.* subiectum P^3 subiectū P unū* (*fuisse uid.* s)·V 3 generat rationem] generationem P (*m. 2* generat rationem) P^3 4 *pr.* a] ea P * V 7 ratio sine] sine (*m. 2 del.*) ratio sine P^1 est deus *om., s. u.* est *m. 1 add.* P^2 deus est *edd.* 8 filius] filius est *m* ut, *m. 2* et S ut, *m. 1 corr. uid.* at V 10 operato, *m. 2* operatio P sit] si P^2 12 res] res et *edd.* deus et] et deus P 13 res *om.* P^2 14 fili, *m. 1 corr.* filii P^3 filia, *m. 2* filii P^1 17 dicitur, ad hoc dicitur, ne sileatur *m* ne sileatur *om.* P^2 19 sine fructu radix *edd.* 20 similitudo] simili modo P^1SV sit ducta ut, *m. 2* sint dicta ut S sit ductu aut P^2 quidam, *m. 2* quiddam S 21 et *om.* P^2 22 quo, *m. ut uid. 1 corr.* quod P^3 quod P qua *m* granum, *m. 2* grano P 23 * ex V 24 est *om.* S 25 alterum (l *in ras. m. 2*) P

ostendens, non ostenditur pater nisi per filium et filius non ostenditur nisi per patrem, ut tunc quasi in silentio sit pater, quando per filium uenitur ad patrem, et tunc quasi in silentio sit filius, quando per patrem uenitur ad filium, ut unum quodam modo abscondatur, alterum demonstretur, ut demonstrans se unus demonstret et alterum nec possit unus sciri, ut lateat alter, quia: Qui me uidit, inquit, uidit et patrem et: Nemo uenit ad patrem nisi per me et: Nemo uenit ad me, nisi quem pater adtraxerit. arduum uehementerque difficile negotium iniuimus, ut aliquid de deo non intellegentes intellegeremus. tamen quem ad modum omnia, quae sunt, sine quadam specie non intelleguntur et incognoscibilia sunt, sic multo magis nihil sine filio, hoc est sine ratione cognitum est. quid enim? an aliquando sine ratione pater alogus fuit? quis audeat dicere? cognoscendum itaque ratione deum unum ex uno uel unum in uno simul in unum esse, quia unus est deus, cui necesse est et illam inesse dilectionem, quia semper habendam ipsa ratio docet uel deus praecipit dilectionem uel exhibendam esse.

7 Ioh. 14, 9 8 Ioh. 14, 6 Ioh. 6, 44

1 et filius non] nec filius non PP^1S (non *del.*) VP^3 nec filius H *edd.* 2 ut—ad patrem *om.* PP^1SVHP^3 *edd.* 3 et, *m. 2 (?) corr.* ut S ut P^1 4 ut, *m. 2 (?) corr.* et S 5 ut, *m. 2 (?) corr.* aut S demonstrans se *m. 2 ex* demonstrasse P 6 et *om.* P^2 scire, *corr.* sciri H 7 ut, *m. 2 (?) corr.* et S uidit inquit uidit, *corr.* uidet inquit uidet SVP^3 (*m. ut uid. 1*); uidet inquit uidet $PH\ l\ s\ r$ 10 non intellegentes —incognoscibilia sunt *om.* V 13 nihil *om.* PP^1SVHP^3 *edd.* 14 cognitum est] incognitum est H incognitus est deus P^1SV *edd.* 15 alogus] aliquis PP^3 fuit *om.* H quis, *m. 1 corr.* quis hoc P^1 quis hoc *edd.* 16 in uno• (o *ex* u *m. 1; in ras. fuit* m) P^1 in unum (in *m. 2 exp.*) P^1 unum (*om.* in) S *edd.* 17 et *om.* PP^1SVHP^3 *edd.* 18 quia, *corr.* quam P^3 quam PV *edd.* decet, *m. 2* docet P^1S praecepit PSH 19 dilectionem] diligendam dilectionem V uel *om.* P^2 *edd.* exhibenda esse . amen P^2

CLXI.

DOMINO SANCTO VENERABILITERQUE DILECTISSIMO FRATRI ET CONSACERDOTI AUGUSTINO ET FRATRIBUS QUI TECUM SUNT EVODIUS ET FRATRES QUI MECUM SUNT IN DOMINO SALUTEM.

1 Per Iobinum, qui ad possessionem Marcianensem missus fuerat, dudum unam quaestionem de ratione et deo missa epistula mea interrogaui; huius adhuc responsum non merui. sed quia epistulas sanctitatis tuae unam ad inlustrem uirum Volusianum et alteram ad Italicam inlustrem in Christo feminam in manibus legentes habuimus, occurrit, quod in epistula de domini Iesu Christi dei nostri carnali in uirgine conceptione et ex ea natiuitate posuisti: 'Si ratio quaeritur, non erit mirabile; si exemplum poscitur, non erit singulare', et uisum est posse de omni natiuitate et hominis uel cuiuslibet animantis uel seminis tale aliquid dici. si ratio enim eius quaeratur, non indagabitur et utique erit mirabile et, si exemplum poscatur, quia nihil tale sit in exemplis, erit singulare. neque enim qui conuentus uiri et feminae uel cuiuslibet conceptionis aliquando quod in secreto formatur, ratione poterit exponi;

13—14 = p. 107, 10—11

Idem codices, qui in ep. CLIX et CLX.

Inscriptio om. P (in marg. m. 1 breuioribus l. add.) P^1SVP^3 *(in marg. m. 1 add.); edd. praeter m habent:* Euodius Augustino episcopo salutem 2 sancto *om.* P^2 uenerabili atque *P* uenerabiliter (*om.* que) *m* 3 tecum] mecum, *m. 2* tecum *P* 4 salutem in domino *m* 6 iobinum, *m. 1 corr.* iouinum P^3 iouinum *P* iouinianū P^2 missis, *corr.* missus *V* 7 erat PP^1SVHP^3 *edd.* *post* quaestionem *ras. 9—11 l. V* 8 huius *m. 2 del.* P^2 cuius *edd.* 9 epistula P^2 scis, *a. m. supra add.* ta P^2 10 et *eras.* P^2 11 in priore epistola *m* 13 queritur P^2 14 mirabile—erit *om.* P^2 15 et *om.* P^2 18 tale in exemplis praecesserit singulare P^2; *fortasse* tale in exemplis praecesserit, erit singulare 19 qui, *m. 2* quis P^1 quis *edd.* conuentuiri *cum ras. super* t, *m. 1 corr.* a conuentu uiri *V* uel] ∘ *V* cuilibet conceptioni P^2 *post* conceptionis *s. u. (m. 1 ?) add.* opus perficitur *V*

aut uero seminum ex terra nascentium primitus putrescentium, postea fructificantium ulla ratio inuenietur? non enim et hoc mirabile non est uermem unum sine ullo parente, si ad singularitatem aliquid requiratur, intra pomum uirgineo conceptu formatum perfectum inueniri, unde ad exemplum arbitror dictum: Ego uermis et non homo. de conceptionibus ergo siue coniunctorum siue singularium nescio quaenam possit ratio exhiberi. non ergo de conceptione uirginis tantum non redditur, sed de nulla quidem arbitror conceptione posse persolui rationem.

2 Sed exemplum poscitur. ecce et de uento dicuntur equae et de cinere gallinae, de aqua anates et alia nonnulla animalia sine uirili semine fetus proprios edere. certe, si integrae non reddunt, tamen possunt inlibatae concipere. quo modo ergo ponitur: 'Si exemplum poscitur, non erit singulare', quando tot exempla procedunt? nasci etiam in corporibus non solum in femineis uerum etiam in uirorum intrinsecus dico quaedam animalia notum est omnibus. numquid et ibi semen facit conceptionem? ecce exempla, ecce miracula, de quibus ratio nullatenus redditur, aut, si ad hoc redditur, quia in uirgine homine nihil tale umquam contingit, tamen sunt exempla in

6 Ps. 21, 7

1 ex terra] extra *P* primitus putrescentium *om.* P^2 2 et] ex P^2 3 uermen P^1 (*corr.* uermem) *S* 4 singularitatē (~ *m. ut uid. 2*) *P* uirgine P^2 conceptu *cum ras. supra* u *P* conceptum P^1 (m *eras.*) P^2 *S* (*m. 1 ?* m *del.*) P^3 5 firmatum P^2 inuenire, *m. 1 corr.* inueniri P^1 6 dictum, *m. 2* dictum esse *S* ergo (r *exp.*) P^1 conceptioni•bus (*fuit* s) P^1 11 sed] si *m* exemplū (~ *eraso m. 2* exemplo) *P* de un'to (un *in fine u. uix m. 1*) P^2 equ•e, *m. 2* ęqu•e *P* ęque P^1 aquae P^2 12 de aqua] et de aqua *edd.* et de alia *P* nulla, *m. 1* (*?*) *corr.* noñulla *S* 13 siue, *m. 2* sine P^1 proprias. *m. 1 corr.* proprios *S* propius, *m. 2* proprios P^1 si, *m. 2* et si *S* integre $PP^1P^2SP^3$ integra (*sed* a *ex corr.*) *V* 14 reddunt, *ras.* edunt *V* edunt P^2 * possunt *V* non possunt PP^1P^2S (*sub* non *ras.*) HP^3 inlibate PP^2P^3 *l s r* inlibata *SV* (*ex corr.; fuisse uid.* inlibate) 16 etiam] enim *P* 17 in *ante* femineis *et* uirorum *del. S, om. edd.* 18 numquid—conceptionem *om.* P^1SV 21 contigit P^2

aliis rerum naturis, quia nata et sine seminibus concipiuntur, ex quibus penitus ratio reddi nequaquam potest. potest tamen et in generatione aliquid tale inueniri, quod sic edat partus, ut integritas naturae non uioletur. soleo enim audire, quod aranea sine ulla uirili conceptione et partus corruptione illa omnia fila, ex quibus tenta texere solet, secundum naturae suae modum proferat mirabiliter et sibi tantum quasi singulari praestitum esse demonstret. ergo si et hoc quaeratur, non tantum mirabile est et exempla talia rerum dari nullatenus possunt? metuo enim, ne ob hoc ipsa praecesserint in exemplis, ut, qui non credidissent uirginem concipere posse, his exemplis conuincerentur esse quidem mirabile, sed tamen non erit singulare; nam omnia dei opera mirabilia, quia in sapientia facta sunt. si ergo hoc nobis obiciatur, quid respondebimus?
3 Illud etiam me urget uehementissime, quod sic potest dici de corporis ipsius domini clarificati substantia, quia et ipsa poterit uidere dei substantiam — aisti enim in epistula ad Italicam non posse et certum est —, ut, cum rationem reddere coeperimus, quia non potest, hoc nobis obiciatur,

1 nata] multa P^2 2 *alterum* potest *om.* PP^1SVHP^3 *edd.* 3 et] nec PP^1SVHP^3 *edd. praeter m* in] de P^2 aliquid, *m. 1 (?) corr.* est aliquid P^1 est aliquid *S edd.* inuenire P^1 *edd.* sic edat] si cedat *S* 5 ulla *om.. m. 1 in marg. add. H* et partus corruptione *om.* P^2 6 ex quibus tanta exherere solet PHP^3 in quibus tanta texere solet P^2 ex quibus tanta ex quibus herere solet (*m. 2 super* tanta *add.* ł tentis *deleto quod sequitur* ex quibus) P^1 ex quibus tanta (*pro* tanta *m. 2* sustentari et) ex quibus haerere solet *S* //////// (*ras. 5—6 l.*) tanta ex quibus haerere solent *V* ex quibus tentis haerere solet *edd.; emendaui* ex quibus tenta texere solet 7 proferatur PP^3 sibi, *m. 2* id sibi *S* 8 praesti-tum *P* praestitum (m *ex corr.; fuitne* tū *?*) *V* praestitutum P^1 (tu *exp.*) P^2SP^3 demonstrat P^1 non tantum] infinitum P^2 9 et, *m. 2* sed et *S* et, *m. 3* sed et *V* sed *m* 10 ipse cesserint P^2 12 *super* quidem *m. 2* ł quiddā P^1 erit, *m. ut uid. 1 corr.* esse *V* esse *H* 13 opera dei mirabilia sunt quia P^2 14 respondemus PP^1 (*m. 2* respondebimus) $SVHP^3$ 15 arguet *H* 16 de] in PP^1SVHP^3 substantiā P^2 17 uidere, *m. ut uid. 1 corr.* uideri P^1 aisti] iusti, *m. ut uid. 1 corr.* iuste P^3 iuste *P* 18 ut—factum est *om., in inf. marg. m. 2 add.* P^1 ut *om.* P^2 quod *V* ratione P^2

quia, si, quod in illa conceptione et natiuitate factum est, mirabile est et singulare, rationem quaeri nolunt nec exemplum, quia unico hoc praestitum est, ut, quem ad modum de eius conceptione et generatione ratio non redditur, sed in illo solo inuenitur singulare, sic de eius uisione ratio non reddatur nec exemplum requiratur, sed soli illi singulariter licere diuinitatis substantiam corpore uidere. sed respondebitur rationem posse reddi, quia corporea re incorpoream rem nequaquam cernere liceat; metuo, ne respondeatur, quia et conceptio illa ratione exponi et exemplis possit firmari. aut enim in hominibus ratio deficiet et exempla cessabunt et confirmabunt corpore suo unigenitum uidere posse deum aut, si ratio hinc reddita fuerit, consequetur rationem reddi posse ab aliquibus nimis sapientibus uiris et illius conceptionis et consequentis generationis. quid ergo talibus respondeatur, percontor. non enim certamina semino, sed, quem ad modum insidiosis respondeatur,

1 quod *in ras.* *V* quid P^2 in *om.* PP^1SVHP^3 *edd.* 2 singulare, *corr.* singulari *V* singulare, *m. 1 corr.* singulari P^3 singulari *P* ratione quaeri nolunt nec exemplo *H* ratione quaeri uolunt nec exemplo *P* ratione quaeri uolunt nec exempla (a *ex corr.; fuisse uid.* ũ) P^3 ratione quem (*m. 2* nec ratione quam) uolent (*m. 1 ? corr.* uolunt) nec exemplum (*post* exemplum *m. 2 add.* redditur) P^1 ratione quem uolunt (*m. 2* rationemque non uult) nec exemplum *S* ratione quam uolunt nec exemplum (*m. 1 ? corr.* uolumus sine exemplo *et m. ut uid. 3 post* exemplum *add.* esse) *V* nec ratione quaeri uoluit nec exemplo *l s r* nec ratio quam uolunt nec exemplum redditur *m* 3 unico (ico *ex corr. m. 2; fuisse uid. una l.*) *P* hoc *om.* P^2 praestitutum PP^1 (tu *m. 2 del.*) SP^3 ut *om.* PP^1SVHP^3 *edd.* de eius conceptione et generatione non redditur (*om.* ratio) P^2 eis de conceptione et generatione ratio non redditur PP^1SVHP^3 eis ratio non redditur de conceptione et generatione *edd.* 5 si P^1 (*m. 2* sic) *S* (*m. 1 ? corr.* sic) 6 solo (*corr.* soli) illi *V* illi soli *H* dicere *V* 7 sed, *m. 2* sed si *S* si *m* responditur, *m. 1 corr.* respondebitur P^1 8 re] res P^2 ne•quaquam *P* necquaquam (c *exp.*) P^1 9 metuo] merito *P* ne• *V* non PP^1 (*m. 1 corr.* ne) *S* (*m. 2* ne) 12 hic PP^1SVHP^3 *edd.* 13 nimi•s (*fuit* i) P^1 14 et illius (et i *ex corr. m. 1*) conceptionis (*post.* i *ex ras.*) P^2 15 percontor, *m. 2* percunctor *P* percunctor P^1 *edd.* 16 semino, *m. 2* seminũ *P* insidiosus *P* (*ras.* insidiosis) P^3

interrogo. ego tamen sic credo uirginis conceptionem et partum, quo modo semper credidi, et corpore quoquo modo clarificato deum uideri non posse utcumque ratione collegi. obuiandum tamen censeo hominibus, qui aut seditiones ex quaestionibus solent excitare aut feruenti studio ad discendum euigilare. ora pro nobis. pax et caritas Christi sanctitatem tuam nostri memorem perficiat, domine sancte uenerabiliterque beatissime frater.

CLXII.

DOMINO BEATISSIMO ET VENERABILI FRATRI ET COEPISCOPO SANCTO EVODIO ET TECUM FRATRIBUS AUGUSTINUS ET MECUM FRATRES IN DOMINO SALUTEM.

1 Multa quaeris ab homine multum occupato et, quod est grauius, ea putas praecipitari debere dictando, quae tam sunt difficilia, ut cum magna diligentia dictata uel scripta uix perduci possint ad intellectum etiam talium, qualis ipse es. huc accedit, quia non tu et tales tantum modo cogitandi estis lecturi esse, quod scripsimus, sed utique et illi, qui minus acuto minusque exercitato ingenio praediti eo tamen studio feruntur ad cognoscendas litteras nostras siue amico siue

2 credidi⁊ *V* quo modo *codd.* (*in* P^1S *m. 2, in V m. 3 corr.* quoquo modo) quoque *edd.* 3 clarificato, *m. 2* clarificatum P^3 clarificatū *P* ratione colligi (*m. 3* collegi) *V* ratione legi *in spatio quod relictum erat uacuo postea m. ut uid. 1 add.* P^2 rationē collegi *P* rationem colligi P^1 (m *del. m. 2* colligo) SP^3 (m *exp. m. fortasse 2* collegi) ratione colligo *edd.* 4 aut⁊ *V* 5 feruendi, *m. ut uid. 1 corr.* feruenti P^3 6 pax et] pater P^2 7 sancte uenerabilis beatissime frater. am̄. P^2

Idem codices, qui in ep. CLIX—CLXI.

Inscriptio om., m. 1 in marg. breuioribus l. add. P 11 sancto *om.* P^2 12 frate et in, *m. 2* fratres in *S* 13 multum] multo, *m. 2* multū P^1 14 sunt tam *edd.* 15 uix, *m. 3* ut uix *V* 16 possunt *P* 17 accedit, *m. 2* accidit *P* quia] quod (*exp.*) | quia P^1 18 scribimus *H edd.* 19 exercitabo *P* 20 feruntur, *sed* eru *in ras.* (*m. 2 ?*) P^3 fruuntur PP^1 (*m. 2* ł feruntur) P^2SV (*corr.* trahentur) *H*

inimico animo, ut eis subtrahi omnino non possint. ista cogitanti cernis quanta cura in scribendo esse debeat praesertim de rebus ita magnis, ut in eis et magni laborent. si autem, cum aliquid in manibus habeo, praetermittendum est et differendum, ut ad ea potius respondeatur, quae superuenientia requiruntur, quid fiet, si etiam, ipsis dum respondetur, alia superuenerint? num placet, ut etiam his omissis illa suscipiantur et semper priora fiant, quae posteriora oboriuntur, eaque sola terminare contingat, quibus, cum scribuntur, non superuenerit aliquid, quod quaeratur? quod ut mihi accidat, difficillimum est; sed non opinor tibi hoc placere. non ergo debui alia interrumpere, cum tua superuenissent, sicut nec tua, si alia rursus inruerent. et tamen seruare hanc iustitiam non sinor; nam ecce ut tibi haec ipsa rescriberem, quibus id admonerem, intermisi, quae agebam, et animum meum ad hanc epistulam ab alia magna intentione detorsi.

2 Facile autem fuit hanc excusationem, ut arbitror, non iniquam litteris inditam tibi remittere, respondere autem inquisitionibus tuis non ita facile est et puto in ipsis opusculis. quae me nunc intentissimum detinent, non defutura quaedam loca, ubi haec ipsa expediam, quae requiris, si dominus

1 cogitandi, *m. 1 corr.* cogitanti P^3 2 scribendi, *m. 2* scribendo *S* 3 laborant, *m. 2* laborent P^1 4 abeo *P* intermittendum *edd. praeter a* 5 ut *om. V* qui *H* 6 requirantur, *m. 2* requiruntur P^1 ipsis—etiam *in fine u. om., postea ante* his *in marg.* ut *add.; m. 2 in inf. marg. adi.* ipsis dum respondetur alia superuenerint. Nunc etiam *sed* Nunc etiam *et illud* ut *ante* his *exp.* P^1 respondetur, *m. 2* respondeatur P^2 alia semper | uenerint *P* 7 num] non P^2 placet ut] cet, *m. 2* decet ut *S* et *V* suscipiatur, *corr.* suscipiantur *V* 9 eaque P^2 ea quae, *m. 2* eaque *S* quibus cum] quibus etiam (bus etiam *in spatio, quod relictum erat, uacuo postea m. ut uid. 1 add.*) P^2 10 superuenerint (*post.* n *del.*) *V* aliquod P^2 quaeritur, *m. 1 corr.* quaeratur *P* accedat P^1 (*m. 2* accidat) *S* (*m. 1 ? corr.* accidat) VHP^3 (*m. 1 corr.* accidat) 12 sicut] sic PP^1 (*m. 2* sič) SP^3 si *V* (*corr.* sic) *H* 13 inruerent, *m. 1 corr.* inruerint P^1P^3 intuerent *P* irruerint *f l r m* 14 quibus id admonerem *om.* P^2 17 inquam PP^1 (*m. 1 ? corr.* iniquam) $SVHP^3$ 19 et ut puto P^2 21 ipsa] ubi *V*

fauerit. iam etiam ex his quaestionibus, quas modo misisti, multa soluta sunt in eis libris, quos nondum edidi, siue de trinitate siue de genesi. quamquam et illa si relegas, quae tibi iam diu nota sunt uel, nisi fallor, fuerunt, quia ea fortasse oblitus es, quae te conferente mecum ac sermocinante conscripsi, siue de animae quantitate siue de libero arbitrio, inuenies, unde dissoluas etiam sine mea opera dubitationes tuas adhibito scilicet nonnullo labore cogitationis, ut his, quae ibi ad intellectum liquidum certumque perducta sunt, consequentia nectantur; habes etiam in libro de religione, quae si recoleres atque perspiceres, numquam tibi uideretur ratione cogi deum esse uel ratiocinando effici deum esse debere, quando quidem in ratione numerorum, quam certe in usu cotidiano habemus, si dicimus: Septem et tria decem esse debent, minus considerate loquimur; non enim decem esse debent, sed decem sunt. de quibus itaque rebus recte dicatur, quod esse debeant, siue iam sint siue ut sint, satis, quantum aestimo, disputauimus in eis libris, quos commemoraui. homo enim sapiens esse debet, si est, ut maneat, si nondum est, ut fiat; deus autem sapiens non esse debet, sed est.

3 Illa quoque de uisis, quae tibi nuperrime scripsi et ea commemoras subtiliter dicta, sed maioribus te implicasse quaestionibus, recense etiam atque etiam et cogita diligentius:

1 faberit P^1 (*m. 2* fauerit) *S* (*m. 1 corr.* fauerit) iis *f l r m* quas] tuis quas P^2 2 sola, *m. 2* soluta P^1 •edidi P^1 aedidi *PSVP*^{3} de *om., m. 2 add.* P^1 3 siue] si, *corr.* siue *V* 4 ea *om. V* 5 fortassis *et deinceps uocabulum aliquod exp. et eras.* (*fuisse uid.* fuerunt) P^2 7 inueni•es (*fuit* s) P^1 mea opera, *m. 2* meo opere *P* mea opere (*sic!*) P^2 8 adhibitos P^2 iis *f l r m* 10 in lib•ro (e *eras.*) P^1 librum *m* de religione, *m. 2* de uera religione P^1 de uera religione *edd.* quam *V* quem *PP*^{1}*SHP*^{3} *edd.* 12 ratio////cinando (*ras. 1—2 l.*) P^1 esse *om., m. 2 add.* P^1 13 numerum, *m. 1 corr.* numerorum P^1 14 si] sic P^2 16 dicitur P^2 17 iam sint (*ras. ex* sunt) P^1 18 aestimo] arbitror *edd.* 19 nondum] non *V* 22 commemora•s *V* commemorans *PP*^{1}*S* (n *del.*) *HP*^{3} sed] esse P^2 maiorabus, *m. 2* maioribus P^1 implica•sse (*fuit* n) *V* quaestionibus implicasse *edd.* 23 etiam••• (que *eras.*) P^1 atque] utique *V*

non pertranseat, sed habitet in eis consideratio tua et inde fortasse utcumque conicies, quo modo sit anima praesens uel absens. in eis quippe uisis demoratur in somnis, cum abest a sensu praesentiaque cernendi, quam praebet oculis uigilans; hanc autem ab oculis, hoc est tamquam a luminaribus corporis animae absentiam, quae fit cum dormimus, si uis maior augeat, ut totum, quod est, inde subtrahatur, mors est. sicut ergo a cernendi sensu ad uisa somniorum non cum aliquo corpore abscedit, nisi forte illa, quae uidentur in somnis, corporea nosque ipsos inter illa hac atque illac ferri ac referri cum aliquo corpore existimabimus, quod iam tibi arbitror non uideri, ita, si tota penitus subtrahatur atque absit, quod fit in morte, non secum putanda est auferre aliquod corpus ex corpore. nam si auferret, profecto etiam cum dormimus et abscedit ab oculis, in quantum eos relinquit, in tantum secum oculos auferret, quamlibet subtiliores, corporeos, quod non facit. uerum tamen aufert secum quosdam simillimos sed non corporeos, quibus uisa simillima cernit in somnis sed nec ipsa corporea.

4 Porro si aliquis concedat etiam uisa somniorum, quae

1 non, *m. 2* nec P^1 nec *flr m* 3 uisis] uis P^2 demonstratur *V* 5 hunc P^1S (*m. 2* haec) hinc *V* haec P^3 (e *fortasse ex corr.*) luminari•bus (*fuit* s) P^1 luminibus, *m. 1 corr.* luminaribus P^2 6 absentia• (*non* m *fuisse uid.*) P^1 absentia *SVH*P^3 si uis] suis *P* 7 augeat, *m. 2* urgeat *S* augeatur augeatur (*bis*) *V* urgeat HP^3 (ur *fortasse ex corr.*) mor, *m. 2* mors P^1 8 somnorum, *m. 2* somniorum P^1 9 abscedit—corpore *om. P* 10 hac ut quem illu• (d *eras. uid.*; m *exp. m. 2* hac atque illac) P^1 hac ut quem illuc, *m. 2* hac atque illac *S* uc atque illuc P^2 11 existimauimus PP^2S (*m. 2* existimemus) HP^3 existimamus P^1 (*supra* am *ras. 1—2 l.*; *fuitne* ui *?*) *V* 12 abstrahatur *edd.* 13 fit *om., m. 2 add. S* sit, *m. 2* fit P^1 14 auferret, *m. 2* auferet *S* 15 et *om. codd.*; in P^1 *postea* (*m. 1 ?*) *add.* in, *m. 2* et in *S* reliquid, *corr.* reliquit *V* 16 secum alios oculos P^2 oculos secum *edd.* auferret, *m. 2* auferet *S* aufert *VH* corporeos *S* (*m. 1 ? corr.* corporeis) *V* (*m. 1 corr.* quam corporeos) *H* (*m. 1 corr.* corporeus) corporeos tamen *edd.* 17 aufert, *m. 2* auferet *S* simili mosse. *m. 2* simillimos sed *S* 19 sed] et *V* 20 concedat] cum credit *ef* contendat *m* quĕ (~ *del.*) *V*

similia corporibus apparent, non esse nisi corporea, uideatur sibi aliquid dicere. nec ista ingenii tarditas facile conuincitur; multorum quippe est etiam non mediocriter acutorum, quoniam parum adtendunt, quantum ualeant imagines corporum, quae fiunt in spiritu nec omnino sunt corpora. cum uero eas coguntur intueri, si recte aduerterint atque compererint non eas esse corporeas sed corporum simillimas, rationem tamen de his non continuo ualent reddere, quibus causis et quem ad modum fiant, qua denique natura sua subsistant uel in quo subiecto sint, utrum ita in animo fiant ut in membrana ex atramento litterae, ubi utraque substantia est et membrana scilicet et atramentum, an sicut sigillum in cera uel figura quaelibet, cui cera subiectum est, illa in subiecto, an utroque modo fiant ista in spiritu nostro aliquando sic aliquando autem sic.

5 Mouet enim non solum, ut cogitemus ea, quae absunt a sensibus corporis et in nostra reperiuntur memoria uel quae nos ipsi, ut libitum est, facimus, disponimus, augemus, minuimus, situ, habitu, motu, innumerabilibus qualitatibus formisque uariamus, qualia sunt fortassis etiam illa, quibus deludimur dormientes. quando non diuinitus admonemur, nisi quod haec uolentes agimus, illa praeter arbitrium patimur;

1 nisi] nisi ne P^2 uideatur (a *exp.*) P^1S uidetur *l r m* 2 iste, *m. 1 corr.* ista P^1 prauitas (prau *ex corr.*, *fuisse uid.* trad) *V* 3 est *om.* PP^1SVHP^3 quoniam] quo P^2 5 corporeę P^2 6 conceperint P^2 conspexeſ *V* 7 esset (t *exp.*) P^1 10 subiecte, *m. 2* subiecto P^1 11 ex] et *V* et *om. edd. praeter a* 13 quaelibet, *m. 1* (*?*) *corr.* quilibet P^2 subiectum, *m. 2* subiecta *P* an] in P^2 16 mouent PP^1SHP^3 *edd.* mouentur, *m. 2* mouemur *V* ut cogitemus *om.* PP^3 *a e m* cogitemus (*om.* ut) P^1 (*m. 2* ut cogitemus) P^2S (*m. 1 ? corr.* si cogitemus) *V* (*m. 2 ?* ut cogitemus) *H* 17 memoria *cum ras. super* a *V* uel quae] sed cum *ex corr.*; *fortasse fuit* ł que *V* 18 facimus *cum parua ras. super* i P^2 faci•mus *V* faciamus PP^1 (*post.* a *exp.*) *S* (*post.* a *del.*) HP^3 19 *post* minuimus *s. u. m. 2 add.* sed etiã qę P^1 sitũ (*post* i *s. u.* c *ut uid. m. 1 add.*, *sed adtritum*) *P* abitu *V* innumerabilibus, *m. 2* innumerabilibusque *S* 20 qualia] alia PP^1SVHP^3 talia *edd.* illi• (s *eras.*), *m. 2* illa• P^1

non solum haec mouent, quae in animo de ipso animo fieri non absurde forte quis putat quamuis et hoc causis occultioribus, quibus agitur, ut istud potius quam illud in conspectu animi ueniat, sed etiam quod ait propheta: Et dixit mihi angelus, qui loquebatur in me — neque enim forinsecus uoces ad aures corporeas prophetae uenisse credendum est, cum dicit 'qui loquebatur in me', non 'ad me' —, utrum uoces erant de spiritu factae corporalibus similes, quales agimus, cum apud nos taciti multa memoriter plerumque etiam cantando transcurrimus, sed tamen editae ab angelo. *quas* miris modis cernebat ab alio, quam ipse fuerat, sibi suggeri, et quod in euangelio scriptum est: Ecce angelus domini apparuit illi in somnis dicens, quo modo enim apparuerit uel corpus angelicum oculis clausis — Abrahae quippe uigilanti sic apparuerunt, ut eos etiam, cum pedes lauit, contrectando sentiret — uel spiritus spiritui dormientis specie aliqua simili corporis, sicut nos ipsi nobis uidemur tali figura etiam per loca moueri somniantes longe aliter quam membra in stratis iacentia.

6 Mouent haec et ideo mira sunt, quia occultiorem habent rationem, quam ut uideri uel reddi ab homine homini possit.

4 Zach. 1, 9 12 Matth. 1, 20 14 Gen. 18, 4

1 no, *m. 2* non P^1 2 forte *om.* PP^1SVHP^3 *edd.* oc, *m. 1 corr.* hoc P occultoribus, *m. 2* occultioribus P occultaribus P^2 3 quibus. *m. 2* aliquibus S a⁊gitur V conspectum m 6 uocem *ex corr. m. 2, fuisse uid.* uolens V uenisset redendum, *m. 2* uenisse credendum P^1S uenissi credendum V 9 moriter, *m. 2* memoriter V 10 tamen, *m. 2* si tamen S edite, *corr. uid.* edicit V 11 quas *ex coniectura addidi* miris—fuerat *om.* PP^1SVHP^3 *edd.* 12 suggeri, *m. 2* suggeruntur P^1 sugge///ri (*parua ras.; fuitne* s *?*) P^2 suggerente *edd.* 13 dei PP^1SHP^3 *edd.* 14 apparu////erit (*fuitne* it *?*) P^1 apparuit V 15 eos] eis V 16 lauit] eis lauit PP^1SHP^3 lauit eis *edd.* spiritui *del. S* spū P^1 dormientes, *m. 2* dormientis P^1 17 specie] inspicit PP^1SVHP^3 in specie *edd.* similia PP^1SVHP^3 corporis, *m. 2* corporibus P^1 corpori *edd.* 19 iacentia (s *eras.*) P^1 iacentia mouentur. Haec *e f m* 20 et *om. P m* mirati (a *m. 2 corr. aut inductum*) P 21 ab omine V ab hominibus P^2 hominem, *m. 1 corr.* homini P^1

nam istae causae sunt admirationis, cum uel ratio cuiusque rei latet uel eadem res usitata non est, quod aut singularis aut rara est. ex illa ergo causa latentis rationis ego dixi in epistula, quam te legisse commemoras, cum eis responderem, qui negant esse credendum, quod Christum uirgo pepererit, uirgo permanserit: 'Si ratio quaeritur, non erit mirabile'; hoc enim dictum est, non quod ratione res careat, sed quod eos lateat, quibus hoc deus uoluit esse mirabile. ex alia uero admirationis causa, quae ideo est, quia insolitum aliquid occurrit, scriptum est de domino, quod miratus sit centurionis fidem; neque enim eum rei ullius ratio potuerit latere, sed admiratio pro laude posita est eius, cuius par in populo Hebraeo non apparuerat. unde ipsa admiratio satis exposita est, cum ait dominus: Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israhel.

7 Quod autem adieci in eadem epistula: 'Si exemplum poscitur, non erit singulare', frustra tibi uisus es uelut exempla inuenisse de uermiculo, qui in pomo nascitur, et aranea, quae filum textrinae suae corpore uelut integro parit. dicuntur enim aliqua argute cuiusdam similitudinis gratia alia remotius alia congruentius, sed solus Christus natus est ex uirgine; unde iam intellegis, quantum aestimo, cur hoc esse dixerim sine exemplo. habent itaque omnia causas suas atque rationes

6 = p. 107, 10 10 Matth. 8, 10; Luc. 7, 9 16—17 = p. 107, 10—11

1 nam—rara est *om.* P 2 usitata (usi *in ras. m. 2*) V 3 ergo] enim V 4 responderam, *m. 2* responderem P^1 5 peperit PP^1P^2S (*m. 2* pepererit) HP^3 6 permanse///rit (*post.* e *ex corr. m. 2 et deinceps parua ras.*) P^1 permansit P 9 ammirationem, *m. 2* admirationis P^1 insolutum, *m. 1 corr.* insolitum H 11 potuerit, *m. 2* potuerat P^1 putuerat, *m. 2* potuerat V potuit *edd.* 12 cuius par] cui P^2 13 apparuerit P^1 (*m. 2* apparuerat) V (*m. 1 corr.* apparuerat) 14 dominus ait *edd.* tan••tam V tantum, *corr.* tantam S 16 adiecit (t *m. 2 corr. aut inductum*) P^2 18 pono V poma P^2 19 testrinae P^2 integro uelut P^2H 21 est natus P^2H natus (*om.* est) P 22 existimo *edd. praeter a* hoc *om.* P^2 23 suas *om.* P^2

rectas et inculpabiles, quae deus uel usitata uel inusitata operatur. sed hae causae atque rationes cum latent, miramur, quae fiunt, cum autem patent, consequenter ea uel conuenienter fieri dicimus nec mirandum esse, quia facta sunt, quae ratio exigebat ut fierent, aut, si miramur, non inopinata stupendo sed excellentia laudando miramur, quo genere admirationis centurio ille laudatus est. nec ideo est reprehendenda sententia, qua dictum est: 'Si ratio quaeritur, non erit mirabile', quoniam est aliud genus admirationis, etiam cum ratio manifesta est admiranti; neque enim propterea culpatur sententia, qua dictum est: Deus neminem temptat, quoniam est aliud genus temptationis, propter quod recte itidem dictum est: Temptat uos dominus deus uester.

8 Nec quisquam existimet ideo posse merito dici corporeis oculis a filio patrem uideri ac non potius sicut a patre filium, quia illi, qui hoc putant, cum in reddenda ratione defecerint, possunt et ipsi dicere: 'Si ratio quaeritur, non erit mirabile': hoc enim dictum est, non quia non est ratio, sed quia latet. illius autem non miraculi sed erroris demonstrare debet nullam esse rationem, quisquis id opinantes refellere adgreditur. sicut enim nulla ratio est, qua dei natura moriatur aut corrumpatur aut peccet, et, cum hoc deum non posse dicimus, non derogamus potestati eius, sed aeternitatem ueritatemque laudamus,

11 Iac. 1, 13 13 Deut. 13, 3

2 hae• *V* haec *PP*^{2} 3 quae, *m. 2* quod *S* quae, *m. 3* quia *V* 5 fieret *PP*^{1}*P*^{2}*S* (*m. 2* fierent) *VH* (*m. 1 corr.* fierent) *P*^{3} 6 sed] sed etiam *P*^{2} 7 laudatus est ille *H* est reprẹhendo *V* reprehendenda est *edd.* sententiā *V* 8 qua] quia (i *del.*) *S* qua *ut uid. ex* quia (*m. 1 ?*) *V* 9 manifestata *P*^{2} 10 qu•a (i *eras.*) *P*^{1} quia *PS* (*m. 2* qua) *VP*^{3} 14 ne *P*^{1} (*m. 2* nec) *P*^{2} merito posse *edd.* 15 ac] an *V* a *om. P*^{1}*S* (*m. 2 add.*) *V* (*postea add.*) pat•er• (*fuisse uid.* patrere) *P*^{1} 16 in *om., m. 3 add. V* 17 si *om., m. 2 add. P*^{1} 18 hoc est enim (est *m. 2 del.*) *P*^{1} est *ante* non *om., m. 2 add. S* 19 illius, *m. 2* ille *P*^{1} miraculi *postr. l. ex ras. S* miraculis *PP*^{1} (s *exp.*) *P*^{3} demonstrari *V* 20 quisq; *P* quis *P*^{2} repellere *codd. a* 21 ratio • est *V* quia dei *V* quadam *P*^{2} 22 hoc ••• (*fuitne* iam *?*) *P*^{1}

ita cum dicimus non posse uideri oculis corporeis, non latet, sed patet ratio bene intellegentibus, qua perspicuum est deum corpus non esse nec aliquid oculis corporeis cerni posse, nisi quod alicuius interualli interpositione cernatur, id autem non nisi corpus esse eamque substantiam, quae minor sit in parte quam in toto, quod de deo credere nefas esse debet etiam his, qui hoc intellegere nondum ualent.

9 Latet ratio diuersarum commutationum celeritatis ac tarditatis in motibus corporum et corporalium qualitatum. hinc est omnium uisibilium silua miraculorum. numquid tamen ideo latet esse corpora, habere nos corpus, nullum esse quantulumcumque corpusculum, quod non pro suo modo loci occupet spatium nec in eo, quod occupat, ubique sit totum, sed minus sit in parte quam in toto? haec quoniam non latent, his contexenda sunt consequentia, quod nunc facere nimis longum est, quibus ostendatur non rationem latere, sed rationem omnino nullam esse, qua credi debeat uel possit intellegi deum, qui ubique totus est nec per spatia locorum corporea mole diffunditur, in qua necesse habeat partibus maioribus minoribusque constare, cerni corporeis oculis posse. unde plura dicerem, si hoc in ista epistula suscepissem, in cuius longitudinem non sentiens progressus sum paene oblitus occupationum mearum, ita ut fortasse, quod non arbitrabar,

1 cum *om., m. 2 add. V* non] deum non P^2 corporis PP^1SV (*m. 3* corporis deum) HP^3 *a* 2 est eis deum P^2 3 oculis corporis *V* corporeis oculis P^1 *edd.* 4 interualla P^2 6 quam in in toto (*alterum* in *m. 2 del.*) P^1 crede, *corr.* credi *V* 7 iis *f l r m* ualet P^2 8 latet *V* celeritatis—qualitatum *om.* PP^1SVHP^3 *edd.* 9 hinc, *m. 2* et hinc P^1 et hinc *m* 11 corpus, *m. 2* corpus et P^1 corpora *H* 13 occupat] occupet, *m. 2* occupat P^1 sit | ... totum (*fuisse uid.* sit) P^3 15 latet, *m. 2* latent P^1 17 quę P^2 18 deus *H* qui ubique] quibusque PP^1 (*m. 2* qui ubique) *S* (*m. 2* qui locis quibusque) HP^3 nec *om.* PP^1VHP^3 19 molę *ex corr. m. 2 V* diffundi P^1P^2S necesse (esse *ex corr. m. 2*) *V* 20 cerni *om. P* cerni, *m. 2* cernique *V* 21 in epistola ista *edd.* 23 occupationem, *m. 1 corr.* occupationum *V* arbitrabam PHP^3

attentioni tuae satis fecerim, qui potes paucis admonitus plura cogitare, quae competunt, sed non etiam eorum, in quorum manus non inaniter uenire ista possunt, si diligentius et copiosius disserantur. laborant autem homines in discendo, quando et breuia non ualent intellegere et prolixa non amant legere; laborant itidem in docendo, qui et pauca tardis et multa pigris frustra ingerunt. mitte et illius epistulae exemplum, quae apud nos aberrans non potuit inueniri. recte in domino ualeas et uigeas memor nostri.

CLXIII.

EVODIUS EPISCOPUS AUGUSTINO EPISCOPO.

Pridem quaestionem misi ad sanctitatem tuam unam de ratione et deo, puto per Iobinum, qui seruit ancillis dei. alteram de corpore saluatoris, de quo aestimatur, quod substantiam dei uideat; tertiam dico nunc: anima rationalis, quam saluator cum corpore adsumpsit, utrum ex una de opinionibus est illis, quae proponuntur, cum de animae origine quaeritur, si qua ibi potest ueritate fulciri, an, quamquam rationalis sit, non erit tamen ex his speciebus, quae de anima humana

1 intentioni *S m* ut tentionem, *m. 2* intentioni P^1 2 sed *ex corr. m. 2 V* 4 quando *om.* PP^1SVHP^3 *edd.* 5 et *om.* PP^1SVHP^3 *edd.* 6 laborent, *m. 1 corr.* laborant *P* in *om. codd.* 7 exempla, *m. 2* exemplar *V* 8 inuenire, *corr.* inueniri *H* recte—nostri *om.* PP^1SVHP^3 *edd.* 9 nostri. amen. P^2

Idem codices, qui in ep. CLIX—CLXII.

12 quaestiones *f l r m* 13 ratione *cum ras. super* e P^2 iobinum, *corr.* iouinum P^3 iouinum *PH* iobinianum P^2 14 alterum *S* (*corr.* alteram) *V* de qua P^2 15 animae *H* rationabilis P^1 16 cum corporeas sumsit, *m. 1 (?) corr.* cum corpore assumpsit *S* de corporeas sumpsit P^1 cum corpore assumit P^2 utrum *om.* P^2 ex *om.* PP^1SVHP^3 in *edd.* 18 potest] post, *m. 2* possit *P* an—dicuntur *om. P* rationabilis P^1V 19 erit *om.* P^1SVHP^3 *edd.* ex] et *S* iis *f l r m* de anima humana] de animalium anima P^1SHP^3 *edd.* de animalium anime *V*

dicuntur? quartam interrogo: qui sunt illi spiritus, de quibus in epistula sua ponit Petrus testimonium de domino dicens: Mortificatus carne, uiuificatus spiritu, in quo et eis, qui in carcere erant, praedicauit spiritibus et cetera, hoc inserens, quod in inferno fuerunt et descendens Christus omnibus euangelizauit omnesque a tenebris et poenis per gratiam liberauit, ut a tempore resurrectionis domini iudicium expectetur exinanitis inferis? quid ergo in hac re sanctitati tuae uideatur, cupio nosse.

CLXIV.

DOMINO BEATISSIMO FRATRI ET COEPISCOPO EVODIO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

I 1 Quaestio, quam mihi proposuisti ex epistula apostoli Petri, solet nos, ut te latere non arbitror, uehementissime commouere, quo modo illa uerba accipienda sint tamquam de inferis

3 I Petr. 3, 18—19

1 *post* dicuntur *spatium relictum est in H, edd. habent* sed in alia habetur quartum HP^3 (*m. 1 corr.* quartam) qui sunt *om. H* illis *V* 2 dicens de domino P^2 4 carcere] carne *V* spiritibus ueniens praedicauit *edd. sec. sacr. litt.* 6 omnes quia, *m. 1 corr.* omnesque a *S* omnis qui a, *m. 1 corr.* omnesque a P^1 omnesque (*om.* a) P^2 tenebis, *m. 2* tenebris *P* 7 liberabit P^2 iudicium] in iudicium PP^1 (in *m. 2 exp.*) *S* (in *del.*) VHP^3 8 exspectur, *m. 1 corr.* exspectetur P^1 in] ex P^2 sanctitate, *m. 1 corr.* sanctitati P^1

K = *cod. Casanatensis B IV 18 s. IX; deest initium usque ad p. 528, 24* (quando)
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
F = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
C = *cod. Casinensis* 16^{19} *s. XI.*
P = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
G = *cod. Sangallensis 148 s. XI.*
N = *cod. Atrebatensis 949 (339) s. XI initium tantum habet usque ad p. 525, 8* (cruciatibus)

11 fratri episcopo, *m. 1 corr.* fratri et coepiscopo *F*

dicta. replico ergo tibi eandem quaestionem, ut, siue ipse potueris siue aliquem, qui possit, inueneris, auferas de illa atque finias dubitationem meam. quod si prior potuero, cum id donauerit dominus, tibique inpartire ualuero, non fraudabo dilectionem tuam; nunc autem, quae me ibi moueant, intimabo, ut secundum haec de illis uerbis apostolicis uel ipse cogites uel, quem idoneum reppereris, consulas.

2 Cum dixisset Christum mortificatum carne, uiuificatum spiritu, continuo subiecit in eo ipso spiritibus, qui in carcere erant conclusi, aduenientem praedicasse, qui spiritus aliquando increduli fuerant in diebus, quibus adhuc expectabat dei patientia, in diebus Noe, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est octo animae saluae factae sunt per aquam. deinde subiunxit et ait: Quod et uos nunc simili forma baptisma saluos fecit. mouet itaque, si apud inferos dominus, quando mortuus est, in carcere conclusis spiritibus praedicauit, quid boni soli meruerint, qui tunc infideles fuerunt, cum fabricaretur arca.

8 I Petr. 3, 18—21

1 replica *P* tibi eandem ergo *G* siue] si *P* 2 auferes d.e (i *eras.*) *P* 3 definias *M* 4 inpertire *G* impertire *N* inpertiri *A* impartiri *P edd.* fraudabor *P* 9 in eo—adhuc] *hunc locum P edd. sec. sacr. litt. ita habent:* in quo et his (iis *f l r m*) qui in carcere erant conclusi spiritibus (spiritalit̃ *P*) ueniens praedicauit (praedicasse, *m. 2* praedicauit *P*) qui increduli fuerunt (fuerant *a e sec. Vulg.*) aliquando quando spiritibus, *m. 2 supra* ł spu̇ his *G* 10 carcere, *m. 2* alibi: carne *G* 11 fuerant in diebus] fuerant cum sustentaret in diebus *MFAG* (*in marg. m. 2* alibi: cum expectabat dei patient̃) *N* 12 exspectabat, *m. 2* exspectabat̃ *M* expectabant *a e* patientiam *FAG* (m *eras.*) *a e* 14 salue *bis C* 15 similis forma baptismi saluos facit *P* similis forma saluos facit baptisma *A sec. sacr. litt.* fecit, *m. 1 corr.* facit *M* 16 moue, *m. 1 corr.* mouet *M* moueat *C* 17 in••carcere *F* in carcere. *m. 2 supra* carne *G* qđ (= quod) *P* bonis *A* 18 *post* meruerint *omnes codd. praeter unum C et edd. a e f habent locum, qui ex p. 526, 24—527, 8 huc deerrauit:* ut dominus in inferna descenderet et de istis—perhibetur. *ciecerunt eum l r m retentis uerbis* ut dominus ad inferna descenderet, *quae cod. C secutus item explosi*

etenim post tempora Noe multa milia tot gentium usque ad passionem Christi mortua sunt, quae potuit apud inferos inuenire, non utique eorum, qui in deum crediderant sicut prophetae et patriarchae de stirpe Abrahae, sicut ipse retro Noe et tota domus eius, quae salua facta est per aquam excepto fortassis uno filio, qui postea reprobatus est, sicut etiam praeter progeniem Iacob alii fuerunt credentes in deum sicut Iob, sicut ciuitas Nineue et si qui alii sunt, qui uel apparent in scripturis uel in genere humano latent, sed eorum dico multa milia hominum, qui deum ignorantes et daemonum uel simulacrorum cultui dediti a temporibus Noe usque ad passionem Christi ex hac uita emigrarunt, quos apud inferos Christus inueniens quo modo illis non praedicauit, sed illis tantum, qui in diebus Noe increduli fuerunt, cum fabricaretur arca? aut si omnibus praedicauit, cur illos solos Petrus commemorauit praetermissa multitudine tam innumerabili ceterorum?

II 3 Et dominum quidem carne mortificatum uenisse in infernum satis constat. neque enim contradici potest uel prophetiae, quae dixit: Quoniam non derelinques animam meam in inferno, quod ne aliter quisquam sapere auderet, in actibus apostolorum idem Petrus exponit, uel eiusdem Petri illis uerbis, quibus eum adserit soluisse inferni dolores, in quibus inpossibile erat eum teneri. quis ergo nisi infidelis negauerit fuisse apud inferos Christum? quod si mouet, quem ad modum accipiendum sit inferni ab illo solutos dolores —

20 Ps. 15, 10; Act. 2, 27 23 Act. 2, 24

2 mortue, *m. 2* mortua *P* quos *P* 4 de stirpe Abrahae *om.*, *m. 1 (?) add. C* sicut et ipse *P* 8 i////ob (*ras. 1—2 l.*) *P* 11 debiti, *corr.* dediti *C* a] ita *MA* ita a *N* 12 quos, *sed* s *in ras.* (*m. 1 ?*) *C* quod *F* 15 hominibus, *m. 2* omnibus *G* solus, *m. 2* solos *G* 16 ceterorum tam innumerabili *N* 18 uenisse] ac uenisse *P* 20 quae] q, *supra in ras. m. 2* ę *G* derelinquis *A* in inferno animam meam *PG* 21 quodq, ne *G* 22 uel eiusdem Petri *om. N* illis *om. P* 23 *super* uerbis *m. 2* exponitur *G* adserit] a se *P* 25 mouet] mouet aliquem *P*

neque enim coeperat in eis esse tamquam in uinculis et sic eos soluit, tamquam si catenas soluisset, quibus fuerat alligatus —, facile est intellegere sic eos solutos, quem ad modum solui possunt laquei uenantium, ne teneant, non quia tenuerunt; potest et sic, ut eos dolores eum soluisse credamus, quibus teneri ipse non poterat, sed quibus alii tenebantur, quos ille nouerat liberandos.

4 Verum quinam isti sint, temerarium est definire. si enim omnes omnino dixerimus tunc esse liberatos, qui illic inuenti sunt, quis non gratuletur, si hoc possimus ostendere, praesertim propter quosdam, qui nobis litterario labore suo familiariter innotuerunt, quorum eloquium ingeniumque miramur, non solum poetas et oratores, qui eosdem ipsos falsos deos gentium multis opusculorum suorum locis contemnendos ridendosque monstrarunt et aliquando etiam unum deum uerumque confessi sunt, quamuis illa superstitiosa cum ceteris colerent, uerum etiam illos, qui haec non cantando uel declamando sed philosophando dixerunt, multos etiam, quorum litteras non habemus, sed in illorum litteris didicimus secundum quendam modum laudabiles uitas, ut excepto dei cultu, in quo errauerunt colentes uana, quae publice colenda fuerant, instituta et creaturae quam creatori potius seruientes, in ceteris moribus parsimoniae, continentiae, castitatis, sobrietatis, mortis pro

1 *et* 2 tamqui, *m. 2* tamquam *C* 3 solutos esse *m* 4 laqueis uenantium | quę nec tenent neq; tenuer. Potest *etiam* (*fuit* a) fieri ut | et eos *P* 5 uoluisse *M* (*ras. et corr. m. 2* soluisse) *FA* (*m. 2* soluisse) 6 non quibus teneri ipse *C* 8 qui *M* sint *ras. ex* sunt *M* sunt *C* 10 possumus *M* (*ras.* possimus) *FP* 11 labori, *m. 2* labore *P* 13 et oratores qui eosdem] | ////oratoresq; ostendam (ostendam *m. 2 del.*) *P* 15 monstrauerunt *P* (ue *exp.*, *sed puncta eras.*) *N* 16 supstitiora *A* 17 quia. *m. 2* qui *G* hoc *C* declinando *C* ///sed (*parua ras.*) *P* 18 multorum *codd. a* 19 aliorum (ali *m. 2 in ras.*) *M* eorum *N* dicimus *P* quaedam *C* 20 exceptu *C* 21 fuerant colenda *C* 22 quam creatori potius, *punctis m. ut uid. 1 corr.* potius quam creatori *M* potius quam creatori *edd.* 23 sobrietatis *in fine u. om. N* pro *om. C*

patriae salute contemptus seruataeque fidei non solum ciuibus uerum et hostibus imitandi merito proponantur? quae quidem omnia, quando non referuntur ad finem rectae ueraeque pietatis sed ad fastum inanem humanae laudis et gloriae, etiam ipsa inanescunt quodam modo steriliaque redduntur. uerum tamen quadam indole animi ita delectant, ut eos, in quibus haec fuerunt, uellemus uel praecipue uel cum ceteris ab inferni cruciatibus liberari, nisi aliter se haberet sensus humanus aliter iustitia creatoris.

Quae cum ita sint, si omnes inde soluit saluator et, sicut requirens scripsisti, exinaniuit inferna, ut deinceps iudicium iam expectaretur extremum, haec sunt, quae in hac re non inmerito mouent, quae mihi interim cogitanti solent occurrere: primum, qua auctoritate firmetur ista sententia. quod enim scriptum est in morte Christi factum solutis doloribus inferni, uel ad ipsum potest intellegi pertinere, quod eos hactenus soluerit, hoc est inritos fecerit, ne ab eis ipse teneretur, praesertim quia sequitur: In quibus inpossibile erat teneri eum, uel, si causa quaeritur, cur uoluerit uenire in infernum, ubi dolores illi essent, quibus teneri omnino non poterat, qui erat, ut scriptum est, in mortuis liber, in quo princeps et praepositus mortis non inuenit aliquid, quod supplicio deberetur, hoc scilicet. quod scriptum est, 'solutis doloribus inferni' non in omnibus sed in quibusdam accipi

11—12 cf. p. 521, 7—8 15; 18 Act. 2, 24 21 Ps. 87, 6

1 contemptu *MACPG afl* contemtu *F* contemptae *er* 2 uerum—pietatis *om. A* uerum etiam et (et *exp.*) *N* *post* imitandi *parua ras. N* merito *om. N* 3 referentur, *m. 2* referuntur *P* 4 sed et ad (et *m. 2 del.*) *P* ipse *F* 5 que | ammodo, *m. 2* quo | dammodo *G* 6 quędam indolo, *m. 2* quadam indole *P* delectant, *m. 2* delectamur *P* 7 cum *om., m. 2 add. P* 8 habet *PG* (*m. 2* haberet) 11 exina|uit, *m. 2* exina niuit *M* 14 primum quia (i *del.*) *C* primūq·| *P* 16 sum, *m. 1 corr.* ipsum *F* 19 si *om., m. 1 add. M* *post* uoluerit *ras. 1—2 l. C* 20 illi///| (*ras. 1—2 l.*) *P* 21 qu*erat (*fuit* a) *P* quia erat *flm* 24 in hominibus, *m. 2* in omnibus *G*

potest, quos ille dignos ista liberatione iudicabat, ut neque frustra illuc descendisse existimetur nulli eorum profuturus, qui ibi tenebantur inclusi, nec tamen sit consequens, ut, quod diuina quibusdam misericordia iustitiaque concessit, omnibus concessum esse putandum sit.

III 6 Et de illo quidem primo homine, patre generis humani, quod eum indidem soluerit, ecclesia fere tota consentit, quod eam non inaniter credidisse credendum est, undecumque hoc traditum sit, etiamsi canonicarum scripturarum hinc expressa non proferatur auctoritas. quamquam illud, quod in libro sapientiae scriptum est: Haec illum, qui primus factus est, patrem orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit et eduxit illum a delicto suo et dedit ei uirtutem continendi omnia, magis pro hac sententia quam pro ullo alio intellectu facere uideatur. addunt quidam hoc beneficium antiquis etiam sanctis fuisse concessum, Abel, Seth, Noe et domui eius, Abraham, Isaac, Iacob aliisque patriarchis et prophetis, ut, dominus cum in infernum uenisset, illis doloribus soluerentur.

7 Sed quonam modo intellegatur Abraham, in cuius sinum pius etiam pauper ille susceptus est, in illis fuisse doloribus, ego quidem non uideo: explicant fortasse, qui possunt. solos autem duos, id est Abraham et Lazarum in illo memorabilis quietis sinu fuisse, antequam dominus in inferna descenderet.

11 Sap. 10, 1—2

1 iudicabit *A* 2 profecturus, *m. 2* profuturus *G* 3 *pro* ibi *ras. 1—2 l. M* 7 indide *cum ras. super* e (di *m. ut uid. 2 del.*) *G* inridē. *m. 2* inde *M* indem (m *del.*) *F* inidem *A* itidem *P* inde *C m* ibidem *cett. edd.* soluerit, *m. 2* soluerat *M* 8 eam] in eam *C* insaniter *MFA* 9 scripturarum *om., m. 2 add. G* 11 scriptum sit hoc ut illum *P* 12 pat̃ | ////orbis (*ras. 1—2 l.*) *M* pat̃ orbis *P* parens orbis *A* 14 omnia continendi *C* 16 scs, *m. 2 corr.* scis *M* 17 Seth] sed *M* Iacob] et Iacob *edd.* 18 cum dominus *edd. praeter a* 19 illis (*fuit* s) *A* illi *G* 20 quodam, *m. 2* quonam *G* 21 prius *M* 23 lazarū (*fuit* s) *A* lazarum siue eleazarum *MFPG* in illa memorabili quietis (s *eraso corr.* quiete) fuisse (*om.* sinu) *P* 24 dominus in inferna—perhibetur *in MFAPGN a e f etiam supra in p. 522, 18 inserta sunt*

et de istis tantum duobus dictum fuisse illi diuiti: Inter nos et uos chaos magnum firmatum est, ut hi, qui uolunt, hinc transire ad uos non possint neque inde huc transmeare, nescio utrum quisquam sit, cui non uidea-
5 tur absurdum. porro si plures quam duo ibi erant, quis audeat dicere non ibi fuisse patriarchas et prophetas, quibus in scriptura dei iustitiae pietatisque tam insigne testimonium perhibetur? quid his ergo praestiterit, qui dolores soluit inferni, in quibus illi non fuerunt, nondum intellego, praeser-
10 tim quia ne ipsos quidem inferos uspiam scripturarum in bono appellatos potui reperire. quod si nusquam in diuinis auctoritatibus legitur, non utique sinus ille Abrahae, id est secretae cuiusdam quietis habitatio aliqua pars inferorum esse credenda est. quamquam in his ipsis tanti magistri uerbis,
15 ubi ait dixisse Abraham: Inter nos et uos chaos magnum firmatum est, satis, ut opinor, appareat non esse quandam partem et quasi membrum inferorum tantae illius felicitatis sinum. chaos enim magnum quid est nisi quidam hiatus multum ea separans, inter quae non solum est, uerum etiam
20 firmatus est? quapropter si in illum Abrahae sinum Christum mortuum uenisse sancta scriptura dixisset non nominato inferno eiusque doloribus, miror, si quisquam ad inferos eum descendisse adserere auderet.

8 Sed quia euidentia testimonia et infernum commemorant et
25 dolores, nulla causa occurrit, cur illo credatur uenisse sal-

1 Luc. 16, 26

1 istis (*post.* i *ex ras. et corr.*) *M* 2 uos et nos *edd. et in repetitione huius loci p. 522, 18 P* chaus *FP* (*m. 2* chaos) et chaos *C* firmanum *A* ii *f l r m* 3 hinc *in repetitione huius loci p. 522, 18 om. PG* possunt *AG* (*m. 2* possint) 4 hunc (n *exp.*) *in repetitione huius loci p. 522, 18 P* 7 scripturis *P* (*in repetitione huius loci p. 522, 18* scriptura) 8 solores *A* 10 in bonos *C* locis in bono *P* 11 si nusquam] sinus qui *C* 15 uos et nos *A edd.* chaus *FP* (*m. 2* chaos) 16 est] ee *P* apparet *M* 17 illis *C* 18 chaus, *m. 2* chaos *P* causma *F* habitus, *m. 1 corr.* hiatus *C* 19 interq;, *m. 2* inter quae *G* uerbum s; aetiam *P* 20 firmatum *C* firmitus *P*

uator, nisi ut ab eis doloribus saluos faceret; sed utrum omnes, quos in eis inuenit, an quosdam, quos illo beneficio dignos iudicauit, adhuc requiro. fuisse tamen eum apud inferos et in eorum doloribus constitutis hoc beneficium praestitisse non dubito. unde illis iustis, qui in sinu erant Abrahae, cum ille in inferna descenderet, nondum, quid contulisset, inueni. a quibus eum secundum beatificam praesentiam suae diuinitatis numquam uideo recessisse, sicut etiam eodem ipso die, quo mortuus est, promisit latroni, quod cum illo in paradiso fuisset futurus, quando ad soluendos inferni dolores fuerat descensurus. profecto igitur in paradiso atque in sinu Abrahae etiam ante iam erat beatificante sapientia et apud inferos iudicante potentia; ubi enim non est nullo loco obsessa diuinitas? uerum tamen secundum creaturam, quam ex quodam tempore suscipiendo manens deus homo factus est, hoc est secundum animam eum fuisse apud inferos aperte scriptura declarat et per prophetiam praemissa et per apostolicum intellectum satis exposita, qua dictum est: Non derelinques animam meam in inferno.

9 Scio quibusdam uideri morte domini Christi iam talem resurrectionem praestitam iustis, qualis nobis in fine promittitur, quoniam scriptum est illo terrae motu, quo in eius passione petrae scissae et monumenta aperta sunt, multa corpora resurrexisse iustorum et uisa cum illo, quando resurrexit, in sancta ciuitate. qui utique si non iterum repositis corporibus dormierunt, uidendum est, quem ad modum intel-

9 Luc. 23, 43 18 Ps. 15, 10 22 Matth. 27, 51—53

1 eisdem *P* eius *edd.* 2 illo] in illo *FAP* (in *eras.*) *G* (in *del.*) 3 dignus, *m. 2* dignos *M* eum *om. P* 4 in *om. P* constitutos, *m. 1 corr.* constitutis *M* 5 Abrahae erant *edd.* 6 in *om. P* 8 nunq, *m. 2* nunq̃ *C* uideo *om. M* eadem ipsa die qua *P* 9 est *om. M* 11 atque sinu *G edd.* 13 ibi *G post* enim *s. u. m. 2* ⁊ *P* nullo (n *del.*) *G* ullo *P* 16 animam *in fine u. om. A* apertae *M* aperta *FCG* 17 prophetum, *m. 2* propheticum *M* promissa *A* 20 quibus | *F* mortem *F* in morte *C* 24 surrexit, *m. 1 corr.* resurrexit *F* resurrexerit *M* 26 dormierint *K*

legatur Christus 'primogenitus a mortuis', si eum in illa resurrectione tot praecesserunt. quod si respondetur hoc dictum esse per anticipationem, ut monumenta quidem illo terrae motu aperta intellegantur, cum Christus in cruce penderet, resurrexisse autem iustorum corpora non tunc, sed cum ille prior resurrexisset, quamuis tunc, ut dixi, anticipando fuisset adiunctum, ut et Christus primogenitus a mortuis sine ambiguitate credatur et illis iustis continuo concessum, ut ipso praeeunte in aeternam incorruptionem atque inmortalitatem resurgerent, illud adhuc restat, quod moueat, quo modo a Petro dici potuerit — quod utique uerissime dictum est, quando per illam prophetiam non Dauid sed Christum adseruit fuisse praedictum — carnem eius non uidisse corruptionem, quod adiunxit de Dauid apud eos esse monumentum eius. unde illos utique non conuincebat, si corpus eius ibi iam non erat, quia, si et ante in recenti sua morte resurrexisset nec caro eius uidisset corruptionem, posset nihilo minus illud monumentum manere. durum autem uidetur, ut Dauid non fuerit in illa resurrectione iustorum, si eis iam aeterna donata est, cuius Christus ex semine tam crebro et tanta euidentia tantaque honorificentia commendatur. periclitabitur etiam illud, quod ad Hebraeos de iustis antiquis dicitur, quia pro nobis meliora prouiderunt. ne sine nobis perfecti perfice-

1 Col. 1, 18; Apoc. 1, 5 10 Act. 2, 27; 29; 13, 35 22 Hebr. 11, 40

1 in illam resurrectionem *MFAP* 5 autem—resurrexisset *om. M* 7 a] ac *G* sine ulla ambiguitate *K* 9 ipso] et ipso *K* ipse, *m. 2* ipso *G* in aeterna incorruptione atque inmortalitate *K* in aeternam incorruptionē utiliq; in inmortalitatē *P* 10 illud] in quo *P* moueat] mouere potest *K* 12 quando.....adseruit fuisse praedictum] quando probare uolebat.....fuisse praedictum *C* non de Dauid sed de Christo *P edd.* assert *A* 13 carn̄, *corr.* carn̄ *A* 14 quod] quod et *P a* et quod *cett. edd.* adiungit *K* 15 itaque *P* ibi iam non] iam non (non *eras.*) ibi non *K* 16 quia si] quasi *G* 17 possit *G* nichil hominis *K* illum, *m. 2* illud *G* 18 autem *in fine pag. om. P* 19 resurrectionē (~ *eras.*) *A* dominata *G* 20 ex] et, *m. 1 corr.* ex *F* emine *C* 21 periclitabatur *A* 23 p̄uiderunt *M*

rentur, si iam in illa resurrectionis incorruptione constituti sunt, quae nobis perficiendis in fine promittitur.

IV 10 Cur ergo Petrus eos tantum commemorare uoluerit, quibus in carcere inclusis euangelium praedicatum est, qui in diebus Noe, .cum fabricaretur arca, increduli fuerunt, uides, quam latebrosum sit et quae me moueant, ne adfirmare hinc aliquid audeam. huc accedit, quia, cum dixisset apostolus: Quod et uos nunc simili forma baptisma saluos facit. non carnis depositio sordium sed conscientiae bonae interrogatio in deum per resurrectionem Iesu Christi, qui est in dextera dei deglutiens mortem, ut uitae aeternae heredes efficeremur, profectus in caelos subiectis sibi angelis et Potestatibus et Virtutibus, continuo subiecit: Christo igitur in carne passo et uos eadem scientia armamini, quia, qui passus est in carne, desiit a peccatis in hoc, ut iam non hominum desideriis sed uoluntate dei quod reliquum est in carne uiuat tempus; deinde addidit: Sufficit enim praeteritum tempus ad uoluntatem hominum consummatum, ambulantes in libidinibus et concupiscentiis et ebrietate, comessationibus, potationibus et inlicitis idolorum seruitutibus, in quo stupescunt non concurrere uos in eandem luxuriae confusionem blasphemantes. qui reddent rationem ei qui paratus est iudicare uiuos et mortuos; his dictis subnectit: Propter

8 I Petr. 3, 21—4, 6

2 proficiendis *G* 3 cum *C* eos petrus *M* uoluit *A* 4 indusis, *m. 1 (?) corr.* inclusis *M* 6 tenebrosum, *m. 1 (?) corr.* latebrosum *C* me *om. A* mouent *P* nec *PG* 7 huc] hic *P* accidit *PG* (*m. 2* accedit) 8 similis forma baptismi *P* 9 deposito *C* 10 in deum interrogatio *K* 15 scientiã *C* qui *om. M* 16 ut iam] utinam *A* 18 addit *e* ait *f l r m* 19 consũmatũ (*m. 1 corr.* consũmandã) ambulantes *M* consũmatã ambulantes *P* consummandam qua ambulauerunt *K sec. Vulg.* consummatum ambulantibus *l m* 21 liciti *P* 22 occurre (*sic!*) *F* 23 eadem *K* confusione *K* confessionem *MFAP* (*m. 2* confusionem) *G*

hoc enim et mortuis euangelizatum est, ut iudicentur quidem secundum homines in carne, uiuant autem secundum deum spiritu.

11 Quem non moueat ista profunditas? mortuis dicit euangelizatum. quos profecto si intellexerimus, qui de corpore exierunt, illi opinor erunt, de quibus supra dixit: Qui increduli fuerunt in diebus Noe, aut certe omnes, quos apud inferos Christus inuenit. quid sibi ergo uult 'ut iudicentur quidem secundum homines in carne, uiuant autem secundum deum spiritu'? quo modo iudicantur in carne, quam non habent, si apud inferos sunt, uel quam nondum receperunt, si etiam a doloribus inferni soluti sunt? neque enim, si, ut quaerendo dicis, exinaniti sunt inferi, omnes etiam, qui tunc ibi fuerunt, in carne resurrexisse credendi sunt aut, qui resurgentes apparuerunt cum domino, ad hoc carnem receperunt, ut in ea iudicarentur secundum hominem, quod nec de illis uideo quo modo accipi possit, qui increduli fuerunt in diebus Noe, non enim eos in carne uixisse scriptum est aut credi potest ideo solutos inferni dolores, ut, qui inde liberarentur, carnem ad luendam poenam reciperent. quid est ergo 'ut iudicentur secundum homines in carne, uiuant autem secundum deum spiritu'? an forte praestitum est eis, quos apud inferos Christus inuenit, ut per euangelium uiuificarentur spiritu, quamuis futura resurrectione in carne iudicandi sint, ut per aliquam carnis poenam transeant in regnum dei? quod si ita est, cur hoc tantum de illis, qui quondam non credide-

6 I Petr. 3, 20 13 cf. p. 521, 8

2 uiuat, *m. 1 corr.* uiuant *K* 3 spiritu] in spiritu *K sec. Vulg.* 5 si *om. PG* (*m. 2 add.*) 6 opin•or | •erunt *F* opinio rerum *A* opiniores erunt *K* 7 quo *C* 9 uuant *G* 10 spiritu] in spiritu *K sec. Vulg.* iudicentur *P* 12 si ut] sicut *PG* 13 inferni *K* 14 qui• (d *eras.*) *P* 15 cum] in *K* acceperunt ut in eadem *K* 19 dolores inferni *edd.* laborarentur *A* 21 hominem *K* 22 in spiritu *K sec. Vulg.* praestitum. *m. 1 corr.* quod praestitum *C* hoc praestitum *MFAPG edd.* 24 futura] in futura *l r m* resurrectio, *m. 2* resurrectione *G* 25 transeat *M* (*m. 1 corr.* transeant) *G* (*m. 2* transeant) 26 de *om. P*

runt in diebus Noe, ac non etiam de ceteris, quos illic Christi uisitatio † comperit per euangelii praedicationem spiritu reuixerunt postea transitoria poena in carne iudicandi? quod si de omnibus acceperimus, manet quaestio, quare Petrus eos tantum commemorauit, qui tunc increduli fuerunt, cum fabricaretur arca.

12 Mouet etiam illud, quod hi, qui de hac re conantur reddere rationem, ideo dicunt Christo ad inferos descendente his, qui ibi inuenti sunt, illa loca poenalia tamquam carceres exinanitos, quia non audierant euangelium, quod illis uiuentibus nondum toto orbe praedicabatur, et iustas habebant causas, cur non credidissent, quod eis non fuerat adnuntiatum; deinceps autem non habituros excusationem, qui praedicationem euangelii per omnes gentes celebratam diffusamque contemnunt; et ideo illis tunc euacuatis carceribus iam iustum restare iudicium, quo contumaces et infideles etiam aeterno igne puniantur. nec adtendunt, qui hoc sentiunt, hanc excusationem habere posse omnes, qui etiam post resurrectionem Christi, antequam ad eos euangelium perueniret, ex hac uita emigrarunt. neque enim, posteaquam dominus remeauit ab inferis, nemo permissus est ire ad inferos nisi audito euangelio, cum tam multi morerentur toto orbe terrarum, antequam ad eos haec adnun-

1 an, *m. 2* ac *P* de ceteris] de ceteris intelligatur *C* 2 *post* comperit *in marg. m. 2 add.* dicit̃ *M* per, *m. 2* et per *G* per euangelii praedicationem] euangelii praedicatione *K* 4 hominibus, *m. 2* omnibus *G* acciperimus *FG* (*corr.* acceperimus) 7 ii *flrm* redde, *m. 1 corr.* reddere *F* 8 Xp̃m *P* descendisse *P* iis *flrm* quib; (b; *eras.*) | *G* 9 illa] in illa *P* 10 qui *K flrm* audierunt *K* euangelium *om. K* 11 istas *K* 12 fuerat (n *eras.*) *P* 14 celebratam] praedicatam *K* diffusam quae *A* 15 tunc *in fine u. om. A* restaret *K* 16 contumaces et infideles, *m. 2 supra* infideles et contumaces *G* aeterno—etiam *om. A* puniatur *M* (*m. 1 corr.* puniantur) *P* 17 hoc] haec *C* 18 antequa *C* 19 uitae (*fuisse e ?*) *M* migrarunt *MF* (*m. ut uid. 1 corr.* emigrarunt) *G* migrauerunt *K* emigrasse, *in marg. m. 2 add.* sem *P* 20 ab inferis nemo] ad uitã ab inferno *P* 21 ire] iterum ire *P edd.* tam] iam *K* tam *M* mihi. *m. 2* multi *G* 22 toto] in toto *MFA* antequi, *m. 2* antequam *C*

tiatio perueniret. qui omnes habebunt excusationem, quae ablata dicitur eis, quibus dominus, cum uenisset, quia ante
13 non audierant, in inferno dicitur praedicasse, nisi forte dicatur etiam istos, qui post domini resurrectionem nondum sibi adnuntiato euangelio mortui sunt siue moriuntur, illic apud inferos audire potuisse uel posse, ut illic credant, quod de Christi ueritate credendum est, et habeant etiam ipsi remissionem ac salutem, quam illi meruerunt, quibus ibi Christus adnuntiauit. neque enim, quia rursus ascendit Christus ab inferis, ideo ibi fama eius extincta est; nam et hinc ascendit in caelum et tamen eius adnuntiatione, qui in eum crediderint, salui erunt. ideo quippe exaltatus est et donatum est ei nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine eius omne genu flectatur non solum caelestium et terrestrium uerum etiam infernorum. sed hanc opinionem si admittimus, qua putari potest homines, qui, cum uiuerent, minime crediderunt, posse in Christum apud inferos credere, quis ferat, quae consequuntur absurda fideique contraria? primum, ne frustra dolere uideamur eos, qui sine ista gratia de corpore exierunt, frustraque curam gerere atque instanter hortari, ut eam homines, priusquam moriantur, percipiant, ne sempiterna

12 Phil. 2, 9—10

1 quis (a *eras.*) *P* habebant *P* 2 ablatur dicitur *M* (*m. 2* ablata dicitur) *F* quibus dominus] quos dominus redemit *P* cuenisset, *m. 2* cum uenisset *G* qui *MFA* antea *P* 3 audierunt *K* in *om. M* dicitur] dici dñm *P* praedicasse *A* 4 istis *P* post] ante *P* annuntiatio *A* 5 illi capud *m. 1 corr. M* illi (*m. 2* illic) apud *P* 6 audire] nec audire *P* potuisse se (se *del.*) *C* posse] post se *M* (t *eras.*) *F* de Christi *om. K* 7 et] ut *P* habebant *A* 8 adnuntiatur, *m. 2* adnuntiabatur *G* 9 rursus, *in marg. m. 2* ꝛ sursū *M* Christus *om. K* ibi *om. MFA* 10 flamma *G* 11 crediderunt *K* erunt] sunt *K* 13 omnē (~ *eras.*) genu *A* 15 etiam] etiam et *KA* admittamus *P* 18 consequantur *K* absurda] absurda sunt *G* fideique s contraria *P* 19 dolore *M* (*m. 1 corr.* dolere) *A* uideatur *P* 20 frustra quieturam, *m. 2* frustraque curam *G* 21 ne] si *P* sempiternā (~ *eras.*) *A*

morte puniantur. aut, si illi tantum apud inferos inutiliter atque infructuose credunt, qui euangelio sibi adnuntiato hic credere noluerunt, illis autem proderit credere, qui non hic contempserunt, quod audire minime potuerunt, aliud sequitur absurdius, ut hic non sit euangelium praedicandum, quoniam omnes utique morituri sunt et sine ullo reatu contempti euangelii uenire ad inferos debent, ut eis prodesse possit, cum ibi crediderint, quod sentire impiae uanitatis est.

V 14 Quam ob rem teneamus firmissime, quod fides habet fundatissima auctoritate firmata: Quia Christus mortuus est secundum scripturas et quia sepultus est et quia resurrexit tertio die secundum scripturas et cetera, quae de illo testatissima ueritate conscripta sunt. in quibus etiam hoc est, quod apud inferos fuit solutisque eorum doloribus, quibus eum erat inpossibile teneri, a quibus etiam recte intellegitur soluisse et liberasse, quos uoluit, corpus, quod in cruce reliquerat, in sepulcro positum recepisse. in illa uero, quam proposuisti, de uerbis Petri apostoli quaestione quoniam, quae me moueant, perspicis et alia fortasse, si diligentius discutiantur, possunt mouere, uel apud nos ea cogitando uel. quos dignum est et possumus, consulendo quaeramus.

15 Considera tamen, ne forte totum illud, quod de conclusis in carcere spiritibus, qui in diebus Noe non crediderant, Petrus

10 I Cor. 15, 3—4 14 Act. 2, 24

1 tantum] tum *P* atque inutiliter *K* 2 fructuose, *m. 2* infructuose *P* euangelio Xp̄i sibi *M* 4 sequetur *K* 6 ullu, *m. 1 corr* ullo *M* contempti (i *ex ras.*) euangelii *P* contempto euuangelio *G* 9 fideꝰ *F* 10 est mortuus *M* 12 tertia *FAPG edd. sec. Vulg.* 13 testissima, *ras. corr. uid.* certissima *P* certissima *K* 15 erat eum *K* deteneri *F* (*m. 1 corr.* detineri) *G* (*m. 2* detineri) detineri *KMAP* 16 corpus] et corpus *P* 17 recepit *C* in illo *A* 19 me *om. A* conspicis *K* alia] *m. 2 corr. corruptum, ut legi nequeat* (*fuitne* alios *?*) *C* si *om.*, *m. 2 add. G* diligentis *C* 20 discutiatur *M* (*m. 1 corr.* discutiantur) *FAG* (*m. 2* discutiantur) *pr.* uel] uelut *K* 21 et] ut *AG* et si *P* 22 considerare *K* 23 crediderunt *K*

apostolus dicit, omnino ad inferos non pertineat, sed ad illa potius tempora, quorum formam ad haec tempora transtulit. illa quippe res gesta forma fuerat futurorum, ut hi, qui modo non credunt euangelio, dum in omnibus gentibus aedificatur ecclesia, illis intellegantur esse similes, qui tunc non crediderunt, cum fabricaretur arca, illi autem, qui crediderunt et per baptismum salui fiunt, illis comparentur, qui tunc in eadem arca salui facti sunt per aquam. unde ait: Sic et uos simili forma baptisma saluos facit. ad hanc igitur formae similitudinem cetera etiam de incredulis coaptemus et non suspicemur, quod apud inferos ad faciendos fideles atque liberandos euangelium praedicatum sit uel adhuc etiam praedicetur, quasi et ibi sit ecclesia constituta.

16 Ad illum ergo sensum, qui te mouet, ideo uidentur adtracti, qui hoc Petrum sensisse crediderunt, quia dixit conclusis in carcere spiritibus praedicatum, quasi animae non possint intellegi spiritus, quae tunc erant in carne atque ignorantiae tenebris uelut carcere claudebantur, de quali carcere se desiderat liberari ille, qui dicit: Educ de carcere animam meam, ut confiteatur nomini tuo, quae alibi umbra mortis appellatur, de qua non utique apud inferos sed hic liberati sunt, de quibus scriptum est: Qui sedebant in umbra mortis, lumen ortum est eis. illis autem in diebus Noe frustra praedicatum est, quia non crediderunt, cum expectaret eos dei patientia per tempus tot annorum, quibus arca eadem

8 I Petr. 3, 21 19 Ps. 141, 8 22 Es. 9, 2

1 pertineant (*post.* n *m. 2 exp.*) *P* ad *om. G* 3 fuerant *K* ii *flrm* 4 in *om. K* 5 intellegatur *F* esse *om. K* similis *F* 6 credunt *C* 7 fiant, *m. 1 corr.* fiunt *M* conparetur *F* comparentur *K* 8 arca *om. K* similis forma baptismi *P* 10 incrudelis *A* 12 praedicentur (n *del.*) *C* 13 et *om.*, *m. 1 add. F* 14 mouit *KMFP* ide, *m. 1* (*?*) *corr.* ideo *P* 15 petrū (*fuit* s) *F* qua *K* 16 possunt *MFG* (*m. ut uid. 1 corr.* possint) 17 qui *MFA edd. praeter m* . atque] atque in *P* 18 uelut] uelut in *P* cludebantur *KP* se *om. K* 20 confite///ar (*parua ras.*) *P* 22 qui sedebant—praedicatum est *om. A* 24 qui, *m. 1 corr.* quia *F* 25 sapientia *K*

fabricata est — nam eius etiam fabricatio quodam modo praedicatio fuit —, sicut modo similes eorum non credunt, qui sub eadem forma ignorantiae tenebris uelut carcere concluduntur frustra intuentes ecclesiam toto mundo construi imminente iudicio tamquam diluuio, quo tunc omnes increduli perierunt; ait quippe dominus: Sicut in diebus Noe ita erit et in diebus filii hominis. manducabant, bibebant, nubebant, uxores ducebant, donec intrauit Noe in arcam; uenit diluuium et perdidit omnes. sed quia ea res gesta etiam rem futuram significabat, ideo ibi diluuium et baptismum significauit fidelibus et infidelibus poenam, sicut in figura non rei gestae sed tantum modo dictae, quod de lapide scriptum est, quo significatus est Christus, duo quaedam praenuntiata sunt, et infidelibus offendiculum et fidelibus aedificium. aliquando autem in eadem figura uel gesta uel dicta etiam duae res unum aliquid significant, sicut fideles significauerunt ligna, quae in arcae fabricam coaptata sunt, eosdemque etiam octo animae, quae in eadem arca liberatae sunt, quo modo in illa euangelica similitudine de ouili idem ipse Christus est et pastor et ianua.

VI 17 Nec moueat ad impediendum istum intellectum, quod eundem Christum dixit apostolus Petrus praedicasse illis in carcere conclusis, qui quondam non crediderant in diebus Noe, ut ideo non arbitremur hoc intellegendum, quia illo tempore

6 Luc. 17, 26—27; Matth. 24, 37—39 12 Ps. 117, 22; Es. 8, 14: 28, 16; Dan. 2, 34; 45; Matth. 21, 42; 44; Luc. 20, 17—18; Act. 4, 11: Rom. 9, 33 17 Ex. 26, 25; 36, 30; I Petr. 3, 20 19 Ioh. 10, 7; 11

1 fabricato, *m. 1 corr.* fabricatio *M* 3 forma] forma in *P* uelut] uelut in *P* 5 tamqui *C* qui *FG* (*m. 2* quo) 6 Noe ita erit et in diebus *bis A* 7 et *om. K* 8 in arca *P* 9 et *om. K* 10 futuram rem *edd.* 12 figurâ *K* gestae sed (*fuit* s) *P* 13 scriptum] dictum *K* quod *F* in quo *P* 14 offendiculum et fidelibus *om. K* 16 aliquid unum *edd.* 17 ligna *om. K* fabrica *KPG* coapta *K* 18 animae octo *edd.* 19 deo uili *M* 20 Christus] dominus christus *C* 21 ad impedimtum, *m. 2* impedimdum *M* ad inpedimentum *FA*

nondum uenerat Christus. nondum enim uenerat sed in carne, sicut uenit, quando post haec in terra uisus est et cum hominibus conuersatus est. uerum tamen ab initio generis humani uel ad arguendos malos sicut ad Cain ac prius ad ipsum Adam uxoremque eius uel ad consolandos bonos uel ad utrosque admonendos, ut alii ad salutem suam crederent, alii ad poenam suam non crederent, ipse utique non in carne sed in spiritu ueniebat uisis congruis adloquens, quos uolebat, sicut uolebat. quod autem dixi 'in spiritu ueniebat', et ipse quidem filius in substantia deitatis, quoniam corpus non est, utique spiritus est. sed quid facit filius sine spiritu sancto uel sine patre, cum inseparabilia sint omnia opera trinitatis?

18 Ipsa quoque scripturae uerba, de quibus agitur, satis hoc, ut puto, indicant eis, qui diligenter adtendunt: Quia Christus, inquit, semel pro peccatis nostris mortuus est iustus pro iniustis, ut nos adducat deo, mortificatus quidem carne, uiuificatus autem spiritu, in quo et his, qui in carcere erant conclusi, spiritibus adueniens praedicauit, qui increduli fuerant aliquando in diebus, quibus expectabat dei patientia, in diebus Noe, cum fabricaretur arca. iam, ut arbitror, adtenditur ordo uerborum: Christus mortificatus carne, uiuificatus autem spiritu, in quo spiritu adueniens praedicauit et illis spiritibus, qui increduli fuerant aliquando in diebus Noe, quoniam prius, quam ueniret in carne pro nobis moriturus, quod semel

2 Bar. 3, 38 14 I Petr. 3, 18—20

1 sed *in ras. m. 1 A* sed *del. G* sed *om. P* scilicet *edd.* 2 in terris *CP sec. Vulg.* 4 ac] hac *C* 6 ad *om. A* ut] et *M* (*m. 2* ut) *A* 8 uisi. *m. 1 corr.* uisis *F* 9 dixit *codd.* 10 est *om. K* 11 est *om. MG* scs *A* 12 sunt *MACG* (*m. 2* sint) 16 pro iniustus, *punctis m. 1 corr.* pro iniustis *M* uos *KMFCP* 17 his] in his *G* iis *f l r m* 18 conclusi erant *MFAPG edd.* erant (*om.* conclusi) *K sec. Vulg.* 19 fuerunt *K* in diebus quibus] in diebus illis quando *P* quando *edd.; cf. p. 522, 11* 20 expectabat̃ *M* expectabant (n *exp.*) *F* patientiã (~ *m. 2*) *F* 21 attendatur *G* ordo] forma *edd. praeter m* 23 aduenies Xp̃s praedicauit *M* 24 fuerunt *K*

fecit, saepe antea ueniebat in spiritu, ad quos uolebat, uisis eos admonens, sicut uolebat, utique in spiritu, quo spiritu et uiuificatus est, cum in passione esset carne mortificatus. quid est enim, quod uiuificatus est spiritu, nisi quod eadem caro, qua sola fuerat mortificatus, uiuificante spiritu resurrexit?

VII 19 Nam quod fuerit anima mortificatus Iesus, hoc est eo spiritu, qui hominis est, quis audeat dicere, cum mors animae non sit nisi peccatum, a quo ille omnino immunis fuit, cum pro nobis carne mortificaretur? si enim omnium hominum animae ex illa una sunt, quae sufflata est primo homini, per quem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors et ita in omnes homines pertransiit, aut non est inde anima Christi, quoniam nullum habuit omnino peccatum uel originale uel proprium, propter quod ei mors debita uideretur — pro nobis eam quippe, quam non debebat, exoluit, in quo princeps mundi mortisque praepositus nihil inuenit; neque enim absurdum est, ut, qui primo homini animam creauit, crearet et sibi — aut, si et ipsa inde est, eam suscipiendo mundauit, ut sine ullo prorsus peccato uel perpetrato uel traducto ad nos ueniens de uirgine nasceretur. si autem animae non ex illa una propagantur et sola ex Adam caro trahit originale peccatum, ita sibi creauit animam dei filius, ut ceteris creat, quam non tamen carni peccati miscuit sed similitudini carnis peccati. sumpsit enim ex uirgine ueram quidem carnis substantiam, non tamen peccati carnem, quia

11 Rom. 5, 12 16 Ioh. 14, 30; 12, 31; Hebr. 2, 14 23 Rom. 8, 3

2 et] utique et *C* 3 quod *A* 4 enim est *M* 5 resurrexerit *A* 9 si, *m. 2* siue *G* 10 exufflata *C* insufflata *KM edd.* 12 aut si non *P* 13 quoniam] quę *P* omnino habuit *K* 15 debeat *FG* (*m. ut uid. 2* debebat) habebat *P* 16 praepositis, *m. 1 corr.* praepositus *C* 17 primi hominis *P* 18 et *ante* ipsa *om. K* est | et eam *P* 19 petrato *A* perpetrando *M* 20 sicut (cut *eras.*) *P* 21 anima *P* propagatur *F* (*m. 1 corr.* propagantur) *P* Adam] eadem *P* 23 qua, *m. 2* quā *C* carni] cum carne *P* similitudini (*postr. l. m. ut uid. 1 in ras.*) *M* similitudine *G* in similitudinem *P* 24 peccati] peccati fecit *P* enim *om. M* 25 carnis *om. K*

non ex carnali concupiscentia siue seminatam siue conceptam, mortalem sane ac per aetates mutabilem tamquam carni peccati sine peccato simillimam.

20 Ac per hoc, quaecumque de anima opinio uera sit, quarum
5 nullam temere adfirmare adhuc audeo nisi tantum illam repudiare, qua creduntur animae pro meritis nescio quorum superiorum actuum suorum singulae in singula corpora tamquam in carceres trudi, certe anima Christi non solum inmortalis secundum ceterarum naturam sed etiam nullo mortificata
10 peccato uel damnatione punita est, quibus duabus causis mors animae intellegi potest, et ideo non secundum ipsam dici potuit Christus uiuificatus spiritu. in ea re quippe uiuificatus est, in qua fuerat mortificatus. ergo de carne dictum est; ipsa enim reuixit anima redeunte, quia ipsa erat mortua
15 anima recedente. mortificatus ergo carne dictus est, quia secundum solam carnem mortuus est, uiuificatus autem spiritu, quia illo spiritu operante, in quo, ad quos uolebat, ueniebat et praedicabat, etiam ipsa caro uiuificata surrexit, in qua modo ad homines uenit.

21 20 Proinde etiam illud, quod postea dictum est de incredulis: Qui reddent rationem ei, qui paratus est iudicare uiuos et mortuos, non est consequens, ut eos hic intelle-

21 I Petr. 4, 5

1 coeptâ *P* 2 sane] tamen *K* carnis *CP* (s *eras.*) 4 quacumque, *m. 2* quaecumque *P* uera] uisa *F* 5 nullum, *m. 2* nullam *MG* nullum *FA* audeo] non audeo (non *del.*) *G* 7 tamquam in carceres trudi *om., a. m.* propagari *supra add. F* 8 carcere *P* 9 naturâ (â *ex ras., fuisse uid.* arũ) *A* etiam] eo iam *MFACP* (*corr.* etiam) *G* (*m. 2* etiam) ea iam *a* 12 dicit (t *del.*) potuit (potuit *m. 2 del.*) *C* quippe re *K* re *om. F* (*m. 1 add.*) *P* 14 reuixit quae anima *K* redeunte—anima *om. K* 15 recedente mortificata est. mortificatus ergo *K* dictus est *F* 16 mortuus] mortificatus *K* 17 illo operante, *m. 1 corr.* illo spũ operante *M* quos (q *eras.*) *F* quosdam *C* uolebat *om. codd.* (*in M m. 2 add.*) *a e f* 18 ipsius *P* 21 ratione mei *uirgulis corr. M* uiuos et mortuos iudicare *edd.* 22 ut *om., m. 1 add. P*

gamus mortuos, qui de corpore exierunt. fieri enim potest. ut mortuos dixerit infideles, hoc est in anima mortuos. de qualibus dicitur: Dimitte mortuos, sepeliant mortuos suos, uiuos autem, qui credunt in eum non frustra audientes: Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis et inluminabit te Christus, de qualibus etiam ipse dominus dicit: Veniet hora et nunc est, quando mortui audient uocem filii dei et, qui audierint, uiuent. proinde etiam quod sequitur et dicit Petrus: Propter hoc et mortuis euangelizatum, ut iudicentur quidem secundum homines in carne. uiuant autem secundum deum spiritu, non cogit apud inferos intellegi. propter hoc enim in hac uita et mortuis euangelizatum est, id est infidelibus et iniquis, ut, cum crediderint, iudicentur quidem secundum homines in carne. hoc est in diuersis tribulationibus et ipsa morte carnis. unde idem apostolus alio loco dicit tempus esse, ut iudicium incipiat a domo domini. uiuant autem secundum deum spiritu, quia et in ipso fuerant mortificati, cum morte infidelitatis et impietatis detinerentur.

22 Haec expositio uerborum Petri cui displicet uel cui, etiamsi non displicet, non tamen sufficit, quaerat ea secundum inferos intellegere. qui si ualuerit illa, quibus me moueri supra commemoraui, ita soluere, ut eorum auferat dubitationem, impertiat et mihi. quod si factum fuerit, poterunt illa uerba utroque modo intellegi; ista sententia de nulla falsitate conuincitur.

3 Matth. 8, 22; Luc. 9, 60 5 Eph. 5, 14 6 Ioh. 5, 25 9 I Petr. 4, 6 16 I Petr. 4. 17

2 in *om. F* 3 dimittite (ti *exp.*) *F* sepelire *G sec. sacr. litt.* ut sepeliant *P edd.* 4 audiens *P* 6 te] ibi, *m. 2* tibi *P* uenit *a e m sec. sacr. litt.* 9 hoc et] hoc etiam *K* hoc enim et *m; cf. p. 531. 1* mortuus *A* euangelizatum est ut *KP edd.; cf. p. 531, 1* 11 in spiritu *K; cf. p. 531, 3* 12 hoc] ea *MF* et mortuis in hac uita *K* 16 dicit] ait *C* est *K* 17 uiuat, *m. 1 corr.* uiuant *C* 18 in spiritu *K* fuerat *C* 21 tamen *om. K* eā *P* 24 potuerint, *m. 2* ut potuerint *G* potuerunt *m* 25 ista] si ista *K* sed ista *m* de nulla facultate (*m. 2* t falsitate) *G* a nullo usitata *P*

ad illas autem quaestiones, quas ante misisti, excepta dei uisione per corpus, unde maius opus moliendum est, ut potui, respondi et per Asellum diaconum misi, quod te accepisse iam puto. in recenti autem commonitorio tuo, cui nunc respondi, duo quaesieras, quorum utrumque tractatum est, unum latius alterum breuius, de Petri scilicet apostoli uerbis et de anima domini. exemplum sane litterarum tuarum, quae continent interrogationem, utrum dei substantia corporaliter uelut in loco uideri possit, et apud nos nescio quo modo aberrarunt nec inueniri, cum diu quaererentur, potuerunt, iterum admoneo mittere ne graueris.

CLXV.

DOMINIS VERE SANCTIS ATQUE OMNI OFFICIORUM CARITATE VENERANDIS FILIIS MARCELLINO ET ANAPSYCHIAE HIERONYMUS IN CHRISTO SALUTEM.

I 1 Tandem ex Africa uestrae litteras unanimitatis accepi et non me paenitet inpudentiae, qua tacentibus uobis epistulas

1 autem] enim *A* 2 per corpus *om. K* 3 per⁊ *F* diaconem *K* te *om. P* accipisse, *m. 1 corr.* accepisse *M* 4 recenti/// | (*ras. 1—2 l.*) *M* 5 tractum *CP* (*m. 2* tractatum) 6 uerbis apostoli *PG* 7 exemplaria *K* 9 aberrauerint *a* aberrauerunt *cett. edd.* 10 admoneo] admoneo ne (ne *m. 2 del.*) *P* 11 ne graueris] negaueris *AP*

P = *cod. Parisinus 12163 s. IX.*
K = *cod. Coloniensis 60 s. IX.*
V = *cod. Vaticanus 355 s. IX—X.*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
R = *cod. Vaticanus 341 s. X—XI.*
F = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P*¹ = *cod. Parisinus 1790 s. X—XI.*
*P*² = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
G = *cod. Gottuicensis 14 (33) s. XII in.*

13 omni] omni uere *P*¹ officiorem *P* 14 filiis *ex ras.* (*fuitne* filius *?*) *F* marcello *R* anapsyciae *FA* anapsiciae *P*² anapsycie *P* anapsytię *M* anapsatię *G* 16 afria, *m. 1* (*?*) *corr.* africa *K* uestras, *sed* s *in ras. m. 3 F* litteras *om. P*¹ un⁊animitatis (*fuit* i) *K* 17 me *om. PKVR* meae *P*² paenitet *om. P*² inpuditie, *m. 1 corr.* inpudentie *M*

meas frequenter ingessi, ut rescriptum mererer et uos esse sospites non aliis nuntiantibus sed uestro potissimum sermone cognoscerem. super animae statu memini uestrae quaestiunculae, immo maximae ecclesiasticae quaestionis, utrum lapsa de caelo sit, ut Pythagoras philosophus omnesque Platonici et Origenes putant, an ἀπόῤῥοια dei substantiae, ut Stoici. Manichaeus et Hispana Priscilliani haeresis suspicantur, an in thesauro habeantur dei olim conditae, ut quidam ecclesiastici stulta persuasione confidunt, an cotidie a deo fiant et mittantur in corpora secundum illud, quod in euangelio scriptum est: Pater meus usque modo operatur et ego operor, an certe ex traduce, ut Tertullianus, Apollinaris et maxima pars occidentalium autumat, ut quo modo corpus ex corpore sic anima nascatur ex anima et simili cum brutis animantibus condicione subsistat. super quo quid mihi uideretur, in opusculis contra Rufinum olim scripsisse me noui aduersus eum libel-

11 Ioh. 5, 17

1 ing*essi (r *eras.*) *KF* ingressi *PM* (r *m. 2 exp.*) *A* rescripta *G* mereorer *P* sospites esse *R* 2 sospes *PK* (*m. 2* sospites) *V* potissimo *PK* (*m. 2* potissimum) *V* potentissimum *A* sermone *cum ras. super postr. l. M* 3 anima est*atu (*fuit* i) *m. 2 corr. P*^{2} statum *PKVM* (m *del.*) questiunculae (uesti *ex corr. m. 3*) *F* 5 philo *V* phylo. | *F* philo. *MR* philo, *m. 2* philo' *P* phylo. *P*^{1} 6 origenes, *m. 2 supra* origenis *sed eras. K* origenis *M* aNaporria *FA* anaporria *MP*^{2} an porro ea *P*^{1} anima porro ea *PK* (porro ea *exp. m. 2 supra* aN pars) *V* an ab horrea, *m. 1 (?) corr.* an ab horta *G* an illapsa ex *R* an a propria *edd.; emendaui* an ἀπόῤῥοια substantia *R edd.* 7 manic//heus (c *ex ras.*) *M* maniae haeus *F* *manicheus (*fuit* a) *A* hispania (*post.* i *m. 2 exp.*) *M* hispaniae *RA* spanię *PVG* spanie, *m. 2* hispanie *K* hispanus ac *P*^{2} hereses *K* (*m. 2* heresis) *RAP*^{2} suspicantur (n *exp.*) *K* 8 reconditae *R* quidem *P* ecclesiasticae *V* 9 stultu (*sic!*) *P* 11 ego] eo *P* 12 extra duce *m. 1 (?) corr. M* tullianus *P* et *om., m. 1 add. M* 13 autumant *G edd.* 15 subsistat (bsis *ex corr. m. 3*) *F* consistat *G* quo qd *cum parua ras. super utrumque* q *G* quod (*om.* quid; d *m. 3 exp.*) *F* uidetur *PK* (*m. 2* uideatur) *VRP*^{1} 16 contraru (u *ex corr. m. 2*) finum *m. 2 corr. K* olim *om. PKVR edd.* aduersum *P*

lum. quem sanctae memoriae Anastasio, episcopo Romanae ecclesiae, dedit, in quo lubrica et subdola, immo stulta confessione, dum auditorum simplicitati inludere nititur, suae fidei, immo perfidiae inlusit. quos libros reor sanctum parentem uestrum habere Oceanum; olim enim editi sunt multas Rufini libri aduersus nos calumnias respuentes. certe habes ibi uirum sanctum et eruditum Augustinum episcopum, qui uiua, ut aiunt, uoce docere te poterit et suam, immo per se nostram explicare sententiam.

II 2 Ezechielis uolumen olim adgredi uolui et sponsionem creberrimam studiosis lectoribus reddere, sed in ipso dictandi exordio ita animus meus occidentalium prouinciarum et maxime urbis Romae uastatione confusus est, ut iuxta uulgare prouerbium proprium quoque ignorarem uocabulum, diuque tacui sciens tempus esse lacrimarum. hoc autem anno, cum tres explicassem libros, subitus impetus barbarorum, de quibus tuus dicit Vergilius: 'Lateque uagantes Barcaei' et sancta scriptura de Ismahel: Contra faciem omnium fratrum

15 Eccle. 3, 4 17 Verg. Aen. IV 42–43 18 Gen. 16, 12

1 sacę (a *exp.*) *M* romana *K* (*m. 2* romanae) *F* (*m. 3* romanae) 2 edidit *PKVR* confessione—fidei *om.*, *in marg. m. 1 add. M* 3 adiutorum, *m. 2* auditorum *M* simplicitati, *m. 2* simplicitatę *M* 4 perfidei *F* reor *in fine pag. om. F* 5 habitare *A* oceanum (s *eras.?*) *R* edita P^1 multis *PKVMFA*P^2*G edd.* rufinis *V* 6 libris *PKVMR* (s *eras.*) *FAG edd.* aduersus, *m. 2 supra* ł aduersas *K* aduersas *R* aduersum *MG* nos *om. PKVR edd.* respondentes *edd.* 7 ut aiunt *om.*, *in marg. m. 1 add. G* 8 per se *om. G* 10 ezechieles, *m. 1 (?) corr.* ezechielis *F* uolim, *sed* u (*m. 1 ?*) *del. M* uoluit P^1 sponsione creberrima *G* crebrerrimam *VM* creberrimam (rimam *in ras. m. ut uid. 1*) *F* 11 studiosus, *corr.* studiosis *V* 12 maximae *MA*P^2 13 uastatione *cum ras. super* e *M* confusus, *in marg. m. 1* ł confossus *M* prouerbum *P* 14 ignorare *V* ignorem *F* 16 barbarorum, *sed* orum *in ras.* (*m. 1 ?*) *G* 17 tuis *P* uergilius, *m. 2* uirgilius *K* uirgilius *MRFA*P^1P^2*G a r m* lateque] longe lateque P^2 barchaei *KVF* barchei *MRA*P^2*G* brachei *P* bacchaei P^1 sacra *M* sancta inquid P^2 18 fratrum tuorum *MF*P^2 inimicorum tuorum *G*

suorum habitabit, sic Aegypti limitem, Palaestinae, Phoenices, Syriae percucurrit ad instar torrentis cuncta secum trahens, ut uix manus eorum misericordia Christi potuerimus euadere. quod si iuxta inclitum oratorem 'silent inter arma leges', quanto magis studia scripturarum, quae et librorum multitudine et silentio ac librariorum sedulitate, quodque uel proprium est, securitate et otio dictantium indigent! duos itaque libros misi sanctae filiae meae Fabiolae, quorum exempla, si uolueris, ab ipsa poteris mutuari; pro angustia quippe temporis alios describere non potui. quos cum legeris et uestibula uideris, facilis coniectura erit, qualis ipsa futura sit domus. sed credo in dei misericordia, qui nos adiuuit in difficillimo principio supra dicti operis, quod ipse adiuuet et in paene ultimis prophetae partibus, in quibus Gog et Magog bella narrantur, et in extremis, in quibus sacratissimi et inexplicabilis templi aedificatio, uarietas mensuraque describitur.

III 3 Sanctus frater noster Oceanus, cui uos cupitis commendari, tantus ac talis est et sic eruditus in lege domini, ut absque

4 Cic. pro Mil. 4, 10 14 Ezech. c. 38—39 15 Ezech. c. 40—48

1 habitauit *V* habitabis *MFP²G* sic et egypti *P* phoenicis *MAP²* *a* p hoenicis *F* foenicis *V* phenicis *KR* phęnicis *P¹* fenicis *PG* Phoenices *cett. edd.* 2 percurrit *FP²* *edd.* se contrahens *M* (*m. 1 corr.* secum trahens) *F* 3 potuerī *P²* 4 oratore *P* legis *FF* annales *R* 5 litterarum *RG* quae *om. P²* multitudine *cum ras. super* e *M* multitudo et silentium *P²* 6 ac *om. P²G* sedulitatem (m *exp.*) *V* sedulitate, *sed* edu *in ras.* (*m. 1 ?*) *G* sed utilitate *M* (ti *del.*) *A* s; utilitatis *P²* quoque uel proprium *P²* quodque proprium (*om.* uel) *PKVR edd.* quoque uel quod primum *G* 7 securitatem (m *exp.*) *V* securitatis *P²* occio *P* 8 libro *P* fabię *ex corr. m. 1* (*fuitne* fatuę *?*) *G* exempla, *m. 2 supra* exemplaria *K* exemplaria *P¹* exemplar *G* 10 describe *P* 11 facilis (*fuitne* l *?*) *F* sit futura *edd.* futurat (*sic!*) *P* futura, *m. 3* factura *F* factura *M* 12 in *om. P¹* misericordia dei *M* misericordia *cum ras. super* a *K* misericordiam *PV* 13 supradicti *A* quo *P* 14 pene ultimis *M* (*post.* e *m. 2 del.*) *G* (*post.* e *m. 1 del.*) penultimis *K* penultimis *RP²* *edd.* 15 *pr.* in *om.*, *m. 1 add. K* sacratissima *K* sacratissimis *A* 18 tantos *P* ac] et *K edd.*

nostro rogatu instruere uos possit et nostram super cunctis quaestionibus scripturarum pro modulo communis ingenii explicare sententiam. incolumes uos et prolixa aetate florentes Christus deus noster tueatur omnipotens, domini uere sancti.

CLXVI.

DE ORIGINE ANIMAE HOMINIS.

11 Deum nostrum, qui nos uocauit in suum regnum et gloriam, et rogaui et rogo, ut hoc, quod ad te scribo, sancte

7 I Thess. 2, 12

1 instruere] docere P^1 nr̃a P 4 dn̄s PP^1 domine P ueri MF

B = *cod. Ambrosianus O 210 sup. s. VII.*
H = *cod. Escorialensis & I 14 s. VIII—IX.*
P = *cod. Parisinus 1862 s. IX.*
P^1 = *cod. Parisinus 12163 s. IX.*
K = *cod. Coloniensis 60 s. IX.*
V = *cod. Vaticanus 355 s. IX—X.*
S = *cod. Sangallensis 159 s. X.*
Q = *cod. Augiensis LII s. X; desinit in p. 555, 6* prophetam.
N = *cod. Atrebatensis 696 (621) s. X; desunt:*
p. 554, 10 sacramentum — *561, 11* non;
p. 569. 1 deficiunt — *572, 11* quis;
p. 576, 5 quia — *579, 9* paruulum;
p. 583, 6 ..... res — *585, 6*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
I = *cod. Escorialensis a II 3 s. X ex.*
R = *cod. Vaticanus 341 s. X—XI.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
C = *cod. Casinensis* 16^{19} *s. XI.*
P^2 = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
P^3 = *cod. Parisinus 4883 A s. XI.*
G = *cod. Gottuicensis 14 (33) s. XII in.*

Aug. Retract. II 45: Scripsi etiam duos libros ad Hieronymum presbyterum sedentem in Bethleem, unum de origine animae hominis ..... hoc opus sic incipit: 'Deum nostrum, qui nos uocauit.' Augustinus ad hieronymum de origine animae *HIC* aug. ad hier. de or. an. epistula *QN* incipit epistula sancti aug. ad hier. de or. an. *K* incipit epistula s. aug. ad hier. presbyterum *S* epistula

tuam, quaeso, ut rescribendo admoneas et me corrigere non graueris. infelix est enim, qui non tantos et tam sanctos tuorum studiorum labores et digne honorat et de his domino deo nostro, cuius munere talis es, gratias agit. unde cum libentius debeam a quolibet discere, quod inutiliter ignoro, quam promptius quoslibet docere, quod scio, quanto iustius hoc abs te caritatis debitum flagito, cuius doctrina in nomine et adiutorio domini tantum in Latina lingua ecclesiasticae litterae adiutae sunt, quantum numquam antea potuerunt! maxime tamen istam sententiam: Quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus si quo alio modo melius exponi posse nouit dilectio tua, per dominum obsecro, uti nobiscum communicare digneris.

1 scribendo *K* 2 et tam] etiam P^1K (*m. 2 supra* ł et tã) *VR* sanctorum *I* 3 laboraes P^1 laborares (ra *m. 2 exp.*) *K* dignissime *H* honoret *C* 4 nostra *H* est P^1C agat *C* cum] cu P^1 5 discere—quoslibet *om.* P^1 inutiliter—quod *om. P* 6 quoslibet *om. R* dicere *I* quanto iustius] quantotius *R* 7 abs te hoc HP^1KVIRC *edd.* debito *C* huius *H* 8 et in adiutorio *P Eugippi codd. praeter Vat. et Paris. 2109; cf. p. 591, 15* in latinam linguam *H* ecclesiasticae *om. Eugippi cod. Vat.* 10 tamen] ergo *P Eugippi codd. praeter Vat. et Paris. 2109* quicumque autem totam *P Eugippi codd. praeter Vat. et Paris. 2109* obseruaberit *I* 11 aufendat P^1 12 exponi melius P^1VRC *edd.* expone (*m. 1 ? corr.* exponi) melius *K* tua dilectio *edd.* 13 ut, *m. 1 corr.* uti *P* ut id HP^1KVIRC *edd.* Expł epis sci ag ad hier de eo quod script ē qui totã legē seruauer ∴ *K*

CLXVIII.

DOMINO VERE BEATISSIMO ET MERITO VENERABILI PATRI EPISCOPO AUGUSTINO TIMASIUS ET IACOBUS IN DOMINO SALUTEM.

Ita nos refecit et recreauit gratia dei ministrata per uerbum tuum, ut prorsus germane dicamus: Misit uerbum suum et sanauit eos, domine beatissime et merito uenerabilis pater. sane ea diligentia uentilasse sanctitatem tuam textum eiusdem libelli reperimus, ut ad singulos apices responsa reddita stupeamus, siue in his, quae refutare, detestari ac fugere deceat Christianum, siue in illis, in quibus non satis inuenitur errasse, quamuis nescio qua calliditate in ipsis quoque gratiam dei credidit supprimendam. sed unum est, quod nos in tanto beneficio afficit, quia tarde hoc tam praeclarum gratiae dei munus effulsit, si quidem contigit absentes fieri quosdam, quorum caecitati ista tam perspicuae ueritatis inlustratio deberetur; ad quos etsi tardius non diffidimus propitio deo eandem gratiam peruenire, qui uult omnes homines saluos fieri et ad agnitionem ueritatis uenire. nos uero, etsi olim spiritu caritatis, qui in te est, docti subiectionem

5 Ps. 106, 20 17 I Tim. 2, 4

L = *cod. Laurentianus St. Crucis plut. XVIII dextr. 4 s. XIII ex.*
*L*¹ = *cod. Laurentianus St. Crucis plut. XII 6 s. XV.*
U = *cod. Urbinas 84 (118) s. XV.*
F = *cod. Faesulanus, nunc Laurentianus X s. XV.*
*F*¹ = *cod. Faesulanus, nunc Laurentianus XV s. XV.*

Haec epistula ex Aug. libro de gestis Pelagii (c. XXIV 48; CSEL XLII ed. Vrba-Zycha p. 102, 7—103, 3) huc translata est a Maurinis. cf. ep. CXLVI.

4 creauit *F*¹ 5 germani *m* (*in libro de gest. Pel.* germane) 7 ea] ad, *corr.* ea *F*¹ 8 a, *m. 2* ad *F* 9 detestare, *m. 2* detestari *F*¹ ac] aut *m* (*in libro de gest. Pel.* ac) 13 dei *om.*, *m. 2 add.* *L*¹ 14 effulxit *U* effluxit *F*¹ 15 ista *om.* *L*¹*UFF*¹ 16 diffidius *UF*¹ 19 claritatis *m* (*in libro de gest. Pel.* caritatis) subsecutionem, *m. 2* subiectionem *F*¹

eius abiecerimus erroris, in hoc etiam nunc gratias agimus, quod haec, quae ante credidimus, nunc aliis aperire didicimus uiam facilitatis uberiore sanctitatis tuae sermone pandente.

[Et alia manu:] Incolumem beatitudinem tuam nostrique memorem misericordia dei nostri glorificet in aeternum.

CLXIX.

11 Si ea, quae me magis occupant, a quibus in aliud auerti nolo, sanctitas tua nosse tanti habet, mitte aliquem, qui tibi describat. iam enim plura perfecta sunt, quae hoc anno ante pascha propinquante quadragesima a nobis fuerant inchoata. nam tribus illis libris de ciuitate dei contra daemonicolas inimicos eius duos alios addidimus, quibus quinque libris satis disputatum arbitror aduersus eos, qui propter praesentis uitae felicitatem deos colendos putant eamque felicitatem a nobis impediri opinantes Christiano nomini infesti sunt. deinceps dicendum est, sicut primo libro polliciti sumus, aduersus eos, qui propter uitam post mortem futuram necessarium existimant cultum deorum suorum, propter quam uitam nos Christiani

16 de ciu. dei I 36

1 abiecimus *U* 2 hoc L^1 hõc (o *exp.*) *U* didicimus] didimus *U* 3 precidente F^1 4 uestrique, *m. 2* nostrique F^1 nunquam, *m. 2* nostrique *F* 5 merorem L^1 merem, *m. 2* memorem F^1

P = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
T = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*
H = *cod. Mus. Brit. Harl. 3107 s. XIII.*
R = *cod. Vaticanus 494 s. XIII ex.*
V = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
U = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

Incipit epistula beati augustini episcopi ad euodium episcopum de trinitate et columba *P* epistula sancti (*U* beati) augustini ad euodium de trinitate et columba *TVU* augustinus euodio de trinitate et columba *HR* *Inscriptionem om. PVU* augustinus episcopus euodio episcopo *THR edd.* 7 me *om. THRVU* 9 scribat *VU* 13 uitae praesentis *T* 14 deos—felicitatem *om. H* 15 sunt infesti *THRVU*

sumus. dictaui etiam trium psalmorum expositionem non paruis uoluminibus, sexagesimi et septimi, septuagesimi et primi, septuagesimi et septimi. reliqui nondum dictati neque tractati uehementer a nobis expectantur atque flagitantur. ab his me reuocari et retardari inruentibus de transuerso quibuslibet quaestionibus nolo, ita ut nec libros de trinitate, quos diu in manibus uerso nondumque compleui, modo adtendere uelim, quoniam nimis operosi sunt et a paucis eos intellegi posse arbitror. unde magis urgent, quae pluribus utilia fore speramus.

2 Non enim, ut scribis, 'qui ignorat, ignorabitur' de hac re dixit apostolus, tamquam ista poena ille plectendus sit, qui non ualet intellegentia sic discernere ineffabilem trinitatis unitatem, sicut discernitur in animo nostro memoria. intellectus, uoluntas. aliunde hoc dicebat apostolus. lege et uidebis, quod ea loquebatur, quae fidem uel mores multorum aedificarent, non quae uix ad paucorum eamque exiguam. quantulacumque in hac uita de re tanta esse potest, intellegentiam peruenirent, id est ut linguis prophetia praeponeretur. ut non perturbate illa gererentur, quasi prophetiae spiritus etiam inuitos loqui cogeret, ut mulieres in ecclesia tacerent, ut omnia honeste et secundum ordinem fierent. haec cum ageret, ait: Si quis uidetur propheta esse aut spiritalis. cognoscat, quae scribo uobis. quia domini est mandatum. si quis autem ignorat. ignorabitur, his uerbis cohercens et ad pacificum ordinem reuocans inquietos tanto ad seditionem faciliores, quanto sibi

11 I Cor. 14, 38 20 Apoc. 19, 10 21 I Cor. 14, 34: 40 23 I Cor. 14, 37—38

1 expositionemon, *ras. et corr. m. 1* expositiones non *T* expositiones non *HR m* 2 et...et...et *om. R l r m* 6 quod, *m. 1 corr.* quos *R* 7 nondumquia, *signis corr.* quia nondum *R* 12 ille] illa *U* 16 quod ea] ea quę *P* 18 quantalacumque, *m. 1 corr.* quantulacumque *U* quantulăcūque *T* 19 proponeretur *U* 21 cogeret (t *in ras. m. 1. R* 23 esse propheta *edd.* 27 faliores, *m. 2* faciliores *U*

uidebantur spiritu excellere, cum superbiendo cuncta turbarent. si quis ergo uidetur propheta esse aut spiritalis, cognoscat, inquit, quae scribo uobis, quia domini est mandatum. si quis uidetur esse et utique non est; nam qui est, sine dubitatione cognoscit nec admonitione et cohortatione opus habet, quia omnia iudicat et a nemine iudicatur. illi ergo seditiones et perturbationes in ecclesia faciebant, qui uidebantur esse, quod non erant. hos docet cognoscere domini esse mandatum, quia non est seditionis deus sed pacis. si quis autem ignorat, ignorabitur, id est inprobabitur. non enim deus, si ad scientiam referas, ignorat eos, quibus dicturus est: Non noui uos, sed eorum inprobatio hoc uerbo insinuata est.

3 Cum autem dominus dicat: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt, eaque uisio in fine summum praemium nobis promittatur, non est metuendum, si nunc ad liquidum, quae de dei natura credimus, conspicere non ualemus, ne inde sit dictum: Qui ignorat, ignorabitur. quia enim in sapientia dei non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes. haec stultitia praedicationis ac stultum dei, quod sapientius est hominibus, multos contrahit ad salutem, ut non solum qui nondum ualent certa intellegentia conspicere naturam dei, quam fide tenent, uerum etiam qui nondum in ipsa anima sua ita incorpoream substantiam a corporis generalitate discernunt, quem ad modum certi sunt

6 I Cor. 2, 15 8 I Cor. 14, 37 9 I Cor. 14, 33 10 I Cor. 14, 38 12 Matth. 7, 23; Luc. 13, 25; 27 14 Matth. 5, 8 18 I Cor. 1, 21 21 I Cor. 1, 25

2 spiritalis c (c *exp.*) cognoscat *U* 3 inquit *om. P* uobis *in fine u. om. P* 4 si—non est *om. VU* 5 amonitione *V* amotione *U* 8 esse *om. H* esse in ecclesia *edd.* 9 est *in fine u. om. U* 10 id est] et *VU* 12 noui n (n *exp.*) uos *U* 15 nobis in fine summum praemium *THRVU edd.* 17 de *om. T* credimus] sunt *THRVU* 20 deū (eū *in ras. m. 2*) *V* 22 q sapientior *P* 23 certa ualent *edd.* 25 in—modum *om. U* 26 certe *U*

se uiuere, nosse, uelle, non sint alieni a salute, quam stultitia illa praedicationis fidelibus confert.

4 Nam si propter eos solos Christus mortuus est, qui certa intellegentia possunt ista discernere, paene frustra in ecclesia laboramus. si autem, quod ueritas habet, infirmi populi credentium ad medicum currunt sanandi per Christum et hunc crucifixum, ut, ubi abundauit peccatum, superabundet gratia, miris fit modis per altitudinem diuitiarum sapientiae et scientiae dei et per inscrutabilia iudicia eius, ut et nonnulli a corporibus incorporea discernentes, cum sibi ex hoc magni uidentur et inrident stultitiam praedicationis, qua salui fiunt credentes, ab unica uia longe exerrent, quae ad uitam aeternam sola perducit, et multi in cruce Christi gloriantes et ab eadem uia non recedentes, etiam qui ista, quae subtilissime disseruntur, ignorant, quia non perit unus pusillus, pro quibus mortuus est, ad eandem perueniant aeternitatem, ueritatem. caritatem, id est ad stabilem, certam plenamque felicitatem. ubi manentibus, uidentibus, amantibus sint cuncta perspicua.

II 5 Proinde in unum deum patrem et filium et spiritum sanctum firma pietate credamus, ita ut nec filius credatur esse, qui pater est, nec pater, qui filius est, nec pater nec filius, qui utriusque spiritus est. nihil putetur in hac trinitate temporibus locisue distare, sed haec tria aequalia esse et coaeterna et omnino esse una natura, non a patre aliam et a filio aliam et a spiritu sancto aliam conditam esse creaturam, sed omnia et singula, quae creata sunt uel creantur, trinitate creante

7 Rom. 5, 20 8 Rom. 11, 33 15 Matth. 18, 14; Ioh. 17, 12

1 non sunt *THRVU* ideo sint *aeflr* (*l et r in marg.* al. non sunt) ideo non sint *m* a salute alieni *T* a *om. V* (*s. u. m. 2 add.*) *U* 2 confert fidelibus *THRVU* 5 ueritas *om. T* 7 ubi super abundauit *VU* 8 diuitiarum *om. P* 12 fiunt] sunt *U* longe *in fine u. om. T* 14 etiam si ista *edd. praeter a* 15 pusillus] ex pusillis *TVU* ex illis *edd. sec. Ioh. 17, 12* 16 perueniunt *codd. a* aeternitatem] hereditatem *P* 17 stabilem] stabilitatem *P* 18 sunt *Tflrm* 19 unum *om. T* deum *om. THRVU* 22 spiritus sanctus est *VU* 24 una esse natura *THRV* (*m. 2* unã esse naturã) *U*

subsistere. nec quemquam liberari a patre sine filio et spiritu sancto aut a filio sine patre et spiritu sancto aut a spiritu sancto sine patre et filio sed a patre et filio et spiritu sancto uno uero uereque inmortali, id est omni modo incommutabili solo deo. multa autem etiam separatim in scripturis de singulis dici, ut insinuetur quamuis inseparabilis trinitas tamen trinitas, ut, quem ad modum simul dici non possunt, cum sonis corporalibus commemorantur, quamuis simul sint inseparabiliter, ita et quibusdam scripturarum locis et per quasdam creaturas singillatim uicissimque monstrentur sicut pater in uoce, qua sonuit: Tu es filius meus, et filius in homine, quem suscepit ex uirgine, et spiritus sanctus in columbae specie corporali. haec separatim quidem sed nullo modo separata tria illa demonstrant.

6 Ad hoc utcumque intellegendum adsumimus memoriam, intellegentiam, uoluntatem. quamuis enim haec suis separatisque temporibus singillatim singula enuntiemus, nihil tamen horum sine aliis duobus agimus uel dicimus. nec ideo putanda sunt haec tria trinitati sic comparata, ut omni ex parte conueniant; cui enim similitudini in disputando conuenientia tanta conceditur, ut ei rei, cui adhibenda est, omni ex parte coaptetur? uel quando ex creatura ad creatorem aliquid simile adsumitur? primo ergo in hoc inuenitur ista similitudo dissimilis, quod tria haec, memoria, intellegentia, uoluntas, animae insunt, non eadem tria est anima; illa uero trinitas non inest, sed ipsa

11 Marc. 1, 11; Luc. 3, 22; Ps. 2, 7; Matth. 3, 17 Matth. 1, 23; 25; Luc. 2, 7 12 Matth. 3, 16; Marc. 1, 10; Luc. 3, 22; Ioh. 1, 32

1 ..berari—et filio et spiritu *in ras. m. 1 R* et spiritu sancto *om., m. 1 in marg. add. U* 3 et filio sed a patre *om. R* a patre /// (*ras. 1—2 l.*) et *T* 8 corporabilibus (bi *exp.*) insinuantur siue commemorantur *U* 9 ita et (e *m. 2 in ras.; fuitne* u *?*) *V* 13 corporali specie *THRVU* 14 illa tria *HVU* 17 singula singillatim *THRVU* nunciemus *P* 18 uel dicamus *V* (uel *in ras. m. 2*) *U* ut dicamus *PTHR a* aut dicimus *cett. edd.* 19 sunt *om. P* ex omni parte *THVU* ex parte omni *R* 21 ex omni parte *H edd. praeter a* 24 intelligentia memoria *U* 25 ipse *P*

deus est. ideo ibi mirabilis simplicitas commendatur, quia non ibi aliud est esse aliud intellegere uel si quid aliud de dei natura dicitur; anima uero quia est, etiam dum non intellegit, aliud est, quod est, aliud, quod intellegit. deinde quis audeat dicere patrem non intellegere per se ipsum sed per filium, sicut memoria non intellegit per se ipsam sed per intellectum uel potius anima ipsa, cui haec insunt, per intellectum tantum modo intellegit, sicut per memoriam tantum modo meminit et per uoluntatem tantum modo uult? ad hoc ergo adhibetur ista similitudo, ut quoquo modo intellegatur, quem ad modum horum trium in anima cum singula nomina enuntiantur, quibus eadem singula demonstrantur, tamen unumquodque nomen his tribus cooperantibus enuntiatur, cum et reminiscendo et intellegendo et uolendo dicitur, ita nullam esse creaturam, qua uel solus pater uel solus filius uel solus spiritus sanctus demonstretur, quam non simul trinitas operetur, quae inseparabiliter operatur, ac per hoc nec uocem patris nec animam et carnem filii nec columbam spiritus sancti esse factam nisi eadem cooperante trinitate.

7 Nec sane sonus ille uocis, qui continuo esse destitit, coaptatus est in unitatem personae patris nec illa columbae species corporalis coaptata est in unitatem personae spiritus sancti: nam ipsa quoque sicut nubes illa lucida, quae operuit in monte cum tribus discipulis saluatorem, uel potius sicut ille ignis, qui eundem spiritum sanctum demonstrauit, officio significationis impleto mox esse desiuit. sed solus homo, quia propter ipsam naturam liberandam illa omnia fiebant, in unitatem personae uerbi dei, hoc est unici filii dei mirabili et singulari susceptione coaptatus est permanente tamen uerbo

23 Matth. 17, 5; Marc. 9, 6; Luc. 9, 34 24 Act. 2, 3

2 aliud est] est aliud *T* quid de (*om.* aliud) *P* 3 non *om. T* 4 quod est] qdem *P* 8 intellegit *in fine u. om. P* 11 trium horum *T* 16 operetur trinitas *T* 19 operante *P* 20 continue *V* 21 personae *om. T* 22 corporalis *om., m. 1 add. P* 23 illa | illa (*post. m. 2 del.* *P* 26 desunt, *m. 1 corr.* desiuit *R* desinit *U* 27 omnia illa *H*

in sua natura incommutabiliter, in qua nihil compositi, cum quo subsistat ulla phantasia humani animi, suspicandum est. legitur quidem: Et spiritus sapientiae multiplex, sed recte dicitur etiam simplex; multiplex enim, quoniam multa sunt, quae habet, simplex autem, quia non aliud, quam quod habet, est, sicut dictus est filius habere uitam in semet ipso et eadem uita ipse est. homo autem uerbo accessit, non uerbum in hominem conuertibiliter accessit; atque ita et filius dei simul cum homine suscepto dicitur. unde idem filius dei incommutabilis est atque coaeternus patri sed in uerbo solo et sepultus est filius dei sed in carne sola.

8 Proinde, quae de filio dei uerba dicuntur, uidendum est, secundum quid dicantur. non enim homine adsumpto personarum numerus auctus est, sed eadem trinitas mansit. nam sicut in homine quolibet praeter unum illum, qui singulariter susceptus est, anima et corpus una persona est, ita in Christo uerbum et homo una persona est. et sicut homo uerbi gratia philosophus non utique nisi secundum animam dicitur nec ideo tamen absurde sed congruentissima et usitatissima locutione dicimus philosophum caesum, philosophum mortuum, philosophum sepultum, cum totum secundum carnem accidat non secundum illud, quod est philosophus, ita Christus deus, dei filius, dominus gloriae et si quid huius modi secundum uerbum dicitur et tamen recte dicitur deus crucifixus, cum hoc eum secundum carnem passum esse non secundum illud, quod dominus gloriae est, non habeatur incertum.

3 Sap. 7, 22 6 Ioh. 5, 26; 14, 6

1 in quo *P* cum quo subsistat *om., m. 1 in inf. marg. add. H* 2 ulla *om. T* animi humani *H* 4 quia *U* 7 uita est ipse (*sic!*) *R* 8 conuertibiliter in hominem *THRVU* ita et] et ita *U* 9 cum suscepto homine *THRVU* 11 et ** (in *eras.*) *V* 16 ita—est *om., m. 1 in inf. marg. add. H* 17 uerbum] ihu̅ (*del.*) uerbum *T* 19 tamen ideo *T* 22 quo *R* 25 hoc eum] eum hoc *T* 26 quo *TR f l m; cf. ep. CLXXXVII 9*

deus est. ideo ibi mirabilis simplicitas commendatur, quia non ibi aliud est esse aliud intellegere uel si quid aliud de dei natura dicitur; anima uero quia est, etiam dum non intellegit, aliud est, quod est, aliud, quod intellegit. deinde quis audeat dicere patrem non intellegere per se ipsum sed per filium, sicut memoria non intellegit per se ipsam sed per intellectum uel potius anima ipsa, cui haec insunt, per intellectum tantum modo intellegit, sicut per memoriam tantum modo meminit et per uoluntatem tantum modo uult? ad hoc ergo adhibetur ista similitudo, ut quoquo modo intellegatur, quem ad modum horum trium in anima cum singula nomina enuntiantur, quibus eadem singula demonstrantur, tamen unumquodque nomen his tribus cooperantibus enuntiatur, cum et reminiscendo et intellegendo et uolendo dicitur, ita nullam esse creaturam, qua uel solus pater uel solus filius uel solus spiritus sanctus demonstretur, quam non simul trinitas operetur, quae inseparabiliter operatur, ac per hoc nec uocem patris nec animam et carnem filii nec columbam spiritus sancti esse factam nisi eadem cooperante trinitate.

7 Nec sane sonus ille uocis, qui continuo esse destitit, coaptatus est in unitatem personae patris nec illa columbae species corporalis coaptata est in unitatem personae spiritus sancti: nam ipsa quoque sicut nubes illa lucida, quae operuit in monte cum tribus discipulis saluatorem, uel potius sicut ille ignis, qui eundem spiritum sanctum demonstrauit, officio significationis impleto mox esse desiuit. sed solus homo, quia propter ipsam naturam liberandam illa omnia fiebant, in unitatem personae uerbi dei, hoc est unici filii dei mirabili et singulari susceptione coaptatus est permanente tamen uerbo

23 Matth. 17, 5; Marc. 9, 6; Luc. 9, 34 24 Act. 2, 3

2 aliud est] est aliud *T* quid de (*om.* aliud) *P* 3 non *om. T* 4 quod est] qdem *P* 8 intellegit *in fine u. om. P* 11 trium horum *T* 16 operetur trinitas *T* 19 operante *P* 20 continue *V* 21 personae *om. T* 22 corporalis *om., m. 1 add. P* 23 illa | illa (*post. m. 2 del. P* 26 desunt, *m. 1 corr.* desiuit *R* desinit *U* 27 omnia illa *H*

in sua natura incommutabiliter, in qua nihil compositi, cum quo subsistat ulla phantasia humani animi, suspicandum est. legitur quidem: Et spiritus sapientiae multiplex, sed recte dicitur etiam simplex; multiplex enim, quoniam multa sunt, quae habet, simplex autem, quia non aliud, quam quod habet, est, sicut dictus est filius habere uitam in semet ipso et eadem uita ipse est. homo autem uerbo accessit, non uerbum in hominem conuertibiliter accessit; atque ita et filius dei simul cum homine suscepto dicitur. unde idem filius dei incommutabilis est atque coaeternus patri sed in uerbo solo et sepultus est filius dei sed in carne sola.

8 Proinde, quae de filio dei uerba dicuntur, uidendum est, secundum quid dicantur. non enim homine adsumpto personarum numerus auctus est, sed eadem trinitas mansit. nam sicut in homine quolibet praeter unum illum, qui singulariter susceptus est, anima et corpus una persona est, ita in Christo uerbum et homo una persona est. et sicut homo uerbi gratia philosophus non utique nisi secundum animam dicitur nec ideo tamen absurde sed congruentissima et usitatissima locutione dicimus philosophum caesum, philosophum mortuum, philosophum sepultum, cum totum secundum carnem accidat non secundum illud, quod est philosophus, ita Christus deus, dei filius, dominus gloriae et si quid huius modi secundum uerbum dicitur et tamen recte dicitur deus crucifixus, cum hoc eum secundum carnem passum esse non secundum illud, quod dominus gloriae est, non habeatur incertum.

3 Sap. 7, 22 6 Ioh. 5, 26; 14, 6

1 in quo *P* cum quo subsistat *om., m. 1 in inf. marg. add. H* 2 ulla *om. T* animi humani *H* 4 quia *U* 7 ″uita est ″ipse (*sic!*) *R* 8 conuertibiliter in hominem *THRVU* ita et] et ità *U* 9 cum suscepto homine *THRVU* 11 et ** (in *eras.*) *V* 16 ita—est *om., m. 1 in inf. marg. add. H* 17 uerbum] ihu (*del.*) uerbum *T* 19 tamen ideo *T* 22 quo *R* 25 hoc cum] eum hoc *T* 26 quo *TR f l m; cf. ep. CLXXXVII 9*

9 Sonitus autem ille uocis et columbae species corporalis et linguae diuisae uelut ignis, qui insedit super unumquemque eorum, sicut illa in monte Sina, quae terribili specie facta sunt, et sicut columna illa nubis per diem et flammae per noctem significatiua operatione acta atque transacta sunt. illud in his maxime cauendum est, ne cuiquam dei natura uel patris uel filii uel spiritus sancti commutabilis et conuertibilis esse credatur. nec moueat, quod aliquando res, quae significat, nomen eius rei, quam significat, accipit. spiritus sanctus dictus est corporali specie tamquam columba descendisse et mansisse super eum; sic enim et petra Christus, quia significat Christum.

III 10 Miror autem tibi uideri sonitum uocis illius, qua dictum est: Tu es filius meus, non mediante anima sed diuino nutu sola corporali natura sic fieri potuisse et non tibi uideri eodem modo potuisse fieri animantis cuiuslibet speciem corporalem motumque uiuenti similem diuino nutu nullo animali interposito spiritu. si enim obtemperat deo creatura corporea sine uiuificantis animae ministerio, ut edantur soni, quales edi ex corpore animato solent, ut forma locutionis articulatae auribus inferatur, cur non obtemperet, ut sine animae uiuificantis ministerio figura motusque uolucris eadem potentia creatoris ingeratur aspectibus? an sensus audiendi hoc mereri potest, uidendi non potest, cum ex adiacenti materia corporis utrumque formetur, et quod insonat auribus et apparet aspectibus et uocis articuli et liniamenta membrorum et audibilis et uisibilis motus, ut et uerum sit corpus, quod sentitur

3 Ex. 19, 18 4 Ex. 13, 21 11 I Cor. 10, 4 14 Matth. 3, 16—17; Marc. 1, 10—11; Luc. 3, 22

4 sunt] ẽ *T* 9 eius *om., m. 1 add. V* 10 specie *in fine u. om. T* 14 meus] meus dilectus (dilectus *exp.*) *R* 15 natura corporali *U* et—potuisse *om., m. 2 in marg. add. V* eodem modo potuisse uideri *C* 16 fieri potuisse *THR* fieri *om. VU* 17 nutu (*postr. l. in ras.*) *V* 18 natura *U* 19 sine (n *ex corr. m. 1*) *T* siue *P* (*m. 1 corr.* sine) *C* anime (e *in ras.*) *V* 24 corpus *U m* 25 et quod apparet *f l r m* (*a e om.* auribus—aspectibus) 27 ut et] et ut *VU*

corporis sensu, et nihil sit amplius, quam quod sentitur corporis sensu? anima enim nullo sensu corporis uel in aliquo animante sentitur. non igitur opus est quaerere, quo modo apparuerit columbae species corporalis, sicut non quaerimus, quo modo sonuerint uoces articulati corporis. si enim potuit anima non esse media, ubi uox, non quasi uox, dicitur facta, quanto magis potuit, ubi dicitur columba hoc uerbo significata sola specie corporali oculis reddita non natura uiuentis animantis expressa! hoc modo etiam illud dicitur: Factus est subito de caelo sonus, quasi ferretur flatus uehemens, et uisae sunt illis linguae diuisae uelut ignis, ubi dicitur species quaedam quasi flatus et uelut ignis sensibilis usitatis similis notisque naturis, non ipsae usitatae notaeque naturae ad tempus factae significari uidentur.

11 Si autem subtilior ratio uel excellentior rei uestigatio demonstrat eam naturam, quae nec temporaliter nec localiter mouetur, non moueri nisi per illam, quae temporaliter tantum non localiter moueri potest, consequens erit, ut omnia illa per ministerium creaturae uiuentis effecta sint, sicut per angelos fiunt. unde diligentius disserere et longum est et non necessarium. huc accedit, quia sunt uisiones, quae apparent spiritui tamquam corporis sensibus non solum dormientibus uel furentibus sed aliquando sanae mentis uigilantibus non per fallaciam inludentium daemonum sed per aliquam reuela-

10 Act. 2, 2—3

1 et nihil—sensu *om. U* amplius] aliud *V* quod *om. P* 2 enim in nullo *U* corporis sensu *THRVU* 3 est igitur opus *THRVU* igitur est opus *edd.* 4 sicut non] si‧ (non *om., s. u. m. 1 add.*) *P* 6 esse anima non *H* 7 columba] tamquam columba *m* 8 significatū solā speciē corporalē oculis redditā non naturā uiuentis animantis expressā *P* reddita *om., m. 2 in marg. add. U* 11 illis *om. VU* illes, *corr.* illis *P* 14 significare, *m. 1 corr.* significari *U* 16 inuestigatio *TVU* 18 moueri] mouere (*postr. l. m. 2 in ras.*) *V* 19 illa omnia *T* 21 fiunt *in fine u. om. P* 23 corporeis *P; cf. p. 620, 7*

tionem spiritalem, quae fit per formas incorporeas corporibus similes. quae discerni omnino non possunt, nisi diuino adiutorio plenius reuelentur et mentis intellegentia diiudicentur. uix aliquando cum fiunt, sed plerumque postea cum transierint. quae cum ita sint, siue in naturis corporis siue sola specie corporali natura autem spiritali nostro spiritui tamquam sensibus corporis apparere uideantur, quando haec sacra scriptura commemorat, cuius istorum duorum generis sint et utrum mediante uiua creatura fiant, si corpore fiunt, iudicare temere non debemus, dum tamen creatoris, hoc est summae et ineffabilis trinitatis inuisibilem incommutabilemque naturam et a mortalium carnalium sensibus et ab omni conuertibilitate siue in melius siue in deterius siue in quodlibet aliud atque aliud remotam atque discretam uel sine ulla dubitatione credamus uel qualicumque etiam intellegentia capiamus.

IV 12 Haec tibi de duabus quaestionibus, hoc est de trinitate et columba, in qua spiritus sanctus non sua natura sed significatiua specie demonstratus est, sicut et filius dei non sua natiuitate, de qua pater dicit: Ante luciferum genui te, sed in homine suscepto ex utero uirginis a Iudaeis crucifixus est, uideris quam otiose ego tamen occupatissimus scribere potui. nec putaui omnia pertractanda, quae posuisti in litteris tuis; uerum ad illa duo, quae ex me audire uoluisti, me respondisse etsi non sufficienter auiditati tuae tamen caritati oboedienter existimo.

13 Praeter autem illos duos libros, quos tribus me adiunxisse supra commemoraui, et trium psalmorum expositionem scripsi etiam librum ad sanctum presbyterum Hieronymum de animae origine consulens eum, quo modo defendi possit illa sententia.

19 Ps. 109, 3

1 corporeas *H* (*m. 1 corr.* incorporeas) *VU* 5 corporeis *edd.* siue in sola *THRVU* 9 uiua *ex* uina *U* 10 et] atque *THRVU edd.* 12 inconuertibilitate *VU* 13 quolibet, *m. 1 corr.* quodlibet *R* 19 dixit *H edd.* 20 sed *om. VU* 21 otioso *THVU f l r m* 22 pertranda *m. 2* pertractanda *U* 28 origine animae *THRVU*

quam religiosae memoriae Marcellino suam esse scripsit. singulas animas nouas nascentibus fieri, ut non labefactetur fundatissima ecclesiae fides, qua inconcusse credimus, quod in Adam omnes moriuntur et, nisi Christi gratia liberentur, quod per suum sacramentum etiam in paruulis operatur, in condemnationem trahuntur. scripsi et alium ad eundem, quo modo illi uideatur accipiendum esse, quod scriptum est in epistula Iacobi: Quicumque autem totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. sed in hoc dixi etiam, quid mihi uideatur, in illo autem de animae origine tantum, quid ei uideatur, consultatoria quadam disputatione quaesiui. occasionem quippe cuiusdam sanctissimi et studiosissimi iuuenis, presbyteri Orosii, qui ad nos ab ultima Hispania, id est ab Oceani litore solo sanctarum scripturarum ardore flammatus aduenit, amittere nolui. cui. ut ad illum quoque pergeret, persuasi. huic etiam ipsi Orosio ad quaedam interrogata, quae illum de Priscillianistarum haeresi et de Origenis quibusdam opinionibus, quas non recipit ecclesia, permouebant, uno libro non grandi quanta potui breuitate et perspicuitate respondi. scripsi etiam grandem quendam librum aduersus Pelagii haeresim cogentibus nonnullis fratribus, quibus contra gratiam Christi opinionem perniciosam ille persuaserat. haec omnia si habere uolueris, aliquem mitte, qui tibi cuncta describat. me autem permitte his uacare quaerendis atque dictandis, quae quoniam multis

4 I Cor. 15, 22 8 Iac. 2, 10

1 marcellinus *VU* 3 fides ecclesie *T* 4 et *om. T* per gratiam christi *THRVU* per Christi gratiam *m* 6 et *om. P edd. praeter m* 7 illi *om., m. 1 add. H* esse *om. THRVU m* 11 consultatorium, *corr.* consultatoria *V* consulatoria *R* 14 hispania ultima *THRVU* scripturarum sanctarum *VU* 15 inflammatus *TVU f l r m; cf. ep. XXXII p. 12, 18* 17 in te rogata *V* illum *om. THRVU* 18 et origenis *VU edd. praeter a* recepit *f l r m* 20 breuitate *om., in marg. m. 2 add. V* etiam] et *U* librum grandem quendam *THRVU* 23 ille pernitiosam *signis corr. V* perniciosissimam ille *edd.* 24 cuncta tibi *TH*

sunt necessaria, praeponenda esse arbitror ualde ad paucos pertinentibus inquisitionibus tuis.

CLXX.

DOMINO EXIMIO MERITOQUE HONORABILI ET RELIGIOSO FRATRI MAXIMO ALYPIUS ET AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Cum a sancto fratre et coepiscopo nostro Peregrino de tua tuorumque non corporali tantum salute sed spiritali praecipue quaereremus, de tua quidem laetos, de tuorum uero tristes nos eius responsa fecerunt, quod nondum sint ecclesiae catholicae salubri correctione sociati, et, quia id cito futurum sperauimus, adhuc non esse factum multum dolemus, domine eximie meritoque honorabilis et religiose frater.

1 ad ualde paucos *edd. praeter a* Explič *P*

P = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
*P*¹ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
*P*² = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX* (*p. 623, 11* pater — *625, 14* nec *om.*)
K = *cod. Coloniensis 80 s. IX.*
D = *cod. Coloniensis 33 s. IX.*
S = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
O = *cod. Bodleianus Laud. misc. 133 s. X.*
H = *cod. Palatinus 209 s. X.*
*P*³ = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
L = *cod. Laurentianus St. Crucis plut. XVII dextr. 2 s. XI.*

Ad maximum medicum thenitanum eunomianistam *PSHP*³ ad maximum medicum thenitanum eunomistam *P*¹ ad maximum medicum ciuem thenitanum *KO* *Inscriptionem om. P* 4 uenerabili *D* 6 cum] quam *PP*¹ (*m. 2* cum) *S* (*m. 2 ?* cum) *HP*³ a *om., alio atramento postea add. D* de *om. O* 7 tu•a *P*² t///ua (*parua ras.*) *O* corporali tantum] corporalium (um *m. 2 del.*) *P*¹*S* corporalium *PH* (um *del.*) *P*³ corporali *KO edd.* sed spiritali salute *P*¹*SHP*³ *edd* sed spiritalis salutē *P* 9 nondum sunt *D* non sunt *PP*¹*SHP*³ *edd.* catholicae ecclesiae *D* 10 correptione *P*² id cito] idcirco *D* 11 speramus *PP*¹ (*m. 2* sperabamus) *KSOHP*³ sperabamus *edd.* facti, *m. 2* factum *S* solemus *O* 12 honorabis, *a. m.* honorabilis *P*² uenerabilis *D*

2 Proinde caritatem tuam in domini pace salutantes et praecipimus et rogamus, ut eos, quod didicisti, docere non differas, unum scilicet deum esse solum, cui seruitus illa debetur, quae latria Graeco uocabulo nuncupatur. ipsum enim uerbum est in lege, ubi scriptum est: Dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies. quem si deum patrem tantum modo dixerimus, respondebitur nobis: 'Ergo latria deo filio non debetur', quod nefas est dici. si autem debetur, quo modo ergo uni tantum debetur deo, si et patri debetur et filio, nisi quia unus deus, cui soli per latrian seruire iussi sumus, ita dicitur deus solus, ut et pater intellegatur et filius, immo uero etiam spiritus sanctus? de illo quippe dicit apostolus: Nescitis, quia corpora uestra templum in uobis est spiritus sancti, quem habetis a deo, et non estis uestri? empti enim estis magno pretio. glorificate ergo deum in corpore uestro. quem deum nisi spiritum sanctum, cuius corpora nostra esse dixerat templum? debetur ergo latria spiritui sancto. nam si templum ei facere, sicut

5 Deut. 6, 13; Matth. 4, 10 13 I Cor. 6, 19—20

1 eximitatem *D* in pace domini *D* domini *om. P*^{2} pacem *O* 2 quod didicistis *D* quos docuisti *PP*^{1} (quos *bis*, *alterum m. 2 del.*) *SHP*^{3} 4 λατρεία *m* grecę *P*^{2} 5 *pr.* est *om. D* 7 nobis *om. f l r m* λατρεία *m* deo *om. PP*^{1}*KSOHP*^{3} *edd.* 8 quod—autem debetur *om. D* quod—filio *om. PP*^{1}*SHP*^{3} dicere *edd.* 9 tatum *K* (*m. 2* tantum) *O* et filio debetur *edd.* nisi *m. 2 exp. P*^{1} nisi quia, *m. 2* quia non est nisi *S* 10 unus deus, *m. 2* unus ÷ deus *P*^{1} latriam *S edd. praeter m* latria *PP*^{1}*HP*^{3} λατρείαν *m* 11 ita] item *PP*^{1}*SHP*^{3} solus deus *l r m* solus (*om.* deus) *a e f* pater—*p. 625, 14* nec *om. P*^{2} 12 uero *om. PP*^{1}*SHP*^{3} *m* etiam] etiam et *P*^{1} *m* quippe *om. KO* 13 est in uobis *PP*^{1}*S* (in uobis *m. 2 del.*) *H* (in uobis *exp.*) *P*^{3} sunt in uobis *edd.* 14 sancti *ras. ex* sanctus *P*^{3} sanctus *KO* a deo *om. D* 15 pretio magno *KO sec. Vulg.* magno (*om.* pretio) *D* 16 ergo *om. PP*^{1}*KSOHP*^{3} *edd. sec. Vulg.* (*Gr* δή) deum] dm̃ *D* deum et portate *edd. sec. Vulg.* quem (e *ex corr. m. 2; fuitne* o *?*) *P*^{1} quoniam, *m. 2* quem *S* 17 dixerat esse *edd.* templum] templum dei *P* templum * dei *P*^{3} templum est dei *P*^{1} (est dei *m. 2 del.*) *S* (est *m. 2 del.*) *H* detur *PP*^{1}*SHP*^{3} 18 λατρεία *m* spiritu, *m. 1 corr.* spiritui *S*

Salomon fecit, de lignis et lapidibus iuberemur, utique faciendo templum latrian exhibere conuinceremur; quanto magis latrian debemus, cui templum non facimus, sed sumus!

3 Ac per hoc, si et patri et filio et spiritui sancto latria debetur et exhibetur a nobis, de qua dictum est: Dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies, procul dubio dominus deus noster, cui soli per latrian seruire debemus, non est pater solus nec solus filius nec solus spiritus sanctus sed ipsa trinitas unus deus solus pater et filius et spiritus sanctus, non ut pater sit ipse, qui filius, uel spiritus sanctus ipse sit aut pater aut filius, cum sit in illa trinitate pater filii solius et filius patris solius, spiritus autem sanctus et patris et filii sit spiritus, sed propter unam eandemque naturam atque inseparabilem uitam ipsa trinitas, quantum ab homine potest, fide praecedente intellegitur unus dominus deus noster, de quo dictum est: Dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies, et quem praedicans apostolus ait: Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in saecula saeculorum.

4 Non enim sic est ex deo patre unigenitus filius, quem

18 Rom. 11, 36

1 et *om.*, *s. u.* (*m. 1 ?*) *add.* ac P^1 2 latriam *S edd. praeter m* latria PP^1P^3 λατρείαν *m* latriam *KS* (*m. 2* ei latriam) *O edd. praeter m* latria PP^1P^3 λατρείαν *m* 3 non templum facimus *P* (*signis corr. uid.* non facimus templum) SP^3 *edd.* templum facimus (*om.* non) *D* 4 si et *om. L* et *om. edd.* spiritu. *m. 2* spiritui P^3 λατρεία *m* 5 et *om. P* (*m. 2 add.*) P^3 quo *KO* 7 soli *om. KO* latriam *S edd. praeter m* latria PP^1HP^3 λατρείαν *m* 8 solus pater *D* filius solus *edd.* 10 ipse *om.*, *s. u. add. D* qui *om. KO* 12 fili *K* (*m. 2* filii) *DO* filio, *m. 2* filii *SH* filio PP^1P^3L solus *P* patri, *m. 2* patris *KSH* patri PP^1O (*corr. m. ut uid. 1* patris) P^3L 13 fili, *m. 2* filii KP^3 spiritus sit *O* unā (ā *ex corr. m. 2*) *P* eademque *P* (*m. 2* eandemque) P^1 15 praecedentē *L* intellegatur *D* 17 praedicat apostolus ait enim quóniam PP^1SHP^3 *edd.* 18 et per ipsum et in ipso *om. D* et in ipso et per ipsum PP^1SHP^3 *edd.* 19 saeculorum amen PP^1KSOHP^3 *edd. sec. sacr. litt.* 20 est *om.* PP^1KS OHP^3 *edd.*

ad modum ex illo est uniuersa creatura, quam ex nihilo creauit. hunc quippe de sua substantia genuit, non ex nihilo fecit, nec eum ex tempore genuit, per quem cuncta tempora condidit, quoniam, sicut flamma splendorem, quem gignit, tempore non praecedit, ita pater numquam sine filio fuit. ipse est quippe sapientia dei patris, de qua scriptum est: Candor est enim lucis aeternae. luci ergo, cuius candor est, id est deo patri sine dubio coaeterna est et ideo non, sicut in principio fecit deus caelum et terram, ita in principio fecit uerbum, sed in principio erat uerbum. spiritus quoque sanctus non sicut creatura ex nihilo est factus, sed sic a patre procedit, ut nec a filio nec a patre sit factus.

Haec trinitas unius est eiusdemque naturae atque substantiae non minor in singulis quam in omnibus nec maior in omnibus quam in singulis sed tanta in solo patre uel in solo filio quanta in patre simul et filio et tanta in solo spiritu sancto quanta simul in patre et filio et spiritu sancto. neque enim pater, ut haberet filium de se ipso, minuit se ipsum, sed ita genuit de se alterum se, ut totus maneret in se et esset in filio tantus, quantus est solus. similiter et spiritus sanctus integer de integro non praecedit, unde procedit, sed tantus cum illo quantus ex illo nec minuit eum procedendo nec auget haerendo. et haec omnia nec confuse unum sunt nec

6 Sap. 7, 26 10 Ioh. 1, 1

2 de] ex *O* 3 facit *D* 4 flammam *D* splendore *O* 5 ipsa *H* 6 splendor *PP*^{1}*SHP*^{3} *edd.* 7 enim *om.*, *m. 1 add.* *P*^{1} ergo] eius *D* 8 coaeterne *L* 9 et terram *bis*, *alterum m. 1 exp.* *P*^{1} 10 sanctus quoque spiritus *PP*^{1}*SHP*^{3} 11 sed sic—sit factus *om. a e* a patre] a patre filioque *f l r m* 12 nec a patre *om. f* 13 est *om.* *PP*^{1}*SHP*^{3} 14 quam—singulis *om. P* 16 tanta et *D* tanta—filio et *om. L* 17 et in filio *PP*^{1}*SHP*^{3} 18 ut] non, *m. 2* ut *P*^{1} haber (*sic!*), *m. 2* haberet *P* habere *L* 19 maneret] inueniret *PP*^{3} in filio] cum filio *D* 20 quantus *om. D* est] et *PP*^{1}*KSOHP*^{3} *edd.* 21 non praecedit] non praecedet (*m. 1 corr.* praecedit) *P*^{1} non praecidit *D* quē non precedit etate nec dignitate non precedit *P*^{2} quem non procedit etate nec dignitate non praecedit *L*

disiuncte tria sunt, sed, cum sint unum, tria sunt et, cum sint tria, unum sunt. proinde, qui tam multis cordibus fidelium suorum donauit, ut esset cor unum, quanto magis conseruat in se ipso, ut sint haec tria et singula deus et simul omnia non tres dii sed unus deus! hic est dominus deus noster, cui uniuersa pietate seruitur, cui soli latria illa debetur.

6 Qui cum rebus, quae nascuntur in tempore, sua bonitate tribuerit, ut suae substantiae prolem quaeque res gignat, uide quam impie dicatur ipse non genuisse id, quod est ipse. cum homo ex eius dono id generet, quod est ipse, id est hominem non alterius naturae sed eius, cuius est ipse, quamuis non patrem filii sui generet, quod est ipse. haec enim propinquitatis sunt nomina non naturae et ideo ad aliquid dicta uel relatiua dicuntur, quae aliquando eadem sunt aliquando diuersa. eadem scilicet cum frater refertur ad fratrem, amicus ad amicum, uicinus ad uicinum, cognatus ad cognatum et si qua similia, quae infinitum est omnia uelle percurrere. in

2 Act. 4, 32

1 distincte *edd. praeter m* cum sit (*m. 1 corr.* sint) ..... cum sint P^1 cum sunt ..... cum sunt *KO* 3 essent PP^1SHP^3 *edd. praeter a* 5 dominus] unus dominus PP^1SHP^3 *edd.* 6 sola P^2 λατρεία *m* 7 rebus, *m. 2* ex rebus *S* in rebus *edd.* qui, *m. 2* quae P^1S qui PP^3 nascuntur (a *ex corr.*) *K* nesciuntur PP^1 (*ras. et corr. m. 2* nascuntur) SP^3 suo *KO* 8 effecerit PP^1SHP^3 *edd.* ut] et PP^1 (*m. 2* ut) *S* (*m. 2 del.*) *H* (*m. 1 corr.* ut) P^3 quae PP^1 (*m. 2* quaeq.) *SH* (*m. 1 corr.* quaeque) P^3 quaelibet *edd.* uide] unde *L* 9 dicitur PP^1SHP^3 ipsum P^2L genuisse] genuit se *P* id] sed P^2 ipse est *edd., quae praeterea* uide—ipse est *infra habent post* cuius est ipse 10 cum homo—quod est ipse *om.* PP^1KSOHP^3 *edd.* id est *exp. m. 2 supra add.* sicut homo gignit P^1 id est homo *a e f* sicut homo gignit *l r m* 11 ipse est *edd., in quibus hoc loco sequitur* uide—quod ipse est (*pro* est ipse) 12 quamuis—quod est ipse *om.* $PP^1K SOHP^3$ *edd.* 13 enim] inquit *K* (*m. 2* inquam) *O* naturae de relatiuis et ideo P^1S (de relatiuis *m. 2 del.*) ad *om., m. 2 add.* P^1S ad *in fine u. om.* P^2 14 dicta *om. edd.* relatiuae *D* relatiue *edd. praeter m* eandem (n *exp.*) P^3 17 uelle omnia PP^1SHP^3 *edd.* percurre P^2

his enim, quod est iste ad illum, hoc est ille ad istum. diuersa sunt autem sicut pater ad filium, filius ad patrem, socer ad generum, gener ad socerum, dominus ad seruum, seruus ad dominum. non est quidem hoc iste ad illum, quod ille ad istum, sed ambo tamen homines sunt. relatio diuersa est non natura, quoniam, si adtendas, quid sit alter ad alterum, non est hoc ad illum iste, quod ad istum ille, quia iste pater est ille filius aut iste socer ille gener aut iste dominus ille seruus; si autem adtendas, quid quisque sit ad se ipsum uel in se ipso, hoc est iste, quod ille, quia et ille homo est sicut iste. unde intellegit prudentia tua non ab eis rationabiliter dici, a quorum errore te dominus liberauit, ideo dei patris et dei filii naturam esse diuersam, quia iste pater est ille filius, et ideo patrem non genuisse id, quod est ipse, quia non genuit patrem filii sui, quod est ad illum ipse. quis enim non uideat ista uocabula non in se ipsis demonstrare naturas, sed alterius ad alterum significare personas?

7 Tale est etiam illud, quod simili loquuntur errore, ideo filium alterius esse naturae diuersaeque substantiae, quia

1 est *om.*, *m. 1 add.* *P* hoc est] hoc et PP^1 (*m. 2* hoc ÷ et) $KSHP^3$ hoc (*om.* est) *D* iste ad istum P^2L iste ad illum PP^1S (*m. 2* ille ad istum) HP^3 3 socrum PP^1 (*m. 2* socerum) SP^3 4 iste *om.* PP^1S (*m. 2 add.*) HP^3 5 ambo *om.* *D* ratio *KO* diuersa] dī diuersa *D* 6 alter alterum, *m. 1* (*?*) *corr.* alter ad alterum P^1 7 ad istum ille] ad iste (*m. 1 ? corr.* istū) ille (e *ex ras. et corr.; fuisse uid.* um) P^1 pater iste *O* est *om.* PP^1KSOHP^3 *edd.* 8 socer] socer et P^2L gener//// (*ras. 1—2 l.*) *P* 9 quid quisque] quisquis qui *D* quid|que *K* quid quę *O* 10 hoc est iste quod et ille *D* hoc est ille quod et ille *KO* hoc est ille PP^1 (*m. 2* hoc est ille quod iste) *S* (*m. 2* quod iste est hoc est et ille) HP^3 hoc est et ille *a e* hoc est ille quod iste *f l r m* quia (i *postea add.*) P^2 et *om.* PP^1SHP^3 *edd.* sicut et iste P^2L 11 potentia *O* 12 liberabit P^2 ideo patris (*om.* dei) *D* 13 fili, *m. 2* filii P^1P^3 naturam—genuisse *om.* *P* 14 ideo patrem] deo patre, *m. 2* deum patrem P^1S deo patre P^3 deum patrem *H edd.* 15 fili, *m. 2* filii *K* 16 sed] se, *m. 1 corr.* sed *O* 17 ad *om.* *KO* alteram P^2 alterutrum *KO* 18 loquantur P^2L errorem *D* 19 fuisse *KO*

pater deus non est de altero deo, filius autem deus est quidem sed de patre deo. et hic enim non indicatur substantia sed origo, id est non quod sit, sed unde sit quisque uel non sit. neque enim Abel et Adam ideo non unius naturae atque substantiae fuerunt, quia iste fuit homo de homine illo, ille de nullo. si ergo utriusque natura quaeratur, homo Abel homo Adam, si autem origo, primus homo ex quo Abel, nullus homo ex quo Adam. ita in deo patre et deo filio si utriusque natura quaeratur, uterque deus nec magis alter altero deus; si autem origo, pater est deus de quo filius deus, de quo autem pater nullus est deus.

8 Frustra itaque ad hoc respondere conantes dicunt: Sed homo cum passione generat, deus autem sine passione genuit filium. hoc enim non solum ipsos nihil sed nos adiuuat plurimum. nam si temporalibus et passibilibus rebus deus tribuit, ut, quod sunt, hoc generent, quanto magis ipse aeternus et inpassibilis non aliud, quam est ipse, generauit unus unicum ideo nostra magna admiratione, quoniam sua nulla passione et tanta secum aequalitate, ut eum nec potestate praecederet nec aetate! sed ideo totum, quod habet et quod potest, non tribuit sibi sed patri, quia non est a se ipso sed a patre. aequalis enim est patri, sed hoc quoque accepit a patre nec

1 *pr.* est *om.* PP^1SHP^3 est deus *KO* 2 dicatur *D* substantia• *K* substantiae *O* 3 quid *D edd.* sit *post* non *om. D* 4 •uius, *m. 2* •unius P^1 huius *PS* (*m. 2* unius) P^3 5 fuerunt *om.* P^1S fuerant P^2L quia iste] qui ante, *m. 2* quia alter P^1 quante, *m. 2* quia iste *S* homo] non PP^3 6 quaeritur *edd.* 7 homo ex] homo adam ex *KO* 8 item PP^1SHP^3 utrisque *O* 9 magis] magnus, *m. 2* magis P^1S magis magnus PP^3 *edd. praeter m* maior *H* 12 ad, *m. 2* et ad *S* 14 adiubat *D* 16 generant *KO* 17 non] nam, *m. 2* non P^1 generabit *K* (*m. 2* generauit) *O* unus—nostra *om.* PP^1SHP^3 18 nostra *om. KO* magna] inenarrabili PP^1SHP^3 *edd.* sua nulla] sacra PP^1KS (*m. 2* sine) OP^3 sine *H edd.* 20 totum] tantum *KDO* et *om.* PP^1KSOHP^3 *edd.* 22 est enim *edd.* enim (*om.* est) *L* hoc quoque] quod PP^1SHP^3 patre sic (nec *om.*) *sed* patre s *ex corr.*; *fuitne* sic accepit? *D*

sic accepit, ut esset aequalis, quasi prius fuerit inaequalis, sed natus aequalis, sicut semper natus ita semper aequalis. non itaque inaequalem genuit et aequalitatem iam nato addidit, sed gignendo eam dedit, quia aequalem non inparem genuit. ideo in forma dei esse aequalem deo non ei rapina fuerat sed natura, quoniam id nascendo sumpsit, non superbiendo praesumpsit.

9 Propterea uero patrem dicit esse maiorem, quia semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens non amittens dei. propter quam serui formam non tantum patre uerum etiam se ipso et spiritu sancto minor factus est nec tantum hac excellentissima trinitate sed etiam minoratus est paulo minus ab angelis. hominibus quoque minor fuit, quando puer parentibus subditus fuit. propter hanc itaque formam serui, quam ueniente plenitudine temporis exinanitus accepit, dixit: Pater maior me est; propter illam uero dei formam, quam nec exinanitus amisit, dixit: Ego et pater unum sumus et homo scilicet factus et permanens deus; homo enim

5 Phil. 2, 6 8 Ioh. 14, 28 Phil. 2, 7 12 Hebr. 2, 9 14 Luc. 2, 51 16 Ioh. 14, 28 17 Ioh. 10, 30

1 ut esset] unde esset PP^1 (*m. 2* ut inde esset) *S* (*m. 2* ut inde sit) HP^3 *edd.* quasi—natus aequalis *om. L* quasi] q̄s *O* prior *D* 2 sed natus aequalis *om. KO* 3 inaequalitatem PP^1 (in *m. 2 del.*) SP^3 dedit P^2L 4 eam] eadem *L* quia ęqualem (ę *m. 2 ?*) P^1 qui aequalem $PSHP^3$ non parem P^1 (*m. 2* non imparem) SP^3 non patrem *P* ac parem *H* 5 ideo, *m. 2* ideo quod *S* dei] deitatis PP^1SHP^3 esse aequalis P^2KOL aequalis est PP^1SHP^3 aequalem esse *edd.* rapina *bis, alterum exp.* P^1 6 superueniendo PP^1SHP^3 8 se *L edd.* 9 ammittens *S* accipiens *KO* 10 propter *om. D* formam serui *edd.* patrē P^2L patrem *D* 11 spiritu, *m. 2* spiritui P^3 spiritui *P* nec tantum] non (*m. 1 corr.* nec) tm̄ *O* 12 hac *om.* PP^1SHP^3 excellentissimam *D* monoratus, *m. 2* minoratus *K* minoratus (i *in ras.*) *O* 14 puer *om.* PP^1KSOHP^3 *edd.* utique PP^1SHP^3 *l r m* 15 tempores, *m. 1 corr.* temporis P^1 16 uero formam (*om.* dei) PP^1KSOHP^3 formam uero *edd.* 17 nec exinanitus] exinanitus non PP^1SHP^3 18 permanens] pater manens *D* permansit P^2L deus *om. D*

adsumptus est a deo, non in homine consumptus est deus. ideo ualde rationabiliter et patre minor est homo Christus et patri aequalis est idem ipse deus Christus.

Cum igitur huic rectae atque catholicae fidei praesentibus nobis cum magna exultatione populi dei consociatum te esse gaudeamus, quare adhuc de tuorum segnitia tristes sumus? obsecramus te per misericordiam Christi, ut ipso adiuuante auferas istum maerorem de cordibus nostris. neque enim credendum est auctoritatem tuam ad peruersitatem tuorum plurimum ualere potuisse et ad correctionem ualere nihil. an forte contemnunt te, quia in ecclesiae catholicae participationem hac aetate uenisti, cum te amplius debeant admirari atque uenerari, quia uetustissimum errorem senili quadam iuuentute uicisti? absit, ut tibi resistant uera dicenti, cui consenserunt a ueritate deuianti; absit, ut nolint tecum recta sentire, cum quo eos delectauit errare. tu tantum et ora pro eis et insta eis, immo uero adduc eos in domum dei tecum, quia in tua domo sunt tecum. uel te pudeat uel pigeat in domum dei cum illis non uenire, qui in domum tuam soliti fuerant

1 in *om.* PP^1 (*m. 1 ? add.*) *S* (*m. 2 add.* ab) HP^3 sumptus, *m. 1 corr.* consumptus *O* 2 patri PP^1 (*m. 2* patre) SHP^3 4 hic P^2 5 te *om.* P^2O (*m. 1 add.* se) se, *m. 2* te *K* 6 gaudemus *KO* tuorum] tua *D* tristis *L* simus P^2 7 Christi] dei *L edd.* ipse, *m. 2* ipso *S* in ipso *L* 9 creditum PP^1S (*m. 2* credendum) HP^3 tuarum, *m. 2* tuorum P^1S tuarum PP^3 10 correptionem $P^1P^2SP^3$ ualere nihil potuisse PHP^3 ualere nihil posse *KO* nihil ualere posse P^2 *edd. praeter m* nihilo possit *D* 11 contemnant *D* in ecclesia catholicae *O* in ecclesia catholica P^2 participatione PP^1HP^3 12 aeternitate *D* debeant amplius *KO* 14 resistant tibi *edd.* 15 consenserant PP^1KSOHP^3 *edd.* a uanitate *KO* recte P^1 16 sentire//// (*ras. 1—2 l.*) *O* cum co eos delectabat *D* tantum tu *KO* et hora *D* ora (*om.* et) PP^1KSOHP^3 *edd.* 17 in domo *D* ad domum PP^1SHP^3 *edd.* 18 qui in tua domo sunt *DH* qui in domo tua sunt SP^3 *edd.* qui in domo tua sint *P* quae (*m. 1 ? corr.* qui) in tua domo sint P^1 uel te pudeat uel pigeat] uel te non pigeat PP^1SHP^3 *edd.* nec te pudeat uel pigeat *D* nec te pudeat nec te pigeat P^2L 19 non uenire] uenire (*om.* non) $PP^1P^2DSHP^3L$ *edd.* quia P^2 soli ti (*ras. 1—2 l.*) *P* solitu *O*

conuenire, praesertim quoniam catholica mater aliquos a te petit, aliquos repetit. petit eos, quos apud te inuenit, repetit eos, quos per te perdidit. non excrucietur damnis, sed potius laetetur et lucris. adquirat filios, quos non habuit, non plangat, quos habuit. oramus ad deum, ut facias, quod hortamur, et speramus de misericordia eius, quod litteris sancti fratris et coepiscopi nostri Peregrini et rescriptis dilectionis tuae cito de hac re gaudio replebitur cor nostrum et lingua nostra exultatione.

CLXXI.

DOMINO BEATISSIMO ET VENERABILITER CARISSIMO FRATRI ET COEPISCOPO PEREGRINO ALYPIUS ET AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

Ad honorabilem fratrem nostrum Maximum litteras dedimus credentes eum gratanter eas sumpturum. utrum tamen aliquid profecerimus, proxima occasione, quam reperire potueris, dignare rescribere. sciat sane prolixas epistulas ad familiarissimos nostros non solum laicos uerum etiam episcopos sic, quo modo ista scripta est, ad eos scribere nos solere, ut et

8 Ps. 125, 2

1 quia P^2 cum *edd.* aliquantos ..... aliquantos *KO* 2 apud in te *H* 3 parte *K* (*m. 2* per te) *O* et *om.* PP^1SHP^3 *edd.* 4 non plangat quos habuit *om.* PP^1SHP^3 5 dominum P^2L 6 quos *D* 7 scriptis *KO* 8 re *om. H* replebitur gaudio PP^1SHP^3 gaudium replebitur P^2L gaudio explebitur *f l r m* cor] os *D* exultatione. amen. $PP^1P^2SHP^3$ explicit amen *D* explicit ad maximum PP^1P^2 explicit ad maximum medicum ciuem tenitanum *K* explicit epistula ad maximum medicum *O*

P = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
P^1 = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
S = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
H = *cod. Palatinus 209 s. X.*
P^2 = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*

Inscriptio om., m. 1 in marg. add. PP^2 15 suscepturum *l s r m* 16 proficerimus, *m. 2* profecerimus P^1S

cito scribantur et charta teneatur commodius, cum leguntur. ne forte istum morem nostrum nesciens factam sibi arbitretur iniuriam.

CLXXI A.

1 Praeceptis dei, quae, ut bene agamus, accepimus, uitam tuam moresque conformes a religioso timore incipiens:

i certa (*m. 2* carta) teneatur P^1 certa teneantur *edd. praeter m* 2 mortem (t *m. 2 del.*) P^1 factum, *m. 1 supra* t factam *P*

A = *cod. Augiensis CCXXII s. VIII ex.*
P = *cod. Parisinus 13390 s. IX.*
P^1 = *cod. Parisinus 2185 s. IX—X.*

C = *cod. Casselanus Theol. fol. 24 rescriptus; antiquior scriptura rasa saeculi VIII—IX, cuius haec tantum perpauca legere potui: p. 633, 2* su|perbia; *3* is.....nondum...elleg.s et q: im; *4* in s..iptu..s s.....s non ob; *11* m.....in membris; *15* consuletur..... atio ..... sam|; *17* lere|..... atque feruentius quam a nequissi...ho.....us uo|.....s carnis desiderari solent..... diutorii diuini est in isto ap petitu t.. n..illus .....a securi; *23*|nere a; *p. 634, 1* ptio .....tuae siue a.....lu....do|; *21* pet....s s..... ...|tam; *p. 635, 8* ien...p..p...e infirmit.tis Q; *15*|nitatem seruari n.....nisi et la.....m.on appetam...uamuis |lau.....mus pro; *17* gradu.....illi .s tran ....lita; *18* non pote..mun..s..m et; *21* si..... .....aec iungent..ad.amus id...fi dem s..... tatem s; *23* tria non om.....sine; *p. 636, 1* quib; nec dñ.. .....mus..s..| placer.

(Haussleiter-Zahn Forschungen zur Geschichte des neutestamentlichen Kanons und der altkirchlichen Litteratur IV p. 200—203)

Fragmentum epistulae Augustini ad Maximum scriptae in Primasii commentariis super apocalypsim traditum, unde Maurini id protraxerunt atque inter epistulas rettulerunt (post ep. CCLXX; Migne post ep. CLXXI).

Primasius l. II c. 5 (Migne patrol. lat. LXVIII p. 828, 20; Haussleiter-Zahn Forschungen etc. IV p. 200): Hos septem modos quin etiam gradus, quibus profectu spiritali prouehimur, idem doctor amplissimus Augustinus multis memorat locis; ad Maximum denique scribens dicit sic: Praeceptis *etc.* 5 accipimus AP^1 6 mores qui (*supra m. 2* que) *A* conformis, *supra m. 2* confirmes *A* confirmes *P* religioso (*postr. l. super ras. 1 l. m. 1*) P^1

initium enim sapientiae timor domini, ubi frangitur et debilitatur humana superbia. deinde ut pietate mansuetus et mitis, etiam quae nondum intellegis et quae inperitis uidentur absurda sibique contraria in scripturis sanctis, non oblucteris animosa contentione nec superinponas sensum tuum sensibus diuinorum librorum, sed cedas potius atque intellectum mitis differas, quam secretum inmitis accuses. tertio, cum tibi ad cognitionem tui aperiri coeperit infirmitas humana et scieris, ubi iaceas, quam poenalia uincula mortalitatis de Adam propagatus tecum trahas et quam longe peregrineris a domino, atque peruideris aliam legem in membris tuis repugnantem legi mentis tuae et captiuum te ducentem in lege peccati, quae est in membris tuis, exclames: Miser ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? ut te lugentem consoletur liberationem ipsam pollicens gratia dei per dominum nostrum Iesum Christum. quarto iam desidera implere iustitiam multo uehementius atque feruentius, quam a nequissimis hominibus uoluptates carnis desiderari solent, nisi quod in spe adiutorii diuini est in isto appetitu tranquillus ardor et flamma securior. in isto autem quarto uitae gradu orationibus instanter incumbitur, ut esurientibus et sitientibus saturitas iustitiae concedatur, ut non solum onerosum non sit, uerum etiam delectet abstinere a uoluptate

1 Ps. 110, 10; Prou. 1, 7 10 II Cor. 5, 6 11 Rom. 7, 23—25 21 Matth. 5, 6

2 deinde] denique *A* 3 uidentur (ui *super ras. 1—2 l.*) P^1 8 aperire *A* sciris *P* 9 iacias, *m. 1 corr.* iaceas *P* poenali P^1 mortalitatis humana de adam P^1 10 peregrineris (n *in ras.*) P^1 11 p̄/////ideris P^1 12 legementis *A* 13 exclamis, *supra m. 2* exclames *A* ergo (r *m. fortasse 1 exp.*) *P* 14 liberauit *A* huius *bis, alterum m. 2 del. P* 15 consuletur *C* 16 per iesum christum dominum nostrum *P m sec. Vulg.* iam *om., s. u. m. 2 add. A* 17 desiderare *A Haussl.* desidera te *m* 18 a *ras. et corr. m. 2 antecedente ras. 2—3 l., quarum postr. fuit* m *A* desiderare, *m. 2* desiderari *AP* 19 solent, *ras. et corr. m. 2* solet *A* solet P^1 appetito, *supra m. 2* appetitu *A* adpetitur (r *m. 2 del.*) *P* appetitur P^1 20 ardor] amor AP^1 23 etiam delectet] iam debite P^1

omnis corruptionis siue suae siue alterius uel obluctando uel aduersando. quod ut facile diuinitus tribuatur, quintus adiungitur consilium exhibens de misericordia, ut in eo, quod potes, adiuues inopem, qui in eo, quod nondum potes, ab omnipotente adiuuari cupis. munus autem misericordiae geminum est, cum uindicta donatur et cum humanitas exhibetur. quae duo breuiter dominus ita complexus est: Dimittite et dimittetur uobis; date et dabitur uobis. hoc autem opus etiam ad mundationem cordis ualet, ut, quantum in hac uita licet, incommutabilem dei substantiam pura intellegentia cernere ualeamus. tenetur enim aliquid aduersus nos, quod relaxandum est, ut acies nostra erumpat in lucem, unde ipse dominus: Verum date, inquit, elemosynam et ecce omnia munda sunt uobis. quapropter sexta consequitur cordis ipsa mundatio.

2 Ut autem in lucem ueram rectus et purus dirigatur aspectus, neque illa, quae bene atque laudabiliter facimus, neque illa, quae acute sagaciterque dispicimus, ad finem placendi hominibus uel subueniendi necessitatibus corporis referenda sunt. gratis enim se uult deus coli, quia neque quicquam est praeter ipsum, propter quod ipse appetendus sit. cum ad istam intellegentiae puritatem bonae uitae gradibus uenerimus

7 Luc. 6, 37—38 13 Luc. 11, 41

1 suae, *m. 2* tuae *A* tuae *CP*^{1} *Haussl.* siue] sue, *m. 2* siue *P* uel aduersando *om. P m* 2 iungitur *P*^{1} 3 exhibes de misericordia *P*^{1} exhibendi (*m. 2* exhibendae) misericordiae *A* exhibendae misericordiae *P m* exhibendi misericordiam *Haussl.; scripsi* exhibens de misericordia 4 potes• (*fuit* t) *A* qui *om. A* quia *P m* 5 omnipotenti, *m. 1 corr.* omnipotente *P* adiuuare *A* minus, *m. 2* munus *A* 9 etiam] iam *P*^{1} ut] et *PP*^{1} 10 licet *s. u. m. ut uid. 1 P*^{1} cernere• (*fuit* t) *A* 12 acies (c *in ras.*) *A* rumpat, *m. 2* erumpat *A* 13 date *ras. et corr. m. 1 ex* ad te *A* 14 • sexta *P* sextam *A* sexto *Haussl.* consequitur (con *s. u. m. 1*) *A* 16 ut] quod *A* 17 *pr.* illa] illā *P* 18 acut•e *P* sagaciterq; (ci *s. u. m. 2*) *A* sequaciterque *P*^{1} placandi *P*^{1} 19 sint *P*^{1} 20 quicquam] qui¦que *P*^{1} est praeter quod (*om.* ipsum propter) *P* est propter quod *m* 21 est *A*

siue tardius siue celerius, tunc dicere audeamus ualere nos aliquantum mente contingere summae atque ineffabilis trinitatis unitatem, ubi summa pax erit, quia ultra, quod expectetur, non est, cum reformati ad sui generis imaginem filii dei ex hominibus facti paterna incommutabilitate perfruuntur. primus enim: Beati pauperes spiritu, ubi timor dei est; deinde: Beati mites, ubi pietas docibilis; tertio: Beati lugentes, ubi scientia propriae infirmitatis; quarto: Beati, qui esuriunt et sitiunt iustitiam, ubi fortitudo conandi domitas habere libidines; quinto: Beati misericordes, quoniam ipsis miserebitur deus, ubi consilium est adiuuandi, ut adiuuari merearis. tunc ad sextum peruenitur gradum, in quo dicitur: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt, ubi purus intellectus et habilis ad intellegendum quantulacumque ex parte trinitatem seruari non potest, nisi et laudem humanam non appetamus, quamuis laudanda faciamus. proinde septimo gradu peruenimus ad pacis illius tranquillitatem, quam dare non potest mundus. nam etiam illis uirtutibus quattuor, quas memorabili pridem industria philosophi quoque indagare potuerunt, id est prudentiae, fortitudini, temperantiae atque iustitiae si ad perfectum religionis cultum tria haec iungentes addamus, id est fidem, spem et caritatem, septenarium profecto numerum inuenimus. recte enim haec tria non omittuntur, sine

6 Matth. 5, 3—8; Luc. 6, 20—21 6—14 Es. 11, 2—3 17 Matth. 5, 9; Ioh. 14, 27

1 dicere• (*fuit* t) *A* 2 menti *A* 4 ex] et *P* 5 primo *m Haussl.; cf. p. 634, 22; 635, 12; 17* 6 paupere, *m. 1 corr.* pauperes P^1 7 docilis *ras. et corr. m. 2; fuisse uid.* docebilis *A* docilis *P m* 10 libidinis *A* (*supra m. 2* libidines) PP^1 ipsorum *P m* 11 deus *om. P m* 12 sextam, *supra* sextum *A* in quo *om.* P^1 14 quantulăcumq; AP^1 (q; *s. u. m. 1 add.*) 15 seruare *P* cernere *m* 17 gradu, *supra m. 2* grado *A* pacis] pacifici•• (*fuisse uid.* is) P^1 19 memorabile, *supra m. 2* memorabili *A* philofo///, *corr.* philosofi/// (*ras. 1—2 l.*) *A* indagari *A* indicare, *m. 1 corr.* indagare *P* 20 fortitudine *A* (*supra m. 2* fortitudini) *P* iustitia, *m. 2* iustitiae *A* 22 et *om. A* septinarium pro fectu *A* 23 trea, *m. 2* tria *A*

quibus nec deum colere nec ei quemquam nouimus posse placere.

CLXXII.

DOMINO VERE SANCTO ET OMNI MIHI AFFECTIONE VENERABILI PAPAE AUGUSTINO HIERONYMUS IN CHRISTO SALUTEM.

1 Virum honorabilem fratrem meum filium dignationis tuae Orosium presbyterum et sui merito et te iubente suscepi. sed incidit tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit quam loqui, ita ut nostra studia cessarent et iuxta Appium canina exerceretur facundia. itaque duobus libellis tuis, quos

8—638, 6 = ep. CCII A, 3 9 Sall. hist. fragm. II 37 (ed. Dietsch.)

1 quē quam (uē *m. 2*) *A* 2 placare P^1

B = *cod. Ambrosianus O 210 sup. s. VII.*
H = *cod. Escorialensis & I 14 s. VIII—IX.*
P = *cod. Parisinus 1862 s. IX.*
P^1 = *cod. Parisinus 12163 s. IX.*
K = *cod. Coloniensis 60 s. IX.*
V = *cod. Vaticanus 355 s. IX—X.*
U = *cod. Vaticanus 5762 s. X.*
Q = *cod. Augiensis LII s. X.*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
I = *cod. Escorialensis a II 3 s. X ex.*
R = *cod. Vaticanus 341 s. X—XI.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
C = *cod. Casinensis* 16^{19} *s. XI.*
P^2 = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
G = *cod. Gottuicensis 14 (33) s. XII in.*

4 domino—affectione *om. KVUQRC* uere *om. G* mihi *om. P* 5 pāp. *C* in Christo salutem *om. KVUQRC* in dño salutem *G* 6 uerum, *m. 2* uirum *R* uenerabilem *KVUQRC* tuo, *m. 1 corr.* tue *G* 7 presbyterem *I* e sui, *m. 2 (?)* et sui *B* iuuente *P* 8 sed] ipse *H* melius tacere *R* 9 nostrā *K* studea (i *supra* e *add.*) *I* et] ne *G; cf. ep. CCII A, 3* iusta *B* 10 exercetur *K* (*m. 2* exerceretur) *VUQ* fecundia, *corr.* facundia *B* facunda, *m. 2* facundia *K*

meo nomini dedicasti, eruditissimis et omni eloquentiae splendore fulgentibus ad tempus respondere non potui, non quo quicquam in illis reprehendendum putem, sed quia iuxta beatum apostolum unusquisque in suo sensu abundet alius quidem sic alius autem sic. certe quicquid dici potuit et tam sublimi ingenio de scripturarum sanctarum hauriri fontibus, a te positum atque dissertum est. sed quaeso reuerentiam tuam, parumper patiaris me tuum laudare ingenium. nos enim inter nos eruditionis causa disserimus. ceterum aemuli et maxime haeretici, si diuersas inter nos sententias uiderint, de animi calumniabuntur rancore descendere. mihi autem decretum est te amare, suscipere, colere, mirari tuaque dicta quasi

4 Rom. 14, 5; I Cor. 7, 7

1 nomini meo *ep. CCII A, 3* nomine *BPK* (*m. 2* nomini) *G* eruditissimi *V* eruditissime *P* eruditissimus *U* et *om., m. 1 add. G* et omni *om. Q* eloquentia, *corr.* eloquentiae *G* speldore *U pro* splendore—respondere *ras. 8—9 l., in qua m. ut uid. 1 scriptum est* respondere *et in marg.* splendore fulgentibus ad tempus hoc *G* 2 ad tempus *om. KVUQRC* reddere *Q* quod *BPC; cf. ep. CCII A, 3* 3 quiddam *KVUQRC* putem *om. P*^{1} putæ̃ (æ *in ras. 1—2 l.*) *P* beatum *om. P* 4 habundat *M* alius *utrumque ex corr. m. 1, fuit* aliis *A* 5 et sublimi *BP*^{1}*MIAP*^{2}*G edd.* ad sublimi *H* et a * sumi (*m. 2* sūmo) *K* et assumi *V* et a summi *U* et asum *Q* et asummo *C* et summo *R; cf. ep. CCII A, 3* 6 scriptura sancta, *corr.* scripturae sanctae *B* sanctarum *om. P*^{1} (*sed ras. est hoc loco 6—8 l.*) *KVUQ RC* haurire, *corr.* hauriri *B* auri *U* 7 a] et a (et *del.*) *B* adque *BHU* disertum *B* (i *in ras.*) *PR* (*m. 2* dissertum) disertum *I* 8 me * tuum *A* meum *B* a ingenium (a *del.*) *V* non *Q* enI i inter (*med.* i *exp.*) *G* 9 nos causa eru (eru *m. 1 del.*) eruditionis *G* causam *U* disserimus, *m. 1 corr.* dissenserimus *M* deserimus, *m. 2* disserimus *B* dixerimus *V* citerum, *m. 2* ceterum *B* 10 si] dum *R* diuersis *P*^{1} sen|tias, *m. 2* sen|tentias *M* 11 animæ (*ex* anima *factum uid.*) *K* calumniantur *C* sancore *P*^{1} decretum est] de ceterum (*om.* est) *P*^{1} statutum est *KVUQRC* 12 te amare suscipere (*m. 2 l* suspicere) *K* eum (*m. 2* tuum) resuscepere (*corr.* resuscipere) *B* te amare suspicere *PVUQMRACP*^{2}*G* te amare te suscipere *edd. praeter m* tę amare te suspicere *m; cf. ep. CCII A, 3* coler *U* mitari, *m. 1 corr.* mirari *P*

mea defendere. certe et in dialogo, quem nuper edidi, beatitudinis tuae, ut dignum fuerat, recordatus sum magisque demus operam, ut perniciosissima haeresis de ecclesiis auferatur, quae semper simulat paenitentiam, ut docendi in ecclesiis habeat facultatem, ne, si aperta se luce prodiderit, foras expulsa moriatur.

2 Sanctae et uenerabiles filiae tuae, Eustochium et Paula, et genere suo et exhortatione tua digne gradiuntur specialiterque salutant beatitudinem tuam, omnis quoque fraternitas, quae nobiscum domino saluatori seruire conantur. sanctum presbyterum Firmum anno praeterito ob rem earum Rauennam et inde Africam Siciliamque direximus, quem putamus iam in

1 Hieron. dial. adu. Pelag. III 19 (Migne patrol. lat. XXIII p. 588—590)

1 cete P^1 et *om.* *B* in dialoca, *m. 2* in dialogo *K* in alio loco *U* tuae beatitudinis *KVUQRC edd.* 2 indignum (in *del.*) *G*: *cf. ep. CCII A, 3* suum (*alt.* u *del.*) *B* magisque demus (que *ex corr. m. 2; fuisse uid.* magisq, uidemus) *B* magis credemus *H* magis quidem demus *G* 3 perniciosissimam (*postr. l. del.*) *B* ecclesia *PKVUQRC* 4 poenitentia *I* docendimin (m *del.*) *B* 5 habeant (n *del.*) *B* facultates *B* facultate *I* nisi, *corr.* ne si *B* nam si *KVUQRC* se aperta *KVUQRC* apta (*om.* se) *H* luce se *P* proderit, *m. 1 corr.* prodiderit *B* prodierit, *m. 1 (?) corr.* prodiderit *G* foris *VAC* 6 moratur, *m. 2* moriatur *B* feriatur *P* morietur *KVUQRC* 7 sancte *V* ac *HKVUQIRC edd.* uenerabilis *B* (*corr.* uenerabiles) *HI* paula et eustochium *K* (eustachium, *m. 2* eustochium) *VUQRAC* eustochia P^1M eusthotia P^2 eostocia *H* paulae (e *del.*) *B* paula que *G* 8 et *om.* *BI* extatione, *m. 2* exortatione *K* tua *ex corr.* (*fuitne* sua *?*) *G* gratiuntur, *corr.* gratiantur *B* grediuntur P^1 que *om.* *K* (*m. 1 ? add.*) *G* 9 salutat, *m. 2* salutăt P^2 omnes, *corr.* omnis *B* et | omnis *M* quoque] que *PG* qui *VQC* quo *U* 10 domini *I* saluatori *om.*, *in marg.* (*m. 1 ?*) *add.* *G* salutatori *B* saluatore *H* saluatoris *I* conantur *M* (*post.* n *m. ut uid 1 exp.*) *G* (*corr.* conatur) conatur *K* conatur HPP^1IRAP^2 *edd.* presbyterem *I* 11 firminum *U* anto (*sic!*) *A* ob rem earū, *sed* u *in ras. m. 3* *R* ob re mearum AP^2 (*m. 2* ob rem earum) ob rem earum *M* ob rem mearum *PKQC* (*corr.* ob rem mearunt) ob rem mearunt *V* remeantem (*om.* ob) *HI* 12 inde in africam *KVURC* siciliam et direximus *VC* puto (o *in ras. 1 l.*) *M* in *om.* *A*

Africae partibus commorari. sanctos tuo adhaerentes lateri ut meo obsequio salutes, precor. litteras quoque meas ad sanctum presbyterum Firmum direxi; quae si ad te uenerint, ei dirigere non graueris. incolumem te et mei memorem Christus dominus custodiat, domine uere sancte et beatissime papa.

Grandem latini sermonis in ista prouincia notariorum patimur penuriam et idcirco praeceptis tuis parere non possumus maxime in editione Septuaginta, quae asteriscis ueribusque distincta est; pleraque enim prioris laboris ob fraudem cuiusdam amisimus.

1 conmauere *B* sanctos tuos P^1 sancto* tuo *K* sancto tuo BJ^2 sancto studio *G* id herentes *V* later. *U* lateri tuo *G* 2 meas quoque *A* queque *V* ad] per *H* sanctum *om. H* 3 firmum presbyterum *G* firminum *U* dirigi P^1MP^2 dirige *BHI* dirigo *A* quae—graueris *om. BHP*^{1}*MIAP*^{2} quae—amisimus *om. QG* 4 incolumẽ* (~ *m. 2; fuitne* n ?) *K* te *om.* P^1M (*m. 1 add.*) *A* memorem mei *BHP*^{1}*MIAP*^{2} dominus *om. B* dominus deus noster *HI* deus noster P^1MAP^2 5 uere in scãe P^1 et beatissime—amisimus *om. B* beatissima, *m. 2* beatissime *KM* papae *V* pape *I* papa et subter grandem P^1MP^2 *m* 6 in istam prouinciam (*utrumque* m *m. 2 exp.*) P^2 7 penuria *HV* tuis praeceptis *HP*^{1}*MIAP*^{2} patere *V* parare P^1 possum *A* 8 LXX *PKVURC* astericis *H* uersibusque *PP*^{1}*KVUM* (*m. 2 in marg.* uerib;q;) CP^2 *a* obelibusque *H* obolibusque *I* uerubusque *cett. edd.* 9 distincta (*post.* i *supra ras. 1—2 l. m. 1*) *K* destincta *I* ob fraudem] ob siccudem (*sic!*) *V* ob segnitiem *C* fraude *HP*^{1}*MIP*^{2} *f l r m* faude (*sic!*) *A*

CLXXIII.

DONATO PRESBYTERO PARTIS DONATI AUGUSTINUS EPISCOPUS ECCLESIAE CATHOLICAE.

1 Si posses uidere dolorem cordis mei et sollicitudinem pro salute tua, fortasse misereris animae tuae placens deo in audiendo uerbo non nostro sed ipsius nec eius scripturas sic in memoria tua figeres, ut contra eas cor clauderes. displicet tibi, quia traheris ad salutem, cum tam multos nostros ad perniciem traxeritis. quid enim uolumus, nisi te comprehendi et praesentari et seruari, ne pereas? quod autem aliquantum in corpore laesus es, ipse tibi fecisti, qui iumento tibi mox admoto uti noluisti et te ad terram grauiter conlisisti. nam utique alius, qui adductus est tecum, collega tuus inlaesus uenit, quia talia sibi ipse non fecit.

2 Sed neque hoc putas tibi fieri debuisse, quia neminem aestimas cogendum esse ad bonum. adtende, quid apostolus dixerit: Qui episcopatum desiderat, bonum opus concupiscit, et tamen tam multi, ut episcopatum suscipiant, tenentur

5 Eccli. 30, 24 17 I Tim. 3, 1

P = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
M = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
F = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
A = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
C = *cod. Casinensis 16*[19] *s. XI.*
P[1] = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
R = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

Inscriptionem om. P 3 ecclesiae catholicae episcopus *R* 4 possis. *corr.* posses *PP*[1] possis *MACR* pro salute tua sollicitudinem *R* 5 fortassis *MFAP*[1]*R edd.* misereris, *m. 2* misereris *PP*[1] misereris *MA* 6 nec, *a. m.* et *C* 7 ////eas *C* clauderes, *m. 2* non clauderes *C* 9 traxeris *edd. praeter m* uoluimus *CP*[1] *m* 11 aliquantum *om. MFACP*[1]*R edd.* es/// (t *eras. ?*) *P*[1] 12 amoto *CP*[1] (*m. 2* admoto) uoluisti *F* collisisti grauiter *R* 13 alius qui tecum utique adductus est *R* collega, *m. 2* sit collega *C* 14 qui *M* qui *FCR edd.* ipse | sibi *P*[1] 15 tibi fieri putas *R* putas • *P* qui *P*[1] quod *C* 16 existimas *edd. praeter a* quod apostolus ait *R*

inuiti, perducuntur, includuntur, custodiuntur, patiuntur tanta, quae nolunt, donec eis adsit uoluntas suscipiendi operis boni; quanto magis uos ab errore pernicioso, in quo uobis inimici estis, trahendi estis et perducendi ad ueritatem uel cognoscendam uel eligendam, non solum ut honorem salubriter habeatis, sed etiam ne pessime pereatis! dicis deum dedisse liberum arbitrium, ideo non debere cogi hominem nec ad bonum. quare ergo illi, de quibus supra dixi, coguntur ad bonum? adtende ergo, quod considerare non uis. ideo uoluntas bona misericorditer inpenditur, ut mala uoluntas hominis dirigatur. nam quis nesciat nec damnari hominem nisi merito malae uoluntatis nec liberari, nisi bonam habuerit uoluntatem? non tamen ideo, qui diliguntur, malae suae uoluntati impune et crudeliter permittendi sunt, sed, ubi potestas datur, et a malo prohibendi et ad bonum cogendi.

3 Nam si uoluntas mala semper suae permittenda est libertati, quare Israhelitae recusantes et murmurantes tam duris flagellis a malo prohibebantur et ad terram promissionis compellebantur? si uoluntas mala semper suae permittenda est libertati, quare Paulus non est permissus uti pessima uoluntate, qua persequebatur ecclesiam, sed prostratus est, ut excaecaretur, excaecatus, ut mutaretur, mutatus, ut mitteretur, missus, ut, qualia fecerat in errore, talia pro ueritate pateretur? si uoluntas

17 Ex. 15, 22 sqq. 20 Act. 9, 1—9

1 * tanta quae (*fuit* q) *P* tantaque *A* 2 uolunt, *corr.* nolunt *M* nec, *m. ut uid. 1 corr.* donec *F* assit eis *R* 3 perniciosa, *corr.* pernicioso *C* 4 trahendi (h *ex corr. m. 1*) *M* deducendi *C f l r m* uel cognoscendam] ad cognoscendam *R* 5 eligandam, *m. 2* eligendam *M* ut in honorem (in *m. 2 del.*) P^1 teneatis *R* 7 deberi P^1 hominem cogi *R* nec *in fine u. om. P* 8 edixi *F* 11 hominem nec dampnari *R* 14 promittendi *MA* 15 cogendi sunt *P* 18 prohibeantur *C* compellabantur, *m. 1 corr.* compellebantur *R* 19 semper *om. MFACP*^{1}*R edd. praeter m; cf. u. 16; p. 642, 1; 6* ** suae *P* 20 qui P^1 21 ecclesias et *P* excaecatus ut] et excaecatus ut *CP*^{1} et excaecatus | (ut *in fine u. om.*) *R* et excaecatus est ut *edd*

mala semper suae permittenda est libertati, quare monetur pater in scripturis sanctis filium durum non solum uerbis corripere sed etiam latera eius tundere, ut ad bonam disciplinam coactus et domitus dirigatur? unde idem dicit: Tu quidem percutis eum uirga, animam autem eius liberabis a morte. si mala uoluntas semper suae permittenda est libertati. quare corripiuntur neglegentes pastores et dicitur eis: Errantem ouem non reuocastis, perditam non inquisistis? et uos oues Christi estis, characterem dominicum portatis in sacramento, quod accepistis, sed errastis et peristis. non ideo uobis displiceamus, quia reuocamus errantes et quaerimus perditos: melius enim facimus uoluntatem domini monentis, ut uos ad eius ouile redire cogamus, quam consentimus uoluntati ouium errantium, ut perire uos permittamus. noli ergo iam dicere, quod te assidue audio dicere: 'Sic uolo errare, sic uolo perire'; melius enim nos hoc omnino non permittimus. quantum possumus.

4 Modo quod te in puteum, ut morereris, misisti, utique libera uoluntate fecisti. sed quam crudeles essent serui dei, si huic malae tuae uoluntati te permitterent et non te de illa morte liberarent! quis eos non merito culparet? quis non impios recte iudicaret? et tamen tu te uolens in aquam

1 Eccli. 30, 12 4 Prou. 23, 14 7 Ezech. 34, 4

1 ** suae (*fuitne* in *?*) *P* moneretur *P* 2 filium durum in scripturis sanctis *R* 3 etiam in latera (in *m. 1 del.*) *M* 4 item *MFAP*^{1}*R edd. praeter m* 5 liberas a morte *MFAP*^{1}*R edd.* a morte liberas *C* (*Vulg.* de inferno liberabis, *Septuag.* ἐκ θανάτου ῥύσῃ) 6 libertati] uoluntati *P* 7 neglegentes *om. A* 8 ouem *om. PMFACP*^{1} requisistis *f l r m* 9 estis christi *R* 10 erratis *MFACP*^{1}*R edd.* peritis *R edd.* 11 displiceamus *F* quia* *P* quod *C* 12 monentes *M* (es *ex corr. m. 2*) *FA* 13 reduci, *m. 1 supra l* redire *R* quam, *m. 2* quam si *C* consentiamus *P*^{1} 15 dicere audio *P* sic uolo perire sic uolo errare *C* 16 sic uolo perire *om., m. ut uid. 1 in marg. add. P*^{1} 17 in quantum *R* 18 moreris *P* (*m. 1 corr.* morereris) *MC* 20 si te huic malae|uoluntati (*om.* tuae) *P* si huic malae tuae uoluntate (*m. 2* uoluntati) te *M* si huic tuae malae uoluntati te *R* 21 merito non *C* culparet (*ras. 1—2 l.*) *M* occulparet *F* 22 impios| *** recte (*fuit* non) *P*

misisti, ut morereris, illi te nolentem de aqua leuauerunt, ne morereris; tu fecisti secundum uoluntatem tuam sed in perniciem tuam, illi contra uoluntatem tuam sed propter salutem tuam. si ergo salus ista corporalis sic custodienda est, ut etiam in nolentibus ab eis, qui eos diligunt, seruetur, quanto magis illa spiritalis, in cuius desertione mors aeterna metuitur! quamquam in ista morte, quam tibi tu ipse inferre uoluisti, non solum ad tempus sed etiam in aeternum morereris, quia, etsi non ad salutem, non ad ecclesiae pacem, non ad Christi corporis unitatem, non ad sanctam et indiuiduam caritatem sed ad mala aliqua cogereris, nec sic tibi ipse mortem inferre debuisti.

5 Considera scripturas diuinas et discute, quantum potes, et uide, utrum hoc fecerit aliquis aliquando iustorum atque fidelium, cum ab eis tanta mala perpessi sint, qui eos ad aeternum interitum non ad uitam aeternam, quo tu compelleris, adigebant. audiui, quod dixeris apostolum Paulum significasse hoc fieri debere, ubi ait: Et si tradidero corpus meum, ut ardeam. quia uidelicet omnia bona dicebat, quae sine caritate nihil prosunt, sicut sunt linguae hominum et angelorum et omnia sacramenta et omnis scientia et omnis prophetia et omnis fides ita, ut montes transferantur, et rerum suarum distributio pauperibus, ideo uidetur tibi etiam hoc inter bona numerasse, ut sibi quisque inferat mortem. sed adtende diligenter et cognosce, quem ad modum dicat scriptura, quod

18 I Cor. 13, 3 19 I Cor. 13, 1—3

1 moreris, *m. 1 corr.* morereris *P* ne* *P* 2 in *om.*, *m. 1 add. M* 3 salu////tem (*ras. 2—3 l.*) *P* 4 sic] si, *m. 2* sic *A* ut *om. P* 5 seruetur *om. P* 6 desertionem *P* 8 moreris, *m. 1 corr.* morereris *M* 9 non de (*m. 2* ad) ecclesiae *P* 11 tibi sic *P* 13 scripturas scās diuinas *M* 14 aliquid, *m. 2* aliquis *C* adque, *m. 2* atque *P* 15 qui eos] quos *P* 16 quo] quod *P* 17 adigebant] id agebant *R* 19 bona *om.*, *m. 1 add. F* diceba*t *P* dicebant *C* 21 *pr.* omnis] omni, *m. 2* omnis *C* 23 pauperibus | ideo *P* pauperibus prosit ideo *MFAC* (*m. 2* pauperibus non prosit ideo) P^1 (prosit *m. 2 del*) *R edd. praeter m* 25 agnosce *edd.* quem] quam *A*

tradat quisque suum corpus, ut ardeat, non utique, ut ipse se in ignem mittat, quando persequentem patitur inimicum, sed, quando ei proponitur, ut aut mali aliquid faciat aut mali aliquid patiatur, eligat non facere mala quam non pati mala atque ita corpus suum tradat in potestatem interfectoris. sicut tres illi uiri fecerunt, qui auream statuam cogebantur adorare et, nisi facerent, minabatur eis ille, qui cogebat. caminum ignis ardentem. idolum adorare noluerunt, non ipsi se in ignem miserunt et tamen etiam de illis scriptum est. quod tradiderunt corpora sua, ut neque seruirent neque adorarent ullum deum sed deum suum. ecce quo modo dixit apostolus: Si tradidero corpus meum, ut ardeam.

6 Quod autem sequitur, uide: Si caritatem non habeam. nihil mihi prodest. ad istam caritatem uocaris, ab ista caritate perire non sineris et putas tibi aliquid prodesse, si te ipse praecipites in interitum, cum tibi nihil prodesset, etiamsi alter te occideret caritatis inimicum. foris autem ab ecclesia constitutus et separatus a compage unitatis et uinculo caritatis aeterno supplicio punireris. etiamsi pro Christi nomine uiuus incendereris. hoc est enim, quod ait apostolus: Et si tradidero corpus meum. ut ardeam, caritatem autem non habeam. nihil mihi prodest. reuoca ergo animum ad sanam considerationem et sobriam cogitationem; adtende diligenter, utrum ad errorem et impietatem uoceris, et patere pro ueritate quaslibet molestias. si autem tu potius in errore atque in impietate uersaris, quo autem uocaris, ibi est ueritas et pietas, quia

6 Dan. 3, 13—21 10 Dan. 3, 95 13; 20 I Cor. 13, 3

3 proponitur ei *F* 4 elegit *A* eligat magis P^1 quam pati (m *eraso m. 2 corr., quod legi nequeat*) *C* 8 uoluerunt *A* 9 illis] illis sic *MFAC edd.* 11 illum *R* 14 ab ista caritate perire] ad istam caritatem pertinere *P* 15 prodesse (*fuit* t) *P* 18 conpace, *m. 2* conpage *P* 19 punieris *F* 20 incenderis *F* 21 caritatem autem] caritatem (*om.* autem) *MFA* et caritatem CP^1R 24 uocaris *P* ueritatē (~ *eras.*) *A* 25 adque, *corr.* atque *P* in *om. PF* (*m. 1 add.*) 26 ibi, *m. 2* nisi ibi *C* ubi *A* quod *C*

ibi Christiana unitas et sancti spiritus caritas, quid adhuc tibi esse conaris inimicus?

7 Ideo praestitit misericordia dei, ut et nos et episcopi uestri tam frequenti numerosoque conuentu Carthaginem ueniremus atque inter nos de ipsa dissensione ordinatissime conferremus. gesta conscripta sunt, nostrae etiam subscriptiones tenentur. lege uel patere. ut tibi legatur, et tunc elige, quod uolueris. audiui, quod dixeris posse te nobiscum de ipsis gestis aliquid agere, si omittamus uerba episcoporum uestrorum, ubi dixerunt: 'Nec causa causae nec persona personae praeiudicat'. haec uerba uis omittamus, ubi per eos nescientes ueritas ipsa locuta est. sed tu dicturus es hic eos errasse et in falsam sententiam incautius cecidisse; nos autem dicimus hoc eos uerum dixisse et hoc per te ipsum facillime probamus. si enim episcopi uestri electi ab uniuersa parte Donati, qui causam omnium sustinerent et, si quid egissent, gratum et acceptum ceteri haberent, tamen in eo, quod illos temere et non recte dixisse arbitraris, non uis ut tibi praeiudicent, uerum ergo dixerunt, quia 'nec causa causae nec persona personae praeiudicat'. et ibi debes agnoscere, quia, si persona tot episcoporum tuorum in illis septem constitutorum non uis ut praeiudicet personae Donati Mutugennensis presbyteri, quanto minus non debet praeiudicare Caeciliani persona, etiamsi mali aliquid in illo esset inuentum, uniuersae unitati Christi, quae non in una uilla Mutugenna concluditur, sed toto terrarum orbe diffunditur!

10 cf. Aug. breu. conl. cum Donat. III 16. 28; ad Donat. post conl. 2 sqq. (Migne patrol. lat. XLIII p. 641, 7; 653, 45 sqq.)

1 ibi] ibi est *edd.* qui, *m. 1 corr.* quid *F* 5 confereremus *F* 6 nostra etiam subscriptione⁊ (*fuisse uid.* s) *F* 7 legantur *f l r m* 10 causa] causa ne (ne *del.*) *C* 11 omittâ ubi *P* 12 locutâ (~ *eras.*) ẽ P^1 13 incautis *C* dicemus *P* hoc *om. P* 16 sustinent *P* 18 arbitrares *A* non uis] nobis *F* 20 quod *C* personas *A* 21 praedicet, *m. 2* praeiudicet *P* 23 cęciliâ *A* 24 unitati (*postr. l. in ras. m. 1*) *P* unitate, *m. 2* unitati *M* in unam uillâ mutugennâ (*post.* ~ *m. fortasse 2*) *P* 25 mugenna, *m. ut uid. 1 corr.* mutugenna *R*

8 Sed ecce facimus, quod uoluisti; sic tecum agimus, ac si non dixerint uestri: 'Nec causa causae nec persona personae praeiudicat'. tu inueni, quid illic dicere debuerint, cum eis obiecta esset causa et persona Primiani, qui damnatores suos et damnauit cum ceteris et damnatos ac detestatos in suo rursus honore suscepit et baptismum, quem mortui dederant. quia de ipsis in illa praeclara sententia dictum erat. quod mortuorum funeribus plena sint litora, agnoscere potius et acceptare quam exsufflare et rescindere maluit totumque dissoluit. quod male intellegentes dicere soletis, quia qui baptizatur a mortuo, quid ei prodest lauacrum eius? si ergo non dicerent: 'Nec causa causae nec persona personae praeiudicat'. rei tenerentur in causa Primiani; cum autem hoc dixerunt. immunem fecerunt ecclesiam catholicam, sicut nos adserebamus. a causa Caeciliani.

9 Sed cetera lege, cetera discute. uide, utrum in ipsum Caecilianum, de cuius persona praeiudicare conabantur ecclesiae. aliquid mali probare potuerint. uide, utrum non potius etiam pro illo multa egerint et pluribus lectionibus, quas contra se protulerunt et recitauerunt, causam eius bonam omnino firmauerint. lege ista uel legantur tibi. considera omnia. retracta diligenter et elige, quid sequaris, utrum nobiscum in Christi pace, in ecclesiae catholicae unitate, in fraterna caritate

7 cf. Aug. contra Gaudent. Donat. episc. I 54 s. fin. (Migne patrol. lat. XLIII p. 740, 35) 10 Eccli. 34, 30

1 facimus] fac unus P^1 3 quod *F* illi *MA f l r m* debuer̃ P^1 4 abiecta *FA* subiecta *C* 5 in suo rursus honores *C* in suos rursus honores *f l r m* 6 et *om. P* 7 quia] quod *C* 9 maluit (uit *supra ras. m. ut uid. 1*) P^1 dissoluat, *m. 2* dissoluit P^1 10 quia *om. MFACP*^{1}*R edd.* 11 a mortuo] a mortuo et iterum tangit mortuum *edd. praeter m sec. sacr. litt.; cf. Aug. retract. I 21, 3* 12 dicerent (n *exp., sed puncto eraso restitutum*) P^1 diceret *M* (*m. 1 corr.* dicerent. *ACR* 13 rei tenerentur] reiterentur *P* 14 assereb•amus *F* 17 praedicare *R* conabatur *M* (*m. 1 corr.* conabantur) *FA* 18 male, *m. 2* mali P^1 potuer̃ P^1 19 pro illa *MFA* 21 firmauerunt *P* 22 qđ P^1 in Christi *om. P*

gaudere an pro nefaria dissensione, pro Donati parte, pro sacrilega diuisione importunitatem nostrae circa te dilectionis diutius sustinere.

Adtendis enim et saepe repetis, sicut audio, quod in euangelio scriptum est recessisse a domino septuaginta discipulos et arbitrio suae malae atque impiae discessionis fuisse permissos ceterisque duodecim, qui remanserant, fuisse responsum: Numquid et uos uultis ire? et non adtendis, quia tunc primum ecclesia nouello germine pullulabat nondumque in ea fuerat completa illa prophetia: Et adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes seruient illi, quod utique quanto magis impletur, tanto maiore utitur ecclesia potestate, ut non solum inuitet, sed etiam cogat ad bonum. hoc tunc dominus significare uolebat, qui quamuis haberet magnam potestatem, prius tamen elegit commendare humilitatem. hoc et in illa conuiuii similitudine satis euidenter ostendit, ubi misit ad inuitatos et uenire noluerunt; et ait seruo: Exi in plateas et uicos ciuitatis et pauperes et debiles et caecos et claudos introduc huc. et ait seruus domino: 'Factum est, ut imperasti, et adhuc locus est'. et ait dominus seruo: Exi in uias et saepes et compelle intrare, ut impleatur domus mea. uide nunc, quem ad modum de his, qui prius uenerunt, dictum est: 'Introduc' eos, non dictum est 'compelle,' ita significata sunt ecclesiae primordia adhuc crescentis, ut essent uires etiam compellendi. proinde, quia oportebat eius iam uiribus et magnitudine roborata etiam

4 Iob. 6, 67—68 10 Ps. 71, 11 17 Luc. 14, 21—23

2 circa te] caritate *A* 4 in euangelio quod *C* 5 LXX ta P^1 6 suo *P* discessioni *P* 8 attendit, *m. 1 corr.* attendis *A* quod *C* 9 completa fuerat *C* 10 prophetię, *m. 2* prophetia *P* 11 gentes *om. A* illi *F* 18 ciuitas *C* et debiles] ac debiles *R sec. Vulg.* 19 et ait—imperasti *om. P* 22 impleretur *C* uide] unde *C* 23 quib; (b; *m. 2 del.*) P^1 eos] huc *C m* nam sicut dictum ☞ compelle (compelle *del. et semiraso m. 2 in marg.* non dictū ē cōpelle) P^1 25 ad hoc *m* 26 quod *C* roborata (b *in ras. 2—3 l. m. 1*) *P*

compelli homines ad conuiuium salutis aeternae, posteaquam dictum est: Factum est, quod iussisti, et adhuc est locus, exi, inquit, in uias et saepes et compelle intrare. quapropter, si ambularetis quieti extra hoc conuiuium sanctae unitatis ecclesiae, tamquam in uiis uos inueniremus; nunc uero, quia per multa mala et saeua, quae in nostros committitis, tamquam spinis et asperitate pleni estis, uos tamquam in saepibus inuenimus et intrare compellimus. qui compellitur. quo non uult, cogitur, sed, cum intrauerit, iam uolens pascitur. cohibe itaque iam iniquum et inpacatum animum, ut in uera ecclesia Christi inuenias salutare conuiuium.

CLXXIII A.

DOMINIS DILECTISSIMIS SANCTIS FRATRIBUS ET CONPRESBYTERIS DEOGRATIAS ET THEODORO ET CONDIACONIS TITIANO ET FRATRI COMITI AUGUSTINUS.

Quamuis non litteris uestris tamen certissimo et fidelissimo nuntio comperi desiderare uos a me scribi, quo sine ulla dubitatione ac sine ulla obscuritate, quae penetrari a tardioribus non potest, deus esse probetur spiritus sanctus. proinde sciat germanitas uestra, quantum scripturarum sanctarum de hac re meminisse possum, cui satis non facit, quod dicit apostolus: Nescitis, quia corpora uestra templum in uobis est spiritus sancti, quem habetis a deo, et non estis uestri? empti enim estis pretio magno. glorificate et portate

22 I Cor. 6, 19—20

1 ad] uocare ad (uocare *del.*) P^1 2 locus est *M* locus (*om.* est) *C* 3 in uias] ianuas *F* 4 conuiuium salutis aeternae et sanctae *l r m* sanctae *bis, alterum del. C* 5 tanqui, *m. 2* tanquam *C* uos *om.* P^1 6 per *om.* P^1 10 cohibe (*fuit* t) P^1 tam *f l r m* inpeccatum. *m. 2* impaccatum P^1 11 saluta, *m. 2* salutare *A*

Haec epistula in uno codice Cheltenhamensi 2173 (E) inuenta nunc primum est edita.

15 comite *E; correxi* Comiti 22 *ante* in *parua ras. E*

deum in corpore, nescire omnino, unde illi persuaderi possit deum esse spiritum sanctum, quantum ad auctoritatem adtinet diuinorum eloquiorum; quantum autem ad rationem, quae uel ab homine uel a tali homine, quales nos sumus, iniri potest, de hac re cum labore maximo disputatur. quisquis autem cedit diuinarum scripturarum eminentissimae auctoritati, primum intueatur, quod scriptum est: Dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies. quod Graece ita positum est, ut non illa intellegatur seruitus, quae debetur et hominibus dominis, sed illa, quae deo tantum exhibenda est, quae latria dicitur, unde et idolatria iure damnatur, cum idolis exhibetur latriaque deo uero tantum exhibenda est. non autem ait 'dominum deum tuum solum adorabis', 'et illi', inquit, 'soli seruies'. ibi dixit 'soli', ubi dixit 'seruies' illa scilicet seruitute, quae appellatur latria. ad hanc seruitutem pertinet templum, sacrificium, sacerdos et si quid huius modi est. ac per hoc apostolus nullo modo diceret corpus nostrum templum esse spiritus sancti, nisi ei seruitus illa deberetur, quae appellatur latria. porro talis seruitus non deberetur, nisi deus esset, cui debetur, praesertim quia corpora nostra membra esse dicit Christi, quem deum esse non negant, etiam qui spiritum sanctum deum negant et qui maiorem Christum quam spiritum sanctum esse contendunt. quo modo igitur membra maioris templum esset minoris? unde non solum per hoc deus esse sine dubitatione intellegitur spiritus sanctus, quia pie recteque templum tribui non potest nisi deo, uerum etiam unus deus esse necessario reperitur cum patre et filio, quia trinitas unus est deus. cum enim templi attributio ad illam seruitutem pertinet, quae latria uocatur, et scriptum est: Dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies, id est soli latriam exhibebis, profecto, quoniam latria, cum recte exhibetur, deo exhibetur et, cui templum exhibetur, latria exhibetur et

7 Deut. 6, 13; Matth. 4, 10 20 I Cor. 6, 15; 12, 27

1 *post* corpore *s. u. ex sacr. litt. m. 2 add.* uestro *E* þsuadere, *m. 2* psuadere *E; correxi* persuaderi 4 inire *E; correxi* iniri 22 quam] quam qui *E; deleui* qui

unus deus solus est, cui latria exhibenda est, et unus sine dubio deus est pater et filius et spiritus sanctus. et hoc est. quod ait: Glorificate et portate deum in corpore uestro. de quo dixerat: Corpora uestra templum in uobis est spiritus sancti, quem habetis a deo.

Haec ut potui festinantissime dictare malui, quam desiderium caritatis uestrae aliqua excusatione differre. si parum hoc putatis, seruate uos ad legendos de trinitate libros, quos in nomine domini edere iamque dispono, ne forte illi persuadeant, quod tamen breuis epistula non potest.

CLXXIV.

DOMINO BEATISSIMO ET SINCERISSIMA CARITATE VENERANDO SANCTO FRATRI ET CONSACERDOTI PAPAE AURELIO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

De trinitate, quae deus summus et uerus est, libros iuuenis inchoaui, senex edidi. omiseram quippe hoc opus, posteaquam comperi praereptos mihi esse siue subreptos, antequam eos absoluerem et retractatos, ut mea dispositio fuerat, expolirem. non enim singillatim sed omnes simul edere ea ratione decreueram, quoniam praecedentibus consequentes inquisitione proficiente nectuntur. cum ergo per eos homines, qui, priusquam

6 dicta remalui, *m. 2* dictare malui *E* 10 Explicit ad supra dictos *E*

O = *cod. Bodleianus Laud. misc. 126 s. IX in.*
H = *cod. Palatinus 202 s. IX.*
L = *cod. Laudunensis 130 s. IX.*
M = *cod. Marcianus 630 s. IX.*
M^1 = *cod. Marcianus 632 s. X.*
I = *cod. Eporedinus 77 s. X.*
U = *cod. Vercellensis 104, 47 s. X.*
V = *cod. Vaticanus 5755 s. XI.*
T = *cod. Trecensis 69 s. XII.*

18 et consacerdoti] ac coepiscopo *V* 15 ac *V* 16 edidi *U* editio miseram, *m. 2* edidi omiseram *O* 17 mihi praereptos *V* siue] uel *M* 18 retractos M^1 expoli//rem (*ras. 1—2 l.*) *MU* 20 quoniam] qua *ex corr. M* inquisitione *H* inquisitionis *T* proficione, *m. 1 corr* proficiente *L* proprietate *T* 21 qui *om. M* quia *m*

uellem, ad quosdam illorum peruenire potuerunt, dispositio mea nequiuisset impleri, interruptam dictationem reliqueram cogitans hoc ipsum in aliquibus scriptis meis conqueri, ut scirent, qui possent, non a me fuisse eosdem libros editos sed ablatos, priusquam mihi editione mea digni uiderentur. uerum multorum fratrum uehementissima postulatione et maxime tua iussione compulsus opus tam laboriosum adiuuante domino terminare curaui eosque emendatos, non ut uolui, sed ut potui, ne ab illis, qui subrepti iam in manus hominum exierant, plurimum discreparent, uenerationi tuae per filium nostrum condiaconum carissimum misi et cuicumque audiendos, legendos describendosque permisi. in quibus si seruari mea dispositio potuisset, essent profecto etsi easdem sententias habentes multo tamen enodatiores atque planiores, quantum rerum tantarum explicandarum difficultas et facultas nostra pateretur. sunt autem, qui primos quattuor uel potius quinque etiam sine prooemiis habent et duodecimum sine extrema parte non parua. sed si eis haec editio potuerit innotescere, omnia, si uoluerint et ualuerint, emendabunt. peto sane, ut hanc epistulam seorsum quidem sed tamen ad caput eorundem librorum iubeas anteponi. ora pro me.

1 dispositione mea *O* 2 interruptam dictionem *I* interrupta dictatione M^1 3 meis scriptis *edd.* 4 possint *L* 5 ablatos] ab alios (*corr.* aliis) *U* 7 adiuuante—emendatos *om.*, *in superiore marg.* (*m. 1 ?*) *add. H* 9 sed *in ras.* (*m. 1 ?*) *H* ne▪ab *O* eis *T* subrepti iam *om.*, *s. u. m. 1 add.* subrecti iam *V* subrepti▪ iam (*fuit* s) *H* hominũs (s *exp.*) *L* 10 plurimum▪▪▪ *U* 11 condiaconem *V* diaconum *T* unicuique *L* 12 legendos scribendos *OT* legendos et scribendos *V* describendos (discribendos M^1) legendosque *MM*^{1} *edd.* permisit *O* mea dispositio seruari *V* 13 essent *ex corr. m. ut uid. 1 M* 14 tamen▪▪ (*fuit* en) *H* planitiores (ti *eras.*) M^1 15 difficultas▪et *H* 17 prohemiis *ex corr. a. m. ut uid.; fuisse uid.* ꝑmiis *H* duodecim *U* parte non *bis, posterius* parte *m. 1 del. V* non parua *om.* M^1 18 sed] nam M^1 potu▪▪erit *H* 19 ualuerint et uoluerint *M* epistolam seorsum *et* librorum iubeas anteponi *in ras. m. ut uid. 2 H* 20 eorundem] eorum *M* 21 *post* iubeas *ras.* (iubeas *iteratum fuisse uid.*) *U* ora] uale ora *H m* ora pro me *om. OLM*^{1}*T* ora pro nobis *MV* ora pro nobis amen *U*

CLXXV.

DOMINO BEATISSIMO ET HONORANDISSIMO SANCTO FRATRI INNOCENTIO PAPAE AURELIUS, NUMIDIUS, RUSTICIANUS, FIDENTIUS, EVAGRIUS, ANTONINUS, PALATINUS, ADEODATUS, VINCENTIUS, PUBLIANUS, THEASIUS, TUTUS, PANNONIUS, VICTOR, RESTITUTUS, ALIUS RESTITUTUS, RUSTICUS, FORTUNATIANUS, AMPELIUS, AVIVIUS, FELIX, DONATIANUS, ADEODATUS, OCTAVIUS, SEROTINUS, MAIORINUS, POSTUMIANUS, CRISPULUS,

N = *cod. Atrebatensis 644 (572) s. VIII.*
P = *cod. Parisinus 3848 A s. VIII—IX.*
V = *cod. Vindobonensis 2141 s. IX.*
V^1 = *cod. Vindobonensis 2147 s. IX—X.*
P^1 = *cod. Parisinus 3842 A s. IX—X.*
B = *cod. Barberinus XIV 52 s. IX—X.*
U = *cod. Vercellensis 76, 46 s. IX—X.*
R = *cod. Vallicellianus A 5 s. X.*
L = *cod. Laurentianus Aed. Flor. eccl. 82 s. X.*
P^3 = *cod. Parisinus 1454 s. X.*
P^4 = *cod. Parisinus 1455 s. X.*
P^5 = *cod. Parisinus 1455 (iterum) s. X.*
P^6 = *cod. Parisinus 12220 s. X.*
C = *cod. Coloniensis 113 s. X—XI.*
P^7 = *cod. Parisinus 3852 s. X—XI.*

2 domino//// (*ras. 1—2 l.*) P^7 honorandissimo (*super* d *m. 1 add.* t; *m. 2 del.* nd) *N* honorandissimo, *m. 2* honorantissimo V^1 sancto *om. BL* patri (p *in ras.*) P^7 3 papae *om.* P^6 *m* papa *U* numedius *R* Mundius *edd. praeter m* rusticianus *V* rusticanus *UL edd. praeter m* rustianus P^5 rusticus P^6 fidentius (us *in ras.*) *V* fidentinus $PP^1P^3P^5CP^7$ fidentianus P^4P^6 *m* 4 euagrius P^7 euacrius *UR* euaguus V^1 antonius *URLC edd.* uencentius, *m. 1 corr.* uincentius *V* 5 beasius *L* boasius *B* basius *UR* totus *UR* Panthonius *edd. praeter m* 6 restutus *NV* (*m. 1 corr.* restitutus) $BP^4P^5P^6$ (*corr.* restitutus) restitus, *m. 2* restitutus V^1 Rusticus Fortunatianus alius Restitutus *edd.* alius Restitutus *om. URP*^{6} restutus NVV^1 *m. 2* restitutus) P^4P^5 restitus P^3 rusticius *BL* rusticianus *UR* fortunatius *L* fortunatus *C* 7 Auiuius *om.* P^6 abibius *BRL* auidius *C* abbius *U* Ambiuius *m* Animus *cett. edd.* Adeodatus *om.* P^6 octauius *N* octauianus *U* 8 maiurinus P^1 maurinus P^3 maiorianus P^7 postomianus P^3 Posthumanus *edd. praeter m* crispolus LP^7 crispulis P^3 crispolis *C* Trispulus *edd. praeter m*

VICTOR, ALIUS VICTOR, LEUCIUS, MARIANUS, FRUCTUOSUS, FAUSTINIANUS, QUODVULTDEUS, CANDORIUS, MAXIMUS, MEGARIUS, RUSTICUS, RUFINIANUS, PROCULUS, THOMAS, IANUARIUS, OCTAVIANUS, PRAETEXTATUS, SIXTUS, QUODVULTDEUS, PENTADIUS, QUODVULTDEUS, CYPRIANUS, SERVILIUS, PELAGIUS, MARCELLUS, VENANTIUS, DIDYMUS, SATURNINUS, BAZACENUS, GERMANUS, GERMANIANUS, IUVENTIUS, MAIORINUS, IUVENTIUS, CANDIDUS, CYPRIANUS, AEMILIANUS, ROMANUS, AFRICANUS ET MARCELLINUS, QUI IN CONCILIO ECCLESIAE CARTHAGINENSIS ADFUIMUS.

1 Cum ex more ad Carthaginensem ecclesiam sollemniter ueniremus atque ex diuersis causis congregata ex nobis synodus haberetur, conpresbyter noster Orosius nobis litteras sanctorum

